Poetica iterdũ ex ingenii facilitate iocí gratia vſus ẽ: qua aliqñ cũ caluiſſet, ꝑ noctẽ qngẽta carmina narrat edidiſſe. Eius vero tpis ptẽ maximã agẽs apud Tuſculanũ agrũ, cuidã ex ſuis familiaribus ſcripſit ſe ducere vitã Laertis, iocatus in hoc, ceu ſolitus eſt in cęteris, ſeu ꝓ rerũ ciuiliũ deſiderio motus ꝓſentib⁹ affligeret. Perraro iterea vrbẽ acceſſit: idq; tm̃ vt Cæſarẽ ſalutaret. Frequẽti vero in cõcione primus adeſſe, ac dicẽdo nouũ qcq̃ cõtinuo ad Cæſaris gloriã adoriri. quẽadmodũ illud cũ deiectę & fractę Põpęii imagines iuſſu Cęſaris in priſtinã dignitatẽ eſſent reſtitutę, inqt: Põpęii ſtatuas figẽs Cęſar, ſuas firmat. Meditatus vt ferũ patriæ hiſtoriã ſtylo cõplecti, vbi multas Greqq; tũ fabulas, tũ oones ĩmiſcere decreuerat, eã inuite dimiſit publicis, ac domeſticis curis affectus, quarũ nõnullas & ipſe ſpõte ſubiit. Primũ enim Terẽtiã repudiauit vxorẽ, ꝙ adeo negligẽtior fuiſſet eius, vt cũ in expeditionẽ ꝓficiſceretur, inops neceſſarii cõmeatus abierit. Præterea cũ ĩ Italiã inde rediiſſet, ea nõ niſi moleſta & turbulẽta potitus eſt. Brũduſii etiã cũ ipſe longã ageret morã, illa nec eo ꝓfecta eſt, & illuc pgẽtẽ Tulliolã tenuiori comitiua ĩpenſaq; dimiſit. domũ ad hęc oĩm vacuã, ac deſertã, æreq; alieno onuſtã fecit. Hę repudii cauſę ferunũ potiores: quas cũ negaret Terẽtia, ipſe lõga oratione ꝓbauit. Hoc acto paucos ĩde poſt dies virginẽ duxit vxorẽ, captus (velut aiebat Terẽtia) illius forma: ſed vt Tiro libertus refert, vt æris alieni ſoluẽdi poteſtas eẽt. nã ea puella ꝑdiues erat, & eius ſubſtãtias ſub tutoris fide ſeruabat. cũ iterim ob multa millia q̃ debebat, adeſſe benevoli, iſtare, ſollicitare, vt eã licet nõdũ viro maturã deſpõſaret, ſeq; illi⁹ dotib⁹ ꝓgrãdi ære liberaret. Antoni⁹ vero ĩ his, q̃ aduerſus Philippicas ſcripſit, has memorãs nuptias, illũ vxorẽ apd quã ſenuerat, ĩdigne expuliſſe tradit, ſimulq; ĩ eũ iocat⁹ ẽ, tãq̃ ĩertis, & mollis viri rẽ ipi⁹ domeſticã mordẽs. Poſt hęc paucis ferme dieb⁹ ei⁹ filia, q̃ poſt exceſſũ Piſonis prioris viri Lẽtulo nupſerat, ex pt⁹ ãguſtia moriũ. Adſunt igiũ beneuoli, adſunt familiares, vndiq; cõueniũt ꝓĩ Ciceronẽ exhortaturi, vt ęquo aĩo filię mortẽ ferat. Nã hui⁹ doloris habitus ĩpatiẽs eſt. vñ ꝙ noua vxor lętari obitu Tullię viſa eſt, illi repudiũ dedit. Sed apud domeſtica Cicero laborauit. Cęterũ cõiurationis ĩ Cęſarẽ exps fuit, q̃q̃ iter bñuolos Bruti haberẽ, & pñtia ægre ferret, ac pleriſq; nõ iferior Rẽp. priſtinã cupet. Pertimuere aũt viri illi⁹ naturã ceu audacię in opẽ, ac ei⁹ ætatẽ, ĩ quã robuſtiſſimis etiã viris ſolẽt aĩ maxie deeſſe. Verũ vt Bruti atq; Caſſii patrata res eẽt, & beneuoli Cęſaris cõueniſſent, iterũ ĩteſtini tumultus ẽ orta ſeditio. Quare Antonius q cõſulatũ agebat, cõuocato ſenatu cũ ad cõcordiã breuiter q̃dã cõcionatus eſſet, Cicero ꝑ tpe multa diſſeruit, ſenatui ſuadẽs vt Athenięſiũ exẽplo abolitionẽ rerũ Cęſaris ageret: ꝑterea Bruto & Caſſio ꝓuincias decerneret. Sed hoq; nihil adimpletũ. Nã plebis aĩ cęde Cęſaris exaſperati, vt cadauer ipm̃ ꝑ mediũ forũ elatũ aſpexere: ad hęc cũ extuliſſet Antonius Cęſaris veſtẽ ſanguine ſparſam, ac vndiq; ꝓforatã gladiis: furore cõmoti, ꝓcuſſores Cæſaris q̃ritãt, ĩde ardẽtib⁹ facib⁹ eoq; domos ĩcẽdiis poſcũt. Sed illi ĩminẽs piculũ ꝓuidẽtes effugiũt: comiteſq; nõnullos auctoritate primos clã ĩmorati vrbẽ relíquũt. His extẽplo Antoni⁹ elatus eſt, ac veluti dñaturus vrbi, oĩb⁹ timori eẽ cœpit, Ciceroniq; maxime. Nã potẽtiã ſuã in vrbe iterũ firmã aſpiciẽs, & aduerſus auctores cędis tẽpus offerri, cœpit moleſte angi pñtib⁹, ꝓbuitq; ſuſpitionẽ diſſilitudinis vitę aĩq; ſui imutati. Quãobrẽ id aĩaduertẽs Cicero, enixe inſtat vti Dolabellę legatus cũ eodẽ ĩ Syriã nauiget. Sed Hircius & Pãſa viri clari & optimi Ciceronis zelo ĩcẽſi inituri cõſulatũ poſt Antoniũ ne ſe deſerat orare, q Antoniũ opprimere pñte eo ſuſcepiſſent. Quare Cicero nõ oĩno diffidẽs, q̃q̃ id ẽt parũ crederet, Dolabellã miſſũ fecit.

Tulliæ mors.

Vita ex Plutarcho.

Inde data fide Hircio se Romę affuturū cū cōsulatū iniret, Athenis ęstiua ducturus solus na uigat. Sed in itinere ipo cū morā tereret, & noui sermones (vt assolet) ab vrbe ferrent, pœni tuisse Antoniū, eūq; mire mutatū, ac oia senatu scōsulto agere, tractareq;: pręterea vt recte sin gula cōponerēt, vrbē ei⁹ īdigere pītia: secū q̄stus q; nimiū sui caut⁹ eēt, Romā repetit. nec pri mū spe sua decept⁹ ē. Tāta. n. ciuiū copia sibi obuiā itū ē, vt ī ei⁹ īgressu circa fores, circa dex teras dādas, circa salutatiōes īntegra ferme dies cōsūpta sit. Postea vero Antonius cū senatū cogeret aduocato Cicerone, nō paruit: sed cubās simulauit se ex pelagi laborib⁹ & valetudie impędiri. Nā suspitio īsidiarū ī ipa via nūcio quodā accepta eū ī senatū ire vetuit. Hoc Anto nius nō leuiter tulit: sed eū pbris lacessens, milites extēplo misit, q aut illū adducerēt, aut do mū īcēderēt. Sed his cū obstarēt nōnulli, pcibusq; īniterēt, Antoni⁹ vadimoniis cōtēt⁹ qeuit. Deiceps primores vrbis placide reliquū tps duxere palā, illi vero aduersātes, nec oino sibi nō cauti, donec iunior Cęsar ex Apollōia ī patriā rediit, & hęreditate Cęsaris adita cū Antonio ī nō puas cōtētiōes erupit, cū Antoni⁹ ex cēsu Cęsaris qnquagīta & ducēta millia ęris sibi di ripęret. Ex his Philipp⁹ Iunioris Cęsaris vitric⁹, & Marcell⁹, q sororē eiusdē duxerat, cū ado lescēte Cęsare ad Ciceronē pfecti cōueniūt, vt apud senatū, & apud plebē Cicero verbo facto q; cām adolescētis affirmaret. cōtraq; adolescēs pecuniarū & militū copiis defēsionē sibi Cice ronis assumat. Iāiā adolescēs plerosq; militū Cęsaris circa se habere, & Cęsaris ptes oi studio ad sese recipe. Ferūt Ciceronē nō īgrate bnuolētiā Cęsaris iniuisse, q; eū antea diuino quodā sōnio illexisset. Nā Cęsare atq; Pōpeio nōdū vita fūctis, Cicero p qetē vidit sese monitū ī capi- tolio vocare ordinis senatorii liberos, ceu Iupiter ostēsur⁹ qs vn⁹ ex illis foret, q rerū eēt poti tur⁹. quocirca ciues sollicīti currere, & iuxta tēplū assistere, pueri vero oēs circūsedere, silētiū q; agere. Patefactis īterea forib⁹ tēpli qsq; puero; vicissim surgere vis⁹, ac Iouē adire. tū Iupi ter quēcūq; aīaduertisset, mœstūq; repulisset, ī vnico solū fix⁹ dexterā portēdēs, O Romani, ī qt, hic prīceps fact⁹ finē bello; ciuiliū vobis īponet. Hoc sōnio stupefact⁹ Cicero imaginē pue ri reqrēs, cū ipm nihil oino nosceret, aio eā īpressit. Cūq; p diē descēdisset in cāpū Martiū, visis pueris, q pactis ludis iā abibāt, puerū, quē ī somnis viderat, aspicit. Quare aio pculsus puerū cōuenit, eūq; rogat qb⁹ parētib⁹ nat⁹ sit. Erat ille Octauio pre, q vir nō āple clar⁹ fuerat, ex Ac cia sorore Cęsaris ort⁹, ex quo Cęsar liberis carēs facultates suas, domū, familięq; nomē testa mēto illi relīqt. Ex eo īgit sōnii tpe ferūt Ciceronē cū Cęsar obuiā sibi fieret, accurate eū cōue nisse, cōtraq; illū Cicerōis bnuolētiā grate fouisse. Fortuna pterea quadā Cęsarē ortū memo rāt Cicerōe cōsulatū administrāte, q̄ oino prias fuisse cās ad mutuā bnuolētiā tradūt. Quare & odio Antonii, & ob suā naturā, gl'ię desiderio flagrātē, q; existimaret ex potētia Cęsaris sese vrbi præesse, Cicero ita se adolescēti subiecit, vt eū qñq; patrē appellauerit. ex quo stomachās Brut⁹ ī epl'is ad Atticū Ciceronē īcrepat, q; Antōii metu Cęsari blādiēs, nō libertati studere, sed domesticū sibi dōm facere videret. Sed nihilomin⁹ Brut⁹ Cicerōis filiū, q Athenis phīæ opērā dabat ad sese recipiēs, eū ī primis dignitatib⁹ habuit, eoq; ī pl'imis vs⁹ ipm strenuū red didit. Cicerōis vero potētia tūc ī vrbe maxīe claruit. Nā iuxta mētē suā seditiōis auctorē eie cit Antoniū: & ābos cōsules, Hirciū, atq; Pāsā in illū ab vrbe cū exercitu misit. Suasit pterea senatui lictores, cęteraq; īpii ornamēta Cęsari dari, veluti q p pria eēt certatur⁹. Verū deuicto Antōio, & vtrisq; cōsulib⁹ Thessalica clade cęsis, oēs militū copię ad Cęsarē cōueniūt. Quare metuēs senat⁹ virū iuniorē, fortunāq;, q̄ splēdide vsus fuerat, largitiōe tētauit ei⁹ exercitū re uocare, illiusq; potētiā scīdere, veluti Repu. tot copiis neqcq̄ opus eēt cū fugisset Antonius. Quāobrē territ⁹ Cęsar ad Ciceronē mittit, q eū orarēt, sibiq; suaderēt, vt opērā īpēderet ad cō sulatū ābob⁹ cōmittēdū. quo si potiret, affirmarēt Ciceronē vt placitū ei eēt reb⁹ vsurū, seq; adolescētē ipsi⁹ curę se daturū, nois gl'ia illectū cōtētūq;. Hac simulatiōe primatū Cicerōis fo re passus ē, res ipa tñ eo tēdebat, vt Ciceronē ad petēdū cōsulatū īpelleret, comitia vtrisq; cō- ciliaturū. Elat⁹ ergo his nūciis Cicero, vir senex a iuniore decept⁹, senatū atq; cēturias illi p- buit. extēplo a bnuolis lacessit⁹, ac nō ml'to post ītelligēs se ppl'i libertatē ac sese pdidisse: nā ini to cōsulatu potētior fact⁹ adolescēs Ciceronē missū fecit, ac Antonio Lepidoq; cōciliatus, co pias ī vnū coegit, & veluti cēsū quēdā triūuiri īperiū orbis sibi ptīti sūt. pscriptiōis pterea ta bulas vltra ducētoq; ciuiū edidere, ī qb⁹ Cicero cā pl'imę litis fuit. Nā Antoni⁹ nihil cōuētio nis oino ratū habere, ni prim⁹ ille pscriberet, Lepid⁹ Antōio sese iūgere. Sol⁹ Cęsar ābob⁹ sū ma vi obniti. Triduo itaq; circa ciuitatē Bononiā hoq; scelerata colloquia habita sunt, quo loco apd īterlabētē fluuiū singuli castra locarāt. Ferūt dieb⁹ primis Cęsarē p Cic. certasse eni

Cicerōnis somniū de Octauio.

Cæsaris Augusti parentes.

Triūuira- tus cōstitu tus.

Proscri- ptio Cice- tonis.

xius, victū tādē die tertia virū omisisse. Oim cōpēsatio sic demū habita ē. Cęsar Ciceronē, Le pid⁹ Paulū fratrē, Antoni⁹ L. Cęsarē auūculū suū, alios aliis cōcessere. Sic ergo eoꝝ furor & ī domita rabies oī īgenio hūanitatis exciderūt: ostēderūt magis nullā eē ferā vastiorē hoie, cū licētiā affectuū nact⁹ sit. His pfectis Cicero, q cū Q. fratre apud agrū suū Tusculanū diuerte bat, audita pscriptiōe statuit Asturā ad maritimū quēdā ipsi⁹ locū pgere, vt inde īgressi pela gus in Macedoniā Brutū cōueniāt, qm̄ iā rumor erat victorē eē. Ex ingēti ergo mœstitia de fecti viri⁹ se deferēdos lecticis tradūt: in qb⁹ p ipm̄ iter siue īmorarent, siue eas mutuo ppin quarēt, simul lugere ac vlulare. Quint⁹ pcipue aīo magis vexari: cui cū subiisset ī mētē se cō meatū nullū habere, q ēt Ciceroni tenuissim⁹ erat, tuti⁹ visū ē, vt Cicero fugā prīpæret: Quin tus domū ea gra pcurreret: vñ apparatior extēplo rediret. Hęc cū iter se firmasset, alter al terū cōplexi cū sūmo luctu disiūcti sūt. Inde die⁹ paucis Quint⁹ ipe a familiarib⁹ suis pdit⁹ cū filio a psecutorib⁹ cęsus ē. Asturā delat⁹ Cicero q̄sita puppe pelag⁹ petit: ac vētos secūdos iuxta Circęū potit⁹, hic cū optarēt nautę iter īceptū psequi, Cicero, seu metu maris, seu q nō dū oīno Cęsari diffideret, e puppe descēdit, Romāq; posces cētū ferme stadia pedestri itinere trāsegit. Inde animi fessus ac mutat⁹, mare, atq; Asturā repetit. Hic tū graui atq; anxio cogi tatu pnoctās ī mētē duxit clā Cęsaris domū poscere, ac in ea īteri⁹ sese iugulās, detestādū il li carnificis scelus obiicere. Verū pscrutātiū grassatoꝝ timor eū ab hac pfectiōe repulit: præ terea mōstra q̄dā, q̄ psaga mēte notabat. ex qb⁹ familiarib⁹ sese pmisit Capuā puppi pducēdū. Diuersoria em̄ illic habuit, in qb⁹ ardores solis flatib⁹ estiuis gratissime flātib⁹ euitare cōsue uerat. Hic Apollinis erat sacellū mari imminēs. Ex quo cū Cicero adremigaret littori, corui elati pēnis magno clāgore nauiculā īpetūt: deinde sup vtrisq; cornib⁹ antēnarū insidētes, par tim clamore strepe, ptim capita funiū exagitare. Tū oīb⁹ id infaustū ostētū visū ē. verū descē dit e puppi Cicero, & ī diuersorio veluti qetē captatur⁹ accubuit. Hinc corui sup poste accu mulati magis ac magis tumultuoso clāgore pstrepūt. Hoꝝ vn⁹ descēdēs ī cubiculū Cicerōis palliū, quo cubās erat optus, rostro ab ei⁹ frōte deduxit. qđ domestici cū vidissēt, maloꝝ psa gi sese excruciare, si ocl'os suos cęde sui dñi maculare sustineāt: nefādūq; ipsis videri si alitib⁹ viro īmerito īfelici opitulari conātib⁹, opę nulla ipsi pmoueant. Pręcipites itaq; mutuis viri bus, ac iter se pcibus illū lectica ad mare diripiūt. Inter hęc cū lictoꝝ copia supuenerūt iugu latores, Herēni⁹ Cēturio, & Popili⁹ tribun⁹ milituū. Is Popili⁹ iādudū parricidii reus, opa Ci ceronis, q cām susceperat, defensus iudiciū euasit. Cū ergo fores, q̄ obseratę fuerāt, fregissent, & necubi Cicero inueniret, & q aderāt se illū scire negarēt, tradūt adolescētē quēdā Q. fratris li bertū noīe Philologū, quē Cicero studiis liberalib⁹ erudierat, tribuno dixisse ipm̄ per vmbro sos cōsitosq; calles ad pelagus lectica delatū. Tribun⁹ igit paucis comitib⁹ secū assūptis ad exi tū vię pcurrit. Herēnius p demōstratā semitā accelerās illū cōsequit. Verū Cicero vt pcusso
Cædes Ci ceronis. res īminere cognouit, suis vti lectică fisterēt impauit. Inde ceu psępe cōsueuerat, cū genā fini stręę impositis set, īmotis oculis pcussores pspiciēs iugulū apparat. Miserū id qppe spectaculū. squalidus em̄ vultu, comaq; sparsus, & adeo sub curis extenuat⁹, vt ipsoꝝ pcussorum pleriq; misere affecti oculos suos texerit, cū iugulū poscere Herēni⁹ crine nudū, & extra lectică vul neri⁹ platū, qa tū sexagesimū agēs ętatis annū. Caput ac man⁹, cū qb⁹ Philippicas scripserat Antonii iussu trūcauit Herēni⁹, Romāq; attulit. q̄ mēbra cū Antoni⁹, q tū forte comitia ha buerat, mutilata pspexit, ingēti voce pclamās, Sic habeāt (ingt) fīnē pscriptiones. Deinde ea poni p rostris imperat. spectaculū Romanis horrēdū, q nō mēbra Ciceronis sese spectare, sed imaginē animi crudelis Antonii videbāt. Verū tāto in scelere id tātū rite pfectū est, q Anto ni⁹ vxori Q. Philologū tradidit. Hęc potestatē illi⁹ nacta pter cęteros cruciat⁹, qb⁹ eū affecit, eiusdē carnes ipm̄ se āputare mēbratī, igni adurere, māderęq; coegit, sicut historici qdā aiūt. Tiro Ciceronis libert⁹ pditionis Philologi nihil oīno meminit. Cęterū ipse pcepi: cū Cæsar post plurimū tēporis ad quēdā e nepotib⁹ ingressus esset, q tū forte Ciceronis opusculū tene bat in manib⁹, subito aduētu Cęsaris territus libellū in sinu tentauit occulere: sed id frustra, cū pueniisset Cęsar. Capto igit opusculo eo Cęsar cū stando plurimā eius partē euoluisset, id reddidisse adolescēti cū his verbis phibet. Eloquēs hic vir, eloquēs fuit O fili, & amator pa trię. Inde parū post, cū idē debellasset Antoniū, cōsul fact⁹ sibi Ciceronis filiū Collegam dele git, atq; sortitus est: cuius magistratu senat⁹ statuas Antonii deiecit, ac nōnulla ipsius orna mēta aboleuit. Pręterea publico edidit edicto, ex Antonioꝝ gēte neminē Marcū appellari. Sic ergo diuino quodam fato vltima vltio ad Ciceronis domum redacta est. FINIS.

MARCI TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM FAMILIARVM LIBER PRIMVS.

M.T.CICERO P.LENTVLO PRO CONSVLI S.P.D.

EGO OMNI OFFICIO, AC POTIVS PIETATE erga te,cęteris satisfacio omnibus,mihi ipse nunq̃ satisfacio. Tãta enim magnitudo est tuorꝝ erga me meritorꝝ,vt quoniã tu nisi perfecta re de me nõ cõquiesti, ego,quia non idem in tua causa efficio,vitã mihi esse acerbam putem.In causa hęc sunt.Hammonius Regis legatus apęrte pecunia nos oppugnat. Res agitur per eosdem creditores,per quos,cum tu aderas,agebatur. Regis causa si qui sunt,qui velint,q pauci sunt,omnes rem ad Pompęium deferri volunt. Senatus religionis calumniam nõ religione,sed maleuolentia,& illius regiæ largitionis inuidia comprobat. Pompęium & hortari, & orare, & iam liberius accusare, & monere, vt magnam infamiam fugiat,non desistimus. sed plane nec precibus nostris, nec admonitionibus reliquit locum.Nam cum in sermone quotidiano, tum in Senatu palam sic egit causam tuam,vt neqꝫ eloquentia maiore quisq̃,nec grauitate, nec studio, nec contentione agere potuerit,cum summa testificatione tuorum in se officiorum,& amoris erga te sui. Marcellinũ tibi esse iratum scis.Is hac regia causa excepta,cęteris in rebus se acerrimum tui defensorem fore ostendit. Quod dat,accipimus': quod instituit referre de religione, & sæpe iam retulit, ab eo deduci non potest.Res ante Idus acta sic est. nam hęc Idibus mane scripsi.Hortensii,& mea,& Luculli sententia cedit religioni de exercitu. teneri enim res aliter non potest. sed ex illo senatusconsulto,quod te referente factum est, tibi decernitur, vt Regem deducas, quod cõmode facere possis:vt exercitum religio tollat,te auctorem senatus retineat. Crassus treis legatos decernit,nec excludit Pompęium.censet enim etiam ex iis,qui cum imperio sunt.Bibulus treis legatos ex iis,qui priuati sunt.Huic assentiuntur reliqui consulares, præter Seruilium,qui omnino reduci negat oportere:& Volcatium,qui Lupo referente, Põpęio decernit:& Afranium,qui assentitur Volcatio. quæ res auget suspitionem Pompęii volũtatis. nã aduertebatur Pompęii familiares assentire Volcatio. Laboratur vehementer. inclinata res est.Libonis,& Hipsęi non obscura concursatio,& contentio,omniũqꝫ Pompęii familiariũ studium,in eam opinionem rem adduxerunt,vt Pompęius cupere videatur.Cui qui nolũt, iidẽ tibi,qꝫ eum ornasti,non sunt amici:nos in causa auctoritatem eo minorem habemus, qꝫ tibi debemus. Gratiam autem nostram extinguit hominũ suspitio, qꝫ Pompęio se gratificari putant.vt in rebus multo ante q̃ profectus es,ab ipso Rege,& ab intimis,ac domesticis Pompęii clam exulceratis,deinde palam a consularibus exagitatis,& in summã inuidiam adductis,ita versamur.Nostram fidem omnes,& amorem tui absentis præsentes tui cognoscent. Si esset in iis fides,in quibus summa esse debebat,non laboraremus.

Religionis calumnia.

Gratificari.

M.T.C.PVBLIO LENTVLO S.P.D.

IDibus Ianuariis in Senatu nihil est cõfectum, propterea qꝫ dies magna ex parte cõsumptus est altercatione Lentuli consulis,& Caninii tribuni plebis. Eo die nos quoqꝫ multa verba fecimus,maximeqꝫ visi sumus Senatum commemoratione tuæ voluntatis erga illum ordinem commouere. Itaqꝫ postridie placuit,vt breuiter sententias diceremus.videbatur enim reconciliata nobis voluntas senatus esse,quod tum dicendo,tũ singulis appellandis,rogandisqꝫ

perſpexeram. Itaq; cum ſententia prima Bibuli pronunciata eſſet, vt tres legati regem reducerent: ſecunda Hortenſii, vt tu ſine exercitu reduceres: tertia Volcatii, vt Põpeius reduceret: poſtulatum eſt, vt Bibuli ſententia diuideretur, quatenus de religione dicebat: cui rei quia iam obſiſti non poterat, Bibulo aſſenſum eſt de tribus legatis. frequẽtes ierũt in alia omnia. Proxima erat Hortẽſii ſententia, cui Lupus Tribunus plebis, q̃ ipſe de Põpeio retuliſſet, intẽdere cœpit, ante ſe oportere diſceſſionem facere, q̃ cõſules. eius orationi vehemẽter ab omnibus reclamatum eſt. Erat enim & iniqua, & noua. Conſules neq; concedebãt, neq; valde repugnabant. Diem conſumi volebant. id quod eſt factum. perſpiciebant enim in Hortenſii ſentẽtiam multis partibus plureis ituros, q̃q̃ aperte Volcatio aſſentirentur. multi rogabãtur, atq; id ipſum conſulibus inuitis. nam ii Bibuli ſententiã valere cupierunt. Hac controuerſia vsq; ad noctem ducta, Senatus eſt dimiſſus, & ego eo die caſu apud Pompeium cœnaui, nactuſq; tempus hoc magis idoneum, q̃ vnq̃ antea: q̃ poſt tuum diſceſſum, is dies primus honeſtiſſimus nobis fuerat in ſenatu. ita ſum cum illo locutus, vt mihi viderer animũ hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuẽdam traducere. quem ego ipſum cum audio, prorſus eum libero omni ſuſpitione cupiditatis: cum autem eius familiareis omniũ ordinũ video, perſpicio id, quod iam omnibus eſt apertum, totam rem iſtam iampridem a certis hominibus non inuito rege ipſo, conſiliariiſq; eius, eſſe corruptã. Hæc ſcripſi ad. XVI. Cal. Feb. ante lucem. Eo die ſenatus erat futurus. Nos in ſenatu, quemadmodum ſpero, dignitatem noſtram, vt poteſt, in tanta hominũ perfidia, & iniquitate retinebimus. Q̃d ad popularem rationem attinet, hoc videmur eſſe conſecuti, vt ne quid agi cum populo, aut ſaluis auſpiciis, aut ſaluis legibus, aut deniq; ſine vi poſſit. De his rebus pridie, q̃ hæc ſcripſi, ſenatus auctoritas grauiſſima interceſſerat: cui cum Cato, & Caninius interceſſiſſent, tamen eſt perſcripta. eam ad te miſſam eſſe arbitror. De cæteris rebus quicquid erit actum, ſcribam ad te, & vt q̃rectiſſime agantur, omni mea cura, opera, diligentia, gratia, prouidebo. Vale.

M.T.C.PVBLIO LENTVLO.S.P.D.

Cõmendatitia.

Gratioſus.

AVlo Treboniõ, qui in tua prouincia magna negotia & ampla, & expedita habet, multos annos vtor valde familiariter. Is cũ antea, & ſuo ſplendore, & noſtra, cæterorumq; amicorum commendatione gratiſſimus in prouincia ſemper fuit: tum hoc tempore propter tuum in me amorem, noſtramq; neceſſitudinem vehementer confidit his meis literis ſe apud te gratioſum fore: quæ ne ſpes eum fallat: vehementer te rogo, commendoq; tibi eius omnia negotia, liberos, procuratores, familiam. In primiſq;, vt quæ Titus Appius de eius re decreuerit, ea comprobes: omnibuſq; rebus eum ita tractes, vt intelligat noſtram commendationẽ non vulgarem fuiſſe. Vale.

M.T.C.PVBLIO LENTVLO.S.P.D.

Pridie eius diei.

AD. XVI. Calen. Feb. cum in ſenatu pulcherrime ſtaremus, q̃ iam illam ſententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus, vnũq; certamẽ eſſet relictum, ſentẽtia Volcatii, res ab aduerſariis noſtris extracta eſt variis calumniis. cauſam enim frequenti ſenatu in magna varietate, magnaq; inuidia eorũ, qui a te cauſam regiam alio tranſferebãt, obtinebamus. Eo die acerbum habuimus Curionem. Bibulum multo iuſtiorem, pene etiã amicum. Caninius, & Cato negarunt ſe vllam legẽ ante comitia eſſe laturos. Senatus haberi ante Cal. Februa. per legem Pupiam, id quod ſcis, non poteſt, neq; menſe Februa. toto, niſi perfectis, aut reiectis legationibus. Hæc tamen opinio eſt Populi Romani, a tuis inuidis, atq; obtrectatoribus nomen inductum fictę religionis, non tam vt te impedirent, q̃ vt ne quis propter exercitus cupiditatem Alexandriam vellet ire. Dignitatis autem tuæ nemo eſt quin exiſtimet habitam eſſe rationem ab ſenatu. Nemo eſt enim, qui neſciat quo minus diſceſſio fieret, per aduerſarios tuos eſſe factum. Qui nunc Populi Romani nomine, re autem vera ſceleratiſſimo latrocinio, ſiqua conabũtur agere, ſatis prouiſum eſt, vt ne quid ſaluis auſpiciis, aut legibus, aut iam ſine vi agere poſſint. Ego neq; de meo ſtudio, neq; de nonnullorum iniuria ſcribẽdũ mihi eſſe arbitror. Quid enim aut me oſtentẽ, qui ſi vitam pro tua dignitate profundã, nullam partem videar tuorum meritorum aſſecutus? aut de aliorum iniuriis querar? quod ſine ſummo dolore facere non poſſum. Ego tibi in hac præſertim imbecillitate magiſtratuum

præstare nihil possum:at ea excepta possum confimare te,& Senatus,& populi Romani summo studio,amplitudinem tuam retenturum. Vale.

M.T.C.PVBLIO LENTVLO S.P.D.

AMetsi mihi nihil fuit optatius,q̃ vt primum abs te ipso,deinde a cęteris omnibus, q̃gratissimus erga te esse cognoscerer,tamen afficior summo dolore eiusmodi tempora post tuã profectionem consecuta esse,vt & meã,& cæterorum erga te fidem,& beneuolentiã absens experirere. Te aũt videre & sentire eandem fidem hominũ in tua dignitate,quam ego in mea salute sum expertus,ex tuis literis intellexi.Nos cum maxime consilio,studio,labore,gratia,de causa regia niteremur,subito exorta est nefaria Catonis ꝓmulgatio,quę nostra studia impediret,& animos a minore cura ad summũ timorem traduceret. Sed tamen in eiusmodi rerum perturbatione,q̃q̃ omnia sunt metuenda,nihil magis,q̃ perfidiam timemus, & Catoni(quoquo modo quidem se res habeat)resistemus.De Alexandrina re, causaq; regia tãtum habeo polliceri,me tibi absenti,tuisq; prędentibus cumulate satisfacturum.Sed vereor,ne aut eripiatur a nobis regia causa,aut deferatur:quorũ vtrum minus velim, nõ facile possum existimare.Sed si res coget,est quiddam tertium,quod neq; Selicio,nec mihi displicebat, vt neq; iacere regem pateremur,nec nobis repugnantibus ad eum deferri, ad quem prope iam delatum esse existimatur.A nobis agentur omnia diligenter:vt neq;,si quid obtineri poterit,non contẽdamus:nec,si quid non obtinuerimus, repulsi esse videamur.Tuę sapientię,magnitudi nisq; animi est,omnem amplitudinem,& dignitatem tuam in virtute,atq; in reb9 gestis tuis, atq; in tua grauitate positam existimare.Si quid ex his reb9,quas tibi fortuna elargita est,nõ nullorũ hominũ pœrfidia detraxerit,id maiori illis fraudi,q̃ tibi futurũ.A me nullũ tẽpus prętermittitur de tuis rebus & agendi,& cogitandi,vtorq; ad omnia Q.Selicio.Neq; enim prudentiorem quenq̃ ex tuis,neq; fide maiore esse iudico,neq; amantiorem tui . Hic quæ agantur,quęq; acta sint,ea te,& literis multorum,& nunciis cognoscere arbitror:quæ autem posita sunt in coniectura,quæq; mihi vidẽtur fore,ea puto tibi a me scribi oportere.Posteaq̃ Põpeius apud populum ad octauum Idus Februarias,cum pro Milone diceret,clamore, conuitioq; iactatus est:in senatuq; a Catone aspere,& acerbe nimium magno silentio est accusatus: visus est mihi vehementer esse perturbatus.Itaq; Alexandrina causa quæ nobis adhuc integra est(nihil enim tibi detraxit Senatus,nisi id,quod per eandem religionem dari alteri non potest)videtur ab illo plane esse deposita.nunc id speramus,idq; molimur,vt cum Rex intelligat sese id quod cogitabat,vt a Pompeio reducatur, assequi non posse : & nisi per te sit restitutus,desertum se,atq; abiectum fore:proficiscatur ad te.Quod sine vlla dubitatione,si Põpeius paulum modo ostenderit sibi placere,faciet.Sed nosti hominis tarditatem, & taciturnitatem.Nos tamen nihil quod ad eam rem pertinet,prętermittimus.Cęteris iniuriis,quę propositę sunt a Catone,facile, vt spero, resistemus. Amicum ex consularibus neminem tibi esse video,prȩter Hortensium,& Lucullum:cęteri sunt partim obscurius iniqui,partim non dissimulanter irati.Tu fac animo forti,magnoq; sis:spereq; fore,vt fracto impetu leuissimi hominis,tuam pristinam dignitatem,& gloriam consequare.

M.T.C.PVBLIO LENTVLO S.P.D.

OVæ gerantur accipies ex Pollione, qui omnibus negotiis non interfuit solum,sed prefuit.Me in summo dolore,quem in tuis rebus capio,maxime scilicet consolatur spes,q; valde suspicor fore,vt infringatur hominum improbitas,& consiliis tuorum amicorum,& ipsa die, qua debilitantur cogitationes, & inimicorum, & proditorum. Facile secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum, quorum imaginem video in rebus tuis. Nã etii minore in re violatur tua dignitas,q̃ mea salus afflicta sit: tamen est tanta similitudo, vt sperem te mihi ignoscere,si ea non timuerim,quę ne tu quidem vnq̃ timenda duxisti,Sed prę sta te eum,qui mihi a teneris(vt Gręci dicunt)vnguiculis es cognitus.Illustrabit(mihi crede)tuam amplitudinem hominum iniuria. A me omnia summa in te studia, officiaq; expecta,non fallam opinionem tuam. Vale.

Nõ interfuit solum, sed prefuit.

A teneris vnguiculis

Epistolarum familiarium

M.T.C.PVBLIO LENTVLO S.P.D.

EGi tuas literas,quibus ad me scribis gratũ tibi esse,q̃ crebro certior per me fias de omnibus rebus,& meã erga te beneuolentiã facile pꝛrspicias,quorum alterum mihi,vt te plurimũ diligã,facere necesse est,si volo is esse, quem tu me esse voluisti.alterum facio libenter,vt quoniã interuallo locorum,& temporum disiũcti sumus,per literas tecũ q̃sępissime colloquar. Quod si rarius fiet,q̃ tu expectabis,id erit causę,q̃ nõ eius generis meę literę sunt,vt eas audeam temere cõmittere. Quoties mihi certorũ hominũ potestas erit, quibus recte dem,non prętermittam.Q̃ scire vis qua quisq̃ in te fide sit,& voluntate,difficile dictu est de singulis. Vnum illud audeo,qđ antea tibi sępe significaui,nũc quoq̃ re perspecta, & cognita scribere: vehementer quosdã homines,& eos maxime,qui & te maxime debuerunt, & plurimũ iuuare potuerũt,inuidisse dignitati tuę,simillimãq̃ in re dissimili,tui tẽporis nũc, & nostri quondam fuisse rationem:vt quos tu reip.causa lęseras,palã te oppugnarent:quorũ auctoritatem, dignitatẽ,voluntatẽq̃ defenderas,nõ tam memores essent virtutis tuę,q̃ laudis inimici.Quo quidem tẽpore,vt perscripsi ad te antea,cognoui Hortensiũ percupidũ tui, studiosum Lucullum,ex magistratibus autẽ L.Rutiliũ,& fide,& animo singulari.Nam nostra propugnatio,ac defensio dignitatis tuę,propter magnitudinẽ beneficii tui fortasse plerisq̃ officii maiorẽ auctoritatem habere videat̃,q̃ sententię.Pręterea quidẽ de consularibus nemini possum,aut studii erga te,aut officii,aut amici animi esse testis. Etẽ Pompeiũ,qui mecũ sępissime, nõ solũ a me prouocatus,sed etiã sua sponte de te cõmunicare solet,scis tẽporibus illis non sępe in senatu fuisse.Cui quidẽ literę tuę,quas proxime miseras,qđ facile intellexerim, periucundę fuerunt.Mihi quidẽ humanitas tua,vel summa potius sapientia nõ iucunda solũ, sed etiã admirabilis visa est. Virtũ eñ excellentẽ,& tibi tua pręstãti in eũ liberalitate deinctũ, nonnihil suspicantẽ ꝓpter aliquorũ opinionẽ cupiditatis suę te ab se abalienatũ, illa epistola retinuisti. Qui mihi cũ semper tuæ laudi fauere visus est,etiã ipso suspitiosissimo tẽpore Caniniano,tũ vero lectis tuis literis perspectus est a me toto animo de te,ac de tuis ornamẽtis, & cõmodis cogitare.Quare ea quę scribã,sic habeto:me cũ illo re sępe cõmunicata de illius ad te sententia,atq̃ auctoritate scribere:qñ senatusconsultũ nullũ extat quo reductio Regis Alexãdrini tibi adẽpta sit:eaq̃ q̃ de ea scripta est auctoritas, cui scis intercessum esse, vt ne quis omnino regẽ reduceret,tantã vim habet,vt magis iratorũ hominũ studiũ, q̃ cõstantis senatus consiliũ esse videat̃:te posse perspicere,qui Cilicią,¡Cyprũq̃ teneas, quid efficere,& quid consequi possis:& si res facultatẽ habitura videat̃,vt Alexãdriã,atq̃ Aegyptũ tenere possis,esse & tuę, & nostri imperii dignitatis, Ptolemaide , aut aliquo propinquo loco rege collocato, te cum classe,atq̃ exercitu proficiscI Alexandriã,vt eã cũ pace,pręsidiisq̃ firmaris, Ptolemęus redeat in regnũ:ita fore,vt ꝑ te restituat̃,quẽadmodũ senatus initio censuit, & sine multitudine reducat̃,quemadmodũ hoies religiosi Sibyllę placere dixerunt.Sed hęc sentẽtia sic,& illi,& nobis probabat̃,vt ex euentu hoies de tuo cõsilio existimaturos videremus. si cecidisset vt volumus,& optamus,omneis te & sapienter & fortiter:sin aliquid esset offensum,eosdẽ illos, & cupide,& temere feciſſe dicturos.Quare quid assequi possis,nõ tam facile est nobis,q̃ tibi,cui prope in conspectu Aegyptus est,iudicare.Id quidẽ,nos hoc sentimus,si exploratum tibi sit posse te illius regni potiri,non esse cunctandũ sin dubium,non esse conandum.Illud tibi affirmo:si rem istam ex sententia gesseris,fore,vt absens a multis:cũ redieris,ab omnibus collaudere.¡Offensionẽ esse periculosam ꝓpter interpositam auctoritatẽ,religionẽq̃ video. Sed ego te vt ad certam laudem adhortor,sic a dimicatione deterreo:redeoq̃ ad illud,qđ initio scripsi:totius facti tui iudicium,non tam ex consilio tuo,q̃ ex euentu homines esse facturos.Q̃ si hęc ratio rei gerendę periculosa tibi videbitur,placebat illud, vt si rex amicis tuis, qui per prouinciam imperii tui,pecunias ei credidissent,fidem suam pręstitisset,& auxiliis eum tuis & copiis adiuuares.eam esse naturam,& regionem prouincię tuę,vt illius reditum,vel adiuuando confirmares,vel negligendo impedires.In hac ratione quid res,quid causa,quid tempus ferat,tu facillime,optimeq̃ perspicies.quid nobis placuisset,ex me potissimũ putaui te scire oportere.Q̃ mihi de nostro statu,de Milonis familiaritate,& leuitate,& imbecillitate Clodii gratularis,minime miramur te tuis,vt egregiũ artificẽ pręclaris operibus lętari. q̃q̃ inest incredibilis hominũ peruersitas(grauiori eñ verbo vti nõ libet)q̃ nos quos fauẽdo in cõmuni causa retinere potuerũt,inuidẽdo abalienauerũt:quorũ maleuolẽtissimis obtrectationibus

Peruersitas

nos scito de vetere illa nostra, diuturnaq; sententia ꝓpe iã esse depulsos. nõ nos qdẽ vt nostrę dignitatis simus oblíti, sed vt habeamus rationem aliquando etiam salutis. Poterat vtrunq;, præclare, si esset fides, si grauitas in hominibus consularibus: sed tanta est in pleriſq; leuitas, vt eos non tam constantia in repu. nostra delectet, q̃ splendor offendat. Qđ eo liberius ad te scribo, q non solũ temporibus iis, quę ꝑ te sum adeptus, sed etiã olim nascenti prope nostrę laudi, dignitati, virtutiq;, præfuisti: simul q̃ video, non, vt antehac putabã, nouitati esse inuisum meę: in te em̃ homine omnium nobilissimo similia inuidorũ vitia ꝑspexi, quẽ tamen illi esse in principibus facile sunt passi, euolare altius certe noluerũt. Gaudeo tuã dissimilem fuisse fortunã, multũ em̃ interest, vtrũ laus minuatur, an salus deseratur. Me meę tamẽ ne nimis pœniteret, tua virtute ꝑfectũ est. Curasti em̃ vt plus additũ ad memoriã nominis nostri, q̃ ademptũ de fortuna videret. Te vero moneo cũ beneficiis tuis, tũ amore incitat⁹ meo, vt omnem gloriã, ad quã a pueritia inflãmatus fuisti, omni cura, atq; industria consequare, magnitudinẽq; animi tui, quã ego semp sum admiratus, semꝑq; amaui, ne vnq̃ inflectas cuiusq̃ iniuria. Magna est hominũ opinio de te, magna cõmendatio liberalitatis, magna memoria consulatus tui. Hęc ꝑfecto vides quãto expressiora, quantoq; illustriora futura sint, cum aliquantũ ex prouincia, atq; ex imperio laudis accesserit. q̃q̃ te ita gerere volo, quę ꝑ exercitum, atq; imperiũ gerẽda sunt, vt hęc multo ante meditere, huc te pares, hęc cogites, ad hęc te exerceas, sentiasq; id, qđ quia semp speraſti, non dubito quin adeptus, intelligas te facillime posse obtinere summũ, atq; altissimũ gradũ ciuitatis. Quę qdẽ mea cohortatio, ne tibi inanis, aut sine causa suscepta videat, illa me ratio mouet, vt te ex nostris euẽtis cõmunibus ad monendũ putarẽ, vt cõsiderares in oĩ reliqua vita, qbus crederes, quos caueres. Q; scribis te velle scire, q sit reipub. status, summa dissensio est, sed cõtentio dispar. Nã q plus opibus, armis, potẽtia valẽt, perfecisse tantũ mihi videnẽ stultitia, & inconstantia aduersariorũ, vt etiã auctoritate iã plus valerent. Itaq; ꝑpaucis aduersantibus, oĩa, quæ ne ꝑ populũ qdem sine seditione se assequi arbitrabanẽ, ꝑ senatũ cõsecuti sunt. nam & stipendium Cæsari decretum est, & decẽ legati: & ne lege † Trebonia succederetur, facile ꝑfectũ est. Qđ ego ad te breuius scribo, quia me status hic reipu. non delectat. Scribo tamẽ, vt te admoneã, qđ ipse literis oĩbus a pueritia deditus, experiendo tamen magis, q̃ discendo cognoui, vt tuis rebus integris discas, neq; salutis nostrę rationẽ nobis habendã esse sine dignitate, neq; dignitatis sine salute. Qđ mihi de filia, & de Crassipede gratularis, agnosco humanitatẽ tuã, speroq; & opto nobis hanc coniunctionẽ voluptati fore. Lẽtulũ nostrũ eximia spe summę virtutis adolescentẽ, cum cęteris artibus, quibus studuisti semper ipse, tũ in primis imitatione tui fac erudias. nulla enim erit hac prestantior disciplina. quem nos, & quia tuus, & quia te dignus est filius, & quia nos diligit, semꝑq; dilexit, in primis amamus, charumq; habemus.

Euenta.

† Sẽpronia

M.T.C. PVBLIO LENTVLO S.P.D.

DE omnibus rebus, quæ ad te pertinent, quid actum, quid constitutum sit, qđ Pompeius susceperit, optime ex Emplatorio cognosces: qui non solũ interfuit his rebus, sed etiam præfuit, neq; vllũ officium erga te hominis amantissimi, prudentissimi, diligentissimi prætermisit. Ex eodem de toto statu rerum cõmunium cognosces: quæ quales sint, non facile est scribere. sunt quidem certe in amicorum nostrorum potestate, atq; ita, vt nullam mutationem vnq̃ hac hominum ætate habitura res esse videatur. Ego quidem, vt debeo, & vt tute mihi præcepisti, & vt me dignitas, vtilitasq; cogit, me ad eius rationes adiungo, quem tu in meis rationibus tibi esse adiungendum putasti. Sed te non præterit, q̃ sit difficile, sensum in Repub. præsertim rectum, & confirmatum deponere. Verũtamen ipse me cõfirmo ad eius voluntatem, a quo honeste dissentire non possum: neq; id facio (vt forsitan quibusdam videor) simulatione. tantum enim animi inductio, & mehercule amor erga Pompeiũ apud me valet, vt quę illi vtilia sunt, & quę ille vult, ea mihi oĩa iã & recta, & vera videãtur. Neq; (vt ego arbitror) errarent, ne aduersarii qdẽ eius, si cũ pares esse non possent, pugnare desisterẽt. Me qdem & illa res consolatur, q̃ ego is sum, cui vel maxime cõcedãt oĩes, vt vel ea defendã, quæ Pompeius velit, vel taceã, vel etiam id, qđ mihi maxime lubet, ad nostra studia me referã literarum. quod profecto faciam, si mihi per eiusdem amicitiam licebit. Quæ enim proposita fuerant nobis, cum & honorib⁹ amplissimis, & laboribus maximis ꝑfuncti essemus, dignitas in sentẽtiis dicẽdis, libertas in Rep. capessenda, ea sublata tota, sed nec mihi magis, q̃ omnibus.

Nã aut assentiẽdũ est nulla cũ grauitate paucis, aut frustra dissentiendum. Hæc ego ad te ob eã causam maxime scribo, vt iã de tua quoq; ratione meditere. Cõmutata tota ratio est senatus, iudiciorum, rei totius publicę: otium nobis exoptandũ est, qđ ii, qui potiuntur rerũ, præstaturi videntur, si quidam homines patientius eorum potentiam ferre potuerint. Dignitatem quidem illam consularem fortis, & cõstantis senatoris, nihil est q̃ cogitemus. Amissa est culpa eorum, qui a senatu, & ordinẽ coniunctissimũ, & hominẽ clarissimum abalienauerunt. Sed vt ad ea, quę coniunctiora rebus tuis sunt, reuertar: Pompeium tibi valde amicũ esse cognoui, & eo consule (quantũ ego pərspicio) omnia, quę voles, tu obtinebis: quibus in rebus me ille sibi affixũ habebit, neq; a me vlla res, quæ ad te ptineat, negligetur. Neq; eñ verebar ne sim ei molestus, cui iucundũ erit, etiã propter id ipsum, q̃ me esse gratum videbit. Tu velim tibi ita persuadeas, nullã rem esse minimã, quę ad te pertineat, quæ mihi non charior sit, q̃ meę res omnes. Idq; cum sentiam, sedulitate mihimet ipse satisfacere possum: re quidẽ ipsa, ideo mihi nõ satisfacio, q̃ nullã partẽ tuorũ meritorũ nõ modo referenda, sed ne cogitanda quidẽ gratia, consequi possum. Rem te valde bene gessisse rumor erat. Expectabant̃ literę tuę, de quibus eramus iam cum Pompeio locuti: quę si erunt allatę, nostrũ studium extabit in cõueniendis magistratibus, & senatoribus. Cætera, quę ad te pertinebunt, cum etiam plus contenderimus, q̃ possumus, minus tamen faciemus, q̃ debemus.

Pręstaturi.

Extare.

M.T.C. PVBLIO LENTVLO. S.P.D.



Eriucundę mihi fuerũt literę tuę, quibus intellexi te pərspicere meã in te pietatem. quid enim dicam beneuolentiã? cũ illud ipsum grauissimũ, & sanctissimũ nomẽ pietatis leuius mihi meritis erga me tuis esse videatur? Q̃z autem grata tibi mea erga te studia scribis esse, facis tu qdẽ abũdantia quadã amoris, vt etiã grata sint ea, quę prętermitti sine nefario scelere non possunt. Tibi autẽ multo notior, atq; illustrior meus in te animus esset, si hoc tempore oñi, quo seiũcti fuimus, & vna, & Romę fuissemus. Nã in eo ipso, qđ te ostẽdis esse facturũ, qđq; & in primis potes, & ego a te vehemẽter expecto, in sentẽtiis senatoriis, & in oñi actione, atq; administratione reip. floruissemus, de qua ostẽdã eqdẽ paulopost, q̃ sit meus sensus & status, & rescribã tibi ad ea, quę q̃ris. Sed certe & ego te auctore amicissimo ac sapiẽtissimo, & tu me cõsiliario fortasse nõ imperitissimo, fideli qdẽ, & beneuolo certe vsus esses. q̃q̃ tua q̃ dẽ causa te esse ĩperatorẽ, puinciãq; bene gestis rebus cũ exercitu victore obtinere, vt debeo, lętor. Sed certe q̃ tibi ex me fruct⁹ debent̃, eos vberiores, & pstãtioreis psens capere potuisses. In eis vero vlciscendis, quos tibi partim inimicos esse intelligis ppter tuã ppugnationẽ salutis meę, partim inuidere, ppter illius actionis amplitudinẽ & gloriã, mirificũ me tibi comitẽ prębuissem: q̃q̃ ille pərennis inimicus amicorũ suorũ, qui tuis maximis beneficiis ornatus, in te potissimum fractam illam, & debilitatam vim suam contulit, nostram vicem vltus est ipse sese. Ea est enim conatus, quibus patefactis, nullam sibi in posterum non modo dignitatis, sed ne libertatis quidem partem reliquit. Te autem etsi mallem in meis rebus expərtum, q̃ etiam in tuis, tamen in molestia gaudeo, eã fidem cognoscere hominũ non ita magna mercede, quã ego maximo dolore cognorã: de qua ratione tota iam videtur mihi exponendi tempus dari, vt tibi rescribã ad ea, quę quęris. Certiorẽ te pər literas scribis esse factũ, me cum Cęsare, & cũ Appio esse in gratia, teq; id non reprehendere adscribis. Vatiniũ aũt scire te velle ostẽdis, quibus rebus adductus defenderim, & laudarim. Qđ tibi, vt plenius exponã, altius paulo rationẽ meorũ consiliorũ repetã, necesse est. Ego me Lentule initio rerũ, atq; actionũ tuarũ non solum meis, sed etiam reipub. restitutum putabam: & quoniã tibi incredibilem quendã amorem, & omnia in te ipsum summa, ac singularia studia deberem, reipub. quæ te in me restituẽdo multum adiuuisset, eum certe me animum merito ipsius debere arbitrabar, quem antea tantummodo communi officio ciuium non aliquo erga me singulari beneficio debitum pręstitissem. hac me mente fuisse, & senatus ex me te cõsule audiuit, & tu in nostris sermonibus, collocutionibusq; ipse vidisti, etsi iã primis tẽporibus illis multis rebus meus offendebat̃ animus, cũ te agẽte de reliqua nostra dignitate, aut occulta nõnullorũ odia, aut obscura in me studia cernebã. Nã neq; de monimẽtis meis ab iis adiutus es, a q̃b⁹ debuisti, neq; de vi nefaria qua cũ fratre erã domo expulsus, neq; Hercule in iis ipsis rebus, quæ q̃q̃ erant mihi propter

Nostrã vicẽ vltus est sese.

Esse in gratia cũ Cęs.

rei familiaris naufragia,neceſſarię,tamen a me minimi putabant in meis damnis ex auctorita te ſenatus reſarciendis:eam voluntatem,quã expectaram,pręſtiterunt.Quę cum viderem(ne q; enim erant obſcura)non tamen tam acerba mihi hęc accidebant,q̃ erant illa grata,quę fe cerant.Itaq; q̃q̃ & Põpeio plurimũ te quidẽ ipſo prędicatore,ac teſte debebã,& eũ non ſolum beneficio,ſed amore etiam,& perpetuo quodam iudicio meo diligebam,tamen non reputans quid ille vellet,in omnibus meis ſententiis de repu.priſtinis permanebam.Ego ſedente Cn.Põ peio,cum vt laudaret Põpeium,P. Sextius introiſſet in vrbem, dixiſſetq; teſtis Vatinius me fortuna & felicitate Cæſaris commotum illi amicum eſſe cœpiſſe:dixi me eam Bibuli fortu nam quã ille afflictã putarer,omniũ triumphis,victoriiſq; anteferre: dixiq; eodem teſte alio loco,eoſdem eſſe,qui Bibulum exire domo prohibuiſſent,& qui me coegiſſent. Tota vero in terrogatio mea nihil habuit,niſi reprehenſionem illius tribunatus. in quo omnia dicta ſunt libertate,animoq; maximo de vi,de auſpiciis, de donatione regnorũ. neq; vero hac in cauſa modo,ſed conſtanter ſępe in ſenatu.quin etiã Marcello,& Philippo cõſulibus Nonis Aprilibus mihi eſt ſenatus aſſenſus,vt de agro Campano frequenti ſenatu Idibus Maiis referretur. Non potui magis in arcem illius cauſę inuadere,aut magis obliuiſci temporũ meorũ,& me miniſſe actionum.Hac a me ſententia dicta,magnus animorũ motus eſt factus,cum eorũ quo rum oportuit,tum illorũ etiam,quorum nunq̃ putaram.Nam hoc ſenatuſconſulto in meam ſententiã facto,Pompeius cũ nihil mihi oſtendiſſet ſe eſſe offenſum,in Sardiniã,& in Aphri cam profectus eſt, eoq; itinere Lucã ad Cęſarẽ venit: vbi multa de mea ſententia queſtus eſt Cęſar:quippe q; etiam Rauennę Craſſum ante vidiſſet,ab eoq; in me eſſet incenſus. Sane mo leſte Pompeium id ferre conſtabat: qđ ego cum audiſſem ex aliis, maxime ex meo fratre co gnoui:quem cum in Sardinia Pompeius paucis poſt diebus, q̃ Luca diſceſſerat, conueniſſet, te ipſum inquit cupio,nihil opportunius potuit accidere: niſi cũ Marco fratre diligẽter ege ris,dependendum tibi eſt,qđ mihi pro illo ſpopõdiſti. Quid multa?queſtus eſt grauiter, ſua merita commemorauit,quid egiſſet ſæpiſſime de actis Cæſaris cum ipſo meo fratre,quidq; ſi bi is de me recepiſſet,in memoriam redegit:ſeq;,quæ de mea ſalute egiſſet, volũtate Cæſaris egiſſe,ipſum meum fratrem teſtatus eſt:cuius cauſam,dignitatemq;,mihi vt commẽdaret ro gauit,vt eam ne oppugnarem,ſi nollem,aut non poſſem tueri.Hæc cum ad me frater pertu liſſet,& cum tamen Pompeius ad me cũ mandatis Vibullii miſiſſet,vt integrum mihi de cau ſa Campana ad ſuũ reditum reſeruarem,collegi ipſe me,& cum ipſa quaſi Repub.collocutus ſum,vt mihi tam multa p ſe perpeſſo,atq; perfuncto concederet;vt officium meum, memo remq; in benemeritos animum,fidemq; fratris mei pręſtarem:eumq;,quem bonum ciuẽ ſem per habuiſſet, bonum virum eſſe pateretur.In illis autem meis actionibus,ſententiiſq; omni bus,quę Pompeium videbantur offendere,certorum hominum,quos iam debes ſuſpicari,ſer mones referebantur ad me:qui cum illa ſentirent in repu.quę ego agebã, ſemperq; ſenſiſſent, me tamen non ſatisfacere Pompeio,Cæſaremq; inimiciſſimum mihi futurum gaudere ſe aie bant.Erat hoc mihi dolendum,ſed multo magis illud,q; inimicum meum,meum autem: im mo legum,iudiciorum,otii,patrię,bonorum omnium,ſic amplexabantur, ſic in manibus ha bebant,ſic fouebant,ſic me pręſente oſculabantur:non illi quidem,vt mihi ſtomachum face rent,quem ego funditus perdidi,ſed certe vt facere ſe arbitrarentur. Hic ego quantum hu mano conſilio efficere potui circũſpectis rebus omnibus,rationibuſq; ſubductis,ſummam fe ci cogitationum mearum omniũ,quã tibi,ſi potero,breuiter exponam.Ego ſi ab improbis,& perditis ciuibus rempu.teneri viderem,ſicut & meis temporibus ſcimus, & nonnullis aliis ac cidiſſe accipimus, non modo nõ premiis,quę apud me minimũ valent, ſed ne periculis quidẽ cõpulſus vllis,quib9 tñ mouent etiã fortiſſimi viri,ad eorũ cauſam me adiungerẽ,ne ſi ſuma quidẽ eorũ in me merita conſtarent.cũ aũt in rep.Cn.Pompeius princeps eſſet vir is,qui hanc potentiã,& gloriam maximis in rempu.meritis,pręſtantiſſimiſq; rebus geſtis eſſet con ſecutus,cuiuſq; ego dignitatis ab adoleſcentia fautor,in ptura autẽ,& in conſulatu adiutor etiã extitiſſem:cũq; idẽ auctoritate,& ſentẽtia per ſe,cõſiliis,& ſtudiis tecũ me adiuuiſſet,meũ q; inimicũ,vnũ in ciuitate haberet inimicũ:non putaui famã inconſtãtię mihi pertimeſcendã ſi quibuſdã in ſententiis paulũ me immutaſſem,meãq; voluntatẽ ad ſummi viri,de meq; opti me meriti dignitatẽ aggregaſſem.In hac ſentẽtia cõplectẽdus erat mihi Cęſar,vt vides,in cõ iuncta & cauſa & dignitate.Hic multũ valuit tũ vetus amicitia,quã tu nõ ignoras mihi,& Q.fratri cũ Cęſare fuiſſe:tũ humanitas ei9,ac liberalitas breui tẽpore & literis & officiis pſpe

Reputans.

Inuadere in arcẽ cau ſę.

Pręſtare.

Rationib9 ſubductis ſummã fe ci cogita.

Fautor di gnitatis.

cta nobis & cognita. Vehementer etiam res ipsa pu. me mouit, quę mihi videbatur cõtentio
nem pręsertim maximis reb⁹ a Cęsare gestis cum illis viris nolle fieri, & ne fieret vehemẽter
recusare. Grauissime aũt me in hanc mentẽ impulit & Pompeii fides, quã de me Cęsari dede
rat: & fratris mei, quã Põpeio. Erant ꝓterea hęc animaduertenda in ciuitate, q̃ sunt apud Pla
Plato. tonem nostrũ scripta diuinitus. QVALES IN REPVBLICA PRINCIPES essent, taleis re-
liquos solere esse ciueis. Tenebam memoria nobis consulibus ea fundamenta iacta ex Calẽ. Ia
nuariis confirmãdi senatus, vt neminẽ mirari oporteret Nonis Decẽbribus tantũ vel animi
fuisse in illo ordine, vel auctoritatis. Idẽq; meminerã nobis priuatis vsq; ad Cęsarẽ, & Bibulũ
consules, cũ sentẽtię nostrę magnum in senatu pondus haberent, vnũ fere sensum fuisse bono
rum omniũ. Postea cũ tu Hispaniã citeriorem cũ imperio obtineres, neq; resp. consules habe-
ret, sed mercatores prouinciarum, & seditionum seruos, ac ministros: iecit quidã casus caput
meum quasi certaminis causa, in mediam contentionem, dissensionemq; ciuilẽ. quo in discri-
mine, cum mirifica senatus, incredibilis Italię totius, & singularis bonorũ omnium consensio
in me tuendo extitisset, non dicam quid acciderit, (multorum est enim, & varia culpa) tantũ
dicam breui non mihi exercitum, sed duces defuisse: in quo, vt iam sit in iis culpa, qui me nõ
defenderunt, nõ minor est in iis, qui reliquerũt: & si accusandi sunt, qui pertimuerunt, magis
Quidẽ cer- etiã reprehendẽdi, qui se timere simularunt. illud quidẽ certe nostrũ cõsiliũ iure laudãdũ est,
te, qui meos ciueis, & a me conseruatos, & me seruare cupienteis, spoliatos ducibus, seruis ar-
matis obiici noluerim, declararęq; maluerim, quanta vis esse potuisset in consensu bonorum,
si ii pro me stante, pugna non destitissent, cum afflictũ excitare potuissent. Quorũ quidẽ ani-
mum tu non perspexisti solum, cum de me ageres, sed etiã confirmasti, atq; tenuisti. Qua in
causa non modo non negabo, sed etiam semper & meminero, & prędicabo libenter, vsus es q-
busdam hominibus nobilissimis fortioribus in me restituendo, q̃ fuerant iidem in tenendo,
qua in sententia si constare voluissent, suam auctoritatem simul cũ salute mea recuperassent.
Recreatis enim bonis viris consulatu tuo, & constantissimis, atq; optimis actionibus tuis ex-
citatis, Cn. Pompeio pręsertim ad causam adiuncto, cum etiam Cæsar rebus maximis gestis,
singularibus ornatus, & nouis honoribus, ac iudiciis senatus ad auctoritatem eius ordinis
adiungeretur, nulli improbo ciui locus ad remp. violandã esse potuisset. Sed attende quæso,
Clodiũ in- quę sint consecuta. primum illa furta muliebriũ religionum: qui nõ pluris fecerat Bonã deã,
telligit. q̃ treis sorores, impunitatem scelerum, eorum sententiis affecutus: † cum tribunus pleb. pœ-
† qui cum. nas a seditioso ciue per bonos viros iudicio persequi vellet: exemplũ pręclarissimũ in posterũ
vindicandę seditionis de rep. sustulerũt: iidemq; postea nõ meũ monimentum, non eẽ illę ma
nubię meę, sed operis locatio mea fuerat, monimentũ vero senatus, hostili nomine, & cruẽtis
inustum literis esse passi sunt. Qui me homines, q; saluum esse voluerũt, est mihi gratissimũ:
Medici. sed vellem non solum salutis meę, quemadmodũ medici, sed etiam, vt aliptę, virium, & colo-
Aliptę. ris rationem habere voluissent. nunc vt Apelles Veneris caput, & summa pectoris politissi-
Apellea ma arte pærfecit, reliquam partem corporis inchoatã reliquit: sic quidam homines in capite
Venus. meo solũ elaborarũt, reliquũ corpus imperfectũ, ac rude reliquerũt. In quo ego fæm fefelli nõ
modo inuidorum, sed etiam inimicorum meorũ: qui de vno acerrimo, & fortissimo viro, meo
q; iudicio omniũ magnitudine animi, & constantia pręstãtissimo Q. Metello Lucii filio quon
dam falsam opinionem acceperunt, quem post reditum dictitãt fracto animo, & demisso fuis
se. Est vero probandum, qui & summa volũtate cesserit, & egregia animi alacritate abfuerit,
neq; sane redire curaret, eum ob id ipsum fractum fuisse, in quo, cũ omnes homines, tum M.
illum Scaurum singularem virũ constantia, & grauitate superasset. Sed qđ de illo acceperãt,
aut etiam suspicabantur, de me idem cogitabant, abiectiore animo me futurũ, cum resp. ma
iorem etiam mihi animum, q̃ vnq̃ habuissem, daret: quę declarasset sese non potuisse me vno
ciue carere: cũq; Q. Metellũ vnius tribuni ple. rogatio, me vniuersa resp. duce senatu, comitã
te Italia, promulgãtib⁹ oĩbus, referẽte cõsule, comitiis cẽturiatis, cunctis ordinibus, homini-
bus incumbentibus, omnibus deniq; suis virib⁹ recuperasset. Neq; vero ego mihi postea quic
q̃ assumpsi, neq; hodie assumo, qđ quenq̃ maleuolentissimũ iure possit offendere. tãtũ enitor,
vt neq; amicis, neq; etiam alienioribus opera, cõsilio, labore desim. Hic meę vitę cursus offen-
dit eos fortasse, qui splendorẽ, & speciẽ huius vitę intuẽtur: sollicitudinẽ aũt, & laborẽ pærspi
cere nõ possunt. Illud vero nõ obscure queruntur in meis sentẽtiis, quibus ornẽ Cęsarẽ, quasi
† desciueri. † destiterim pristina causa. Ego aũt cũ illa sequor, q̃ paulo ante pposui, tum hoc nõ in postre-

mis,de quo cœperam exponere. Non offendes eundē bonorū ſenſum Lentule, quē reliquiſti, qui cōfirmatus cōſulatu noſtro,nōnūq̄ poſtea interruptus,afflictus ante te cōſulē,recreatus abs te totus eſt,nūc ab iis,a quibus tuēdus fuerat,derelictus:idq̄ nō ſolū fronte,atq̄ vultu,q̄ bus ſimulatio facillime ſuſtinet,ii declarant,qui tum noſtro illo ſtatu optimates nominaban tur,ſed etiam ſenſu ſępe iam,tabellaq̄ docuerunt,itaq̄ tota iam ſapientium ciuium, qualem me & eſſe & numerari volo,& ſententia,& voluntas mutata eſſe debet. Id em̄ iubet idem ille Plato,quē ego auctorem vehementer ſequor:tantū contendere in Repu.quantū probare tuis ciuibus poſſis:vim neq̄ parenti,neq̄ patrię afferre oportere. Atq̄ hanc quidē ille cauſam ſibi ait non attingendę Reip.fuiſſe,q̄ cum offendiſſet populū Athenienſem prope iam deſipien tem ſenectute,cūq̄ eū nec perſuadēdo,nec cogēdo regi poſſe vidiſſet,cū perſuaderi poſſe diſ fideret, cogi fas eſſe non arbitrareť. Mea ratio fuit alia,q̄ neq̄ deſipiēte populo, neq̄ integra re mihi ad conſulendū capeſſerē ne Rēp.implicatus tenebar. Sed lętatus tñ ſum,q̄ mihi liceret,in eadē cauſa & mihi vtilia,& cuiuis bono recta defendere. Huc acceſſit cōmemoranda quędā,& diuina Cęſaris in me,fratrēq̄ meū liberalitas: qui mihi quaſcūq̄ res gereret, tuen dus eſſet. Nunc in tanta felicitate,tantiſq̄ victoriis etiā ſi nō in nos is eſſet,qui eſt,tñ ornan dus videreť. ſic em̄ te exiſtimare velim:cū a vobis meę ſalutis auctoribus diſceſſerim,neminē eſſe,cuius officiis me tā eſſe deuinctū nō ſolū confitear,ſed & gaudeā.qđ quoniā tibi expoſui facilia ſunt ea,quę a me de Vatinio,& de Craſſo requiris. Nam de Appio qđ ſcribis ſicut de Cęſare te nō reprehēdere,gaudeo tibi cōſiliū probari meū. De Vatinio aūt primū reditus in terceſſerat in gratiā per Pompeiū ſtatim,vt ille pretor factus eſt, cū quidē ego eius petitionē grauiſſimis in ſenatu ſentētiis oppugnaſſem,neq̄ tā illius lędēdi cauſa,q̄ defendēdi,atq̄ ornā di Catonis:poſt aūt Cęſaris,vt illū defenderē,mira contentio eſt cōſecuta. Cur aūt laudarim peto a te, vt id a me neve in hoc reo, neve in aliis queras,ne tibi ego idē reponā, cū veneris, tametſi poſſum vel abſenti. Recordare em̄,quib⁹ laudationē ex vltimis terris miſeris,nec hoc pertimueris.nā a me ipſo laudantur,& laudabunt iidē. Sed tñ defendēdi Vatinii fuit etiā ille ſtimulus,de quo in iudicio,cū illū defenderē,dixi me facere quiddā,qđ in Eunucho paraſitus ſuaderet militi. Vbi nominabit Phędriam,tu Pamphilā cōtinuo.ſiquādo illa dicet,Phędriam intromittamus comeſſatū,tu Pamphilā cantatū prouocemus.ſi laudabit hęc illius formā,tu huius contra.denique par pari referto,qđ eā mordeat. Sic petiui a iudicibus, vt quoniā quidā nobiles homines,& de me optime meriti nimis amarēt inimicū meū:meq̄ inſpectante ſępe eū in ſenatu modo ſeuere ſeducerent, modo familiariter, atq̄ hilare amplexarent: qm̄q̄ illi ha berent ſuū Publiū,darent mihi ipſi aliū Publiū,in quo poſſem eorū animos mediocriter laceſ ſitus leuiter repungere:neq̄ ſolū dixi,ſed etiā ſępe facio diis hominibuſq̄ approbantibus. Ha bes de Vatinio,cognoſce de Craſſo.ego,cū mihi cū illo magna iā gratia eſſet,q̄ eius omneis grauiſſimas iniurias communis concordię cauſa voluntaria quadam obliuione cōtriueram, repentinam eius defenſionem Gabinii, quem proximis ſuperioribus diebus acerrime oppu gnaſſem,tametſi ſine vlla mea contumelia ſuſcepiſſet,tuliſſem:ſed cum me diſputantē,non la ceſſentem,lęſiſſet,exarſi,non ſolum preſenti(credo)iracundia(nam ea tam vehemens fortaſſe non fuiſſet)ſed cum incluſum illud odium multarum eius in me iniuriarum,qđ ego effudiſ ſe me omne arbitrabar,reſiduum tamen inſciente me fuiſſet, omne repēte apparuit. Quo qui dem tempore ipſo,quidam homines,& iidem illi,quos ſępe nutu,ſignificationeq̄ appello, cū ſe maximum fructum cepiſſe dicerent ex libertate mea: meq̄ tum denique ſibi eſſe viſum reip. qualis fuiſſem,reſtitutum:cūq̄ ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tuliſſet:gau dere ſe dicebant mihi & illum inimicum,& eos,qui in eadem cauſa eſſent,nunq̄ amicos futu ros. Quorū iniqui ſermones cum ad me per homines honeſtiſſimos perferrentur,cūq̄ Pom peius ita cōtendiſſet,vt nihil vnq̄ magis,vt cū Craſſo redirē in gratiā,Cęſarq̄ per literas ma xima ſe moleſtia ex illa contentione affectū oſtenderet,habui non temporū ſolū rationē eoꝝ, ſed naturę etiā meę,Craſſuſq̄,vt quaſi teſtata populo Ro.eſſet noſtra gratia,pene a meis lari bus in puinciā eſt profectus.nā cū mihi cōdixiſſet,cœnauit apud me in mei generi Craſſipe dis hortis. Quāobrē eius cauſam,qđ te ſcribis audiſſe, magna illius cōmendatione ſuſceptā, defendi in ſenatu,ſicut mea fides poſtulabat. Accepiſti quib⁹ reb⁹ adductus quāq̄ rē, cauſam q̄ defenderim,quiq̄ me⁹ in rep.ſit pro mea parte capeſſenda ſtatus. de quo ſic velim ſtatuas: me hęc eadē ſenſurū fuiſſe,ſi mihi integra oīa,ac libera fuiſſent. Nam neq̄ pugnandū arbitra ret cōtra tātas opes,neq̄ delendū,etiā ſi id fieri poſſet,ſummorū ciuiū principatū, neq̄ per-

Fronte atq̄ vultu ſimu latio facilli me ſuſtineť Plato.

Reponere.

Terētius in Eunucho.

Par pari re ferre.

Repūgere.

Eſſet mihi gratia cum illo.

Redire in gratiam.

Condicere.

Sententia mutãda nõ nunq̃ sapiẽti.

manendum in vna sententia conuersis rebus, ac bonorũ voluntatibus mutatis, sed temporibus assentiendũ. NVNQVAM ENIM PRAESTANTIBVS In repu. gubernãda viris laudata est in vna sentẽtia pẽrpetua permansio: sed vt in nauigãdo tẽpestati obsequi artis est, etiã si portũ tenere nõ queas: cũ vero id possis mutata velificatione assequi, stultũ est eũ tenere cũ periculo cursum, quẽ ceperis, potius q̃ eo cõmutato quo velis tandẽ peruenire: sic cũ oĩbus nobis in administranda repu. propositũ esse debeat id, qđ a me sẽpissime dictũ est, cũ dignitate otiũ, NON IDEM SEMPER Dicere, sed idẽ semper spectare debemus. Quãobrem, vt paulo ante posui, si essent oĩa mihi solutissima, tñ in repu. nõ alius essem, atq; nunc sum. Cũ vero in hunc sensum & allicíar beneficiis hominũ, & cõpellar iniuriis, facile patior ea me de rep. sentire, ac dicere, quę maxime cũ mihi, tum etiã reip. rationib9 putẽ cõducere. Apertius aũt hęc

Gratia illustris.

ago, ac sępius, q; & Q. frater meus legatus est Cęsaris, & nullũ meũ minimum dictum, nõ modo factum pro Cęsare intercessit, qđ ille non ita illustri gratia exceperit, vt ego eum mihi deuinctũ putarem. Itaq; eius omni & gratia, quę summa est, & opibus, quas intelligis esse maximas, sic fruor, vt meis: nec mihi aliter potuisse videor hominũ perditorum de me cõsilia frãgere, nisi cum prędidiis iis, quę semper habui, nunc etiam potentium beneuolentiã coniunxissem. His ego consiliis si te prędentem habuissem (vt opinio mea fert) essem vsus eisdem. noui eñ temperantiam, & moderationem naturę tuę, noui animũ, tum mihi amicissimum, tum nulla in cęteros maleuolentia suffusum, contraq; cum magnum, & excelsum, tum etiam apertum & simplicem. Vidi ego quosdam in te taleis, qualeis tu eosdem in me videre potuisti: quę me mouerunt, mouissent eadem te profecto. Sed quocunq; tempore mihi potestas prędentis tui fuerit, tu eris omnium moderator consiliorum meorum. tibi erit eidem, cui salus mea fuit, etiam dignitas curę. me quidẽ certe tuarũ actionum, sententiarum, voluntatum, rerum denicp omnium socium, comitẽq; habebis: neq; mihi in omni vita res tam erit vlla proposita, q̃ vt quotidie vehementius te de me optime meritum esse lętere. Q. rogas vt mea tibi scripta mittam, quę post discessum tuũ scripserim, sunt orationes quædã, quas Menocrito dabo, neq; ita multę, vt pertimescas. Scripsi etiam carmina quędã (nam ab orationib9 disiungo me fere, referoq; ad mansuetioreis musas, quę me maxime, sicut iam, a prima adolescentia delectarunt). Scripsi etiam Aristotelico more (quemadmodum quidẽ volui) treis libros in disputatione ac dialogo de Oratore, quos arbitror Lentulo tuo fore non inutileis. Abhorrent eñ a cõmunibus prędeptis, & omnem antiquorũ, & Aristotelicam, & Isocraticam rationẽ oratoriã complectuntur. Scripsi etiam versibus treis libros de tẽporibus meis, quos iampridẽ ad te misissem, si esse edendos putassem. sunt eñ testes, & erunt sempiterni meritorum tuorum erga me, meęq; pietatis. sed quia verebar nõ eos qui se lęsos arbitrarent (etẽ id feci parce & molliter), sed eos, quos erat infinitum bene de me meritos omneis nominare. quos tamen ipsos libros, si quem cui recte committam, inuenero, curabo ad te perferẽdos. Atq; istam quidem partem vitę, consuetudiniscp nostrę totam ad te defero. quantũ literis, quantũ studiis veteribus nostris delectationibus cõsequi poterimus, id omne ad arbitrium tuum, qui hęc semper amasti, libentissime conferemus. Quæ ad me de tuis rebus domestícis scribis, quęq; mihi cõmendas, ea tantę mihi curæ sunt, vt me nolim admoneri: rogari vero sine magno dolore vix possum. Quod de Qu. fratris negotio scribis: te priore ætate, q; morbo impeditus in Cilicíã nõ transieris, conficere non potuisse: nunc autem omnia facturum: vt conficias, id scito esse eiusmodi, vt frater meus vere existimet adiuncto isto fundo patrimonium fore suum per te constitutum. Tu me de tuis rebus omnibus, & de Lentuli tui, nostriq; studiis, & exercitationibus velim q̃familiarissime certiorem, & q̃sępissime facias: existimesq; neminem cuiq̃, neq; chariorem, neq; iucundiorem vnq̃ fuisse, q̃ te mihi: idq; me, non modo vt tu sentias, sed vt omnes gentes, etiam vt posteritas omnis intelligat, esse facturum. Appius in sermonibus antea dictitabat, postea dixit etiam in senatu palam: sese (si licitum esset legem Curiatam ferre) sortiturum esse cum collega prouinciam: si Curiata lex non esset, separaturum cũ collega, tibiq; successurum: legemq; Curiatam cõsuli ferre opus esse, necesse non esse: se, quoniam ex senatusconsulto prouinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in vrbem introiisset. Ego quid ad te tuorũ quisq; necessariorũ scribat, nescio. varias esse opiniones intelligo. sunt qui putent posse te non decedere, q; sine lege Curiata tibi succedatur. sunt etiam qui, si decedas, a te relinqui posse, qui prouincię prędit. Mihi nõ tam de iure certum est (q̃q̃ ne id quidẽ valde dubium est) q̃ illud ad tuam summam amplitudinem, dignitatem, liberalitatem, qua

Mansuetiores musę. Libri tres de Oratore Lib. de tẽporibus Cice.

Opus esse, necesse non esse.

te ſcio libentiſſime frui ſolere,pertinere te ſine vlla mora prouinciam ſucceſſori concedere, præſertim cum ſine ſuſpitione tuæ cupiditatis non poſſis illius cupiditatem refutare. Ego vtrunq; puto meum eſſe,& quid ſentiam oſtẽdere,& quod feceris defendere. Scripta iam epiſtola ſuperiore accepi tuas literas de publicanis,quibus æquitatem tuam non potui non probare: facilitate quidẽ qd vellem cõſequi potuiſſes,ne eius ordinis quem ſemper ornaſti, rem aut voluntatem offenderes.Equidem non deſinam tua decreta defendere,ſed noſtri cõ=ſuetudinem hominum,ſcis q̃ grauiter inimici illi ipſi Q.Scæuolæ fuerint.Tibi tamen ſum auctor,vt quibus rebus poſſis,eum tibi ordinem,aut reconcilies,aut mitiges.Id etſi difficile eſt,tamen mihi videtur eſſe prudentiæ tuæ. Vale. Accepi literas.

M.T.C.VALERIO IVRISCONSVLTO.S.P.D.

CVr enim tibi hoc non gratificer neſcio,preſertim cum his temporibus audacia pro ſapientia liceat vti.Lentulo noſtro egi p literas tuo nomine gratias diligenter.Sed tu velim deſinas iam noſtris literis vti,& nos aliquando reuiſas, & ibi malis eſſe vbi aliquo numero ſis, q̃ iſtic vbi ſolus ſapere videare.q̃q̃ qui iſtinc nunc veniunt,partim te ſuperbum eſſe dicũt,q; nihil reſpondeas,partim contumelioſum,q; male reſpondeas.Sed iam cupio tecum coram iocari.Quare fac vt q̃primum venias,neq; in Apuliam tuam accedas,vt poſſimus ſaluum te veniſſe gaudere.Nam illo ſi veneris,tanq̃ Vlyſſes cognoſces tuorũ neminẽ. Vale. Aliquo numero. Vlyſſes.

M.T.CICERONIS EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER SECVNDVS.

M.T.CICERO.C.CVRIONI.S.P.D.

QVANQVAM ME NOMINE NEGLIGENTIAE SVSPEctum tibi eſſe doleo, tamen nõ tam mihi moleſtum fuit accuſari abs te officium meum , q̃ iucundum requiri , præſertim cum in quo accuſabar culpa vacarem, in quo autem deſiderare te ſignificabas meas literas,præ te fers perſpectum mihi quidem, ſed tamẽ dulcem & optatum amorem tuum.Equidem neminem prætermiſi,quem quidem ad te peruenturum putarem,cui literas non dederim.Etenim quis eſt tam in ſcribẽdo impiger q̃ ego:a te vero bis, terve ad ſummum , & eas perbreueis accepi . Quare ſi iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine: ſin me id facere noles , te mihi æquum præbere debebis . Sed de literis hactenus. Non enim vereor ne non ſcribendo te expleam,præſertim ſi in eo genere ſtudium meum non aſpernabere . Ego te abfuiſſe tandiu a nobis , & doleo q; carui fructu iucundiſſimæ conſuetudinis , & lætor q; abſens omnia cum maxima dignitate es conſecutus , q;q; in omnibus tuis rebus meis optatis fortuna reſpondit.Breue eſt quod me tibi præcipere meus incredibilis in te amor cogit.Tanta eſt expectatio vel animi vel ingenii tui,vt ego te obſecrare obteſtariq; non dubitem , ſic ad nos confirmatus reuertare , vt quam expectationem tui concitaſti,hãc ſuſtinere ac tueri poſſis.Et quoniam meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla vnq̃ delebit obliuio , te rogo vt memineris,quantæcunq; tibi acceſſiones fient & fortunæ & dignitatis,eas te non potuiſſe conſequi, niſi meis puer olim fideliſſimis atq; amantiſſimis conſiliis paruiſſes . Quare hoc animo in nos eſſe debebis, vt ætas noſtra iam ingraueſcens in amore atq; in adoleſcentia conquieſcat tua.Vale. Paſſiua cũ ablatiuo agente. Amantiſſimis conſ.

M.T.CICERO CVRIONI.S.P.D.

RAui teſte priuatus ſum amoris ſummi erga te mei , patre tuo clariſſimo viro, qui cum ſuis laudibus, tum vero te filio ſuperaſſet omnium fortunam, ſi ei contigiſſet vt te ante videret,q̃ a vita diſcederet . Sed ſpero noſtram amicitiam non egere teſtibus . Tibi patrimonium dii fortunent. Me certe habebis,cui charus eque ſis & periucũdus,ac fuiſti patri.†Nempe ſtudium non defuit declarandorum munerum tuo nomine,ſed nec mihi pla= Fortunent †Nuper ſtudium.

cuit,nec cuiq̃ tuorum, quicq̃ te absente fieri, quod tibi cum venisses, non esset integrum. Meam quidem sententiam,aut scribam ad te postea pluribus, aut ne ad eam meditere, imparatum te offendam, coramq; contra istam rationem, meam dicam, vt aut te in meam sententiam adducam, aut certe testatum apud animum tuum relinquam, quid senserim, vt siquando (quod nolim) displicere tibi tuum consilium cœperit, possis meum recordari. Breui tamen sic habeto,in eum statum temporum tuum reditum incidere,vt iis bonis,quę tibi natura,studio,fortuna data sunt,facilius omnia,quæ sunt in repub. amplissima consequi possis,q̃ muneribus,quorum neq; facultatem quisq̃ admiratur (est enim copiarum,nõ virtutis) neq; quisq̃ est,quin satietate iam defessus sit. Sed aliter atq; ostenderam,facio,qui ingredior ad explicandam rationem sententiæ meæ. Quare omnem hanc disputationem in aduentum tuũ differo. Summa scito in expectatione te esse,eaq; a te expectari,quæ a summa virtute,summoq; ingenio expectanda sunt:ad quæ si es,vt debes,paratus (quod ita esse confido) plurimis,maximisq; muneribus & nos amicos,& ciueis tuos vniuersos,& rempu. afficies. Illud profecto cognosces, mihi te neq; chariorem,neq; iucundiorem esse quenq̃.

Recordari cum actõ.

Vale.

M.T.C.CVRIONI.S.P.D.

Epistolarũ genera.

EPistolarum genera multa esse non ignoras,sed vnum illud certissimum,cuius causa inuenta res ipsa est, vt certiores faceremus absenteis,si quid esset quod eos scire,aut nostra,aut ipsorũ interesset. Huius generis literas a me profecto non expectas.domesticarum enim rerum tuarum habes & scriptores,& nuncios. In meis autem rebus nihil est sane noui. Reliqua sunt epistolarum genera duo,quæ me magnopere delectãt,vnum familiare & iocosum, alterum seuerum,& graue. Vtro me minus deceat vti,non intelligo. Iocer ne tecum per literas! Ciuem mehercule non puto esse,qui temporibus his ridere possit. An grauius aliqd scribam! quid est quod possit grauiter a Cicerone scribi ad Curionẽ, nisi de republ! Atq; in hoc genere hæc mea causa est,vt neq; ea,que nunc sentio,velim scribere. Quamobrem,quoniam mihi nullum scribendi argumẽtum relictum est,vtar ea clausula,qua soleo,teq; ad studium summæ laudis cohortabor. Est enim tibi grauis aduersaria cõstituta,& parata,incredibilis quędam expectatio,quam tu vna re facillime vinces,si hoc statueris,quarum laudum gloriam adamaris,quibus artibus eæ laudes comparantur,in iis esse elaborandum. In hanc sententiam scriberem plura,nisi te tua sponte satis incitatum esse confiderem. & hoc quicquid attigi,non feci inflammandi tui causa,sed testificandi amoris mei. Vale.

Passiuum cũ ablto.

M.T.C.CVRIONI.S.P.D.

In eadem naui.

AEc negotia, quo modo se habeant, ne epistola quidem narrare audeo tibi. etsi vbicunq; es (vt scripsi ad te antea) in eadem es naui,tamen q; abes gratulor, vel quia non vides ea quæ nos, vel q; excelso, & illustri loco sita sit laus tua in plurimorum,& sociorum,& ciuium cõspectu,quæ ad nos nec obscuro,nec vario sermone,sed & clarissima,& vna omnium voce perfertur. Vnũ illud nescio, gratuler ne tibi, an timeã,q; mirabilis est expectatio reditus tui:non quo verear, ne tua virtus opinioni hominum non respondeat, sed mehercule,ne cum veneris,non habeas iam quod cures, ita sunt omnia debilitata iam prope, & extincta. Sed hæc ipsa nescio recte ne sint literis cõmissa. Quare cætera cognosces ex aliis. Tu tamen,siue habes aliquã spem de repub.siue desperas,ea para,meditare,cogita,quæ esse in eo ciue,ac viro debent,qui sit rempub.afflictam,& oppressam miseris temporibus,ac perditis moribus,in veterem libertatem,ac dignitatem †vindicaturus. Vale.

Vereor ne non.

†vendicaturus.

M.T.C.CVRIONI.S.D.P.

Romam versus.

NOndum erat auditum, te ad Italiam aduentare, cum Sextum Iulium Mílonis mei familiarem cum his ad te literis misi,sed tamẽ cum appropinqua re tuus aduentus putaretur, & te iam ex Asia Romam versus profectum esse constaret, magnitudo rei fecit, vt non vereremur,ne nimis cito mitteremus,cum has ad te q̃primum literas perferri magnopere vellem⁹. Ego, si mea in te essent officia solum Curio tanta,quanta magis a te ipso præ-

dicari,q̃ a me ponderari ſolent,verecundius a te,ſiqua magna res mihi pętenda eſſet,contẽderem.GRAVE EST enim homini pudenti pętere aliquid magnum ab eo,de quo ſe bene meritum putet,ne id quod pętat,exigere magis,q̃ rogare,& in mercedis potius,q̃ beneficii loco numerare videatur. Sed quia tua in me vel nota omnibus, vel ipſa nouitate meorum temporum clariſſima,& maxima beneficia extiterũt,ESTQVE ANIMI ingenui,cui multum debeas,eidem plurimum velle debere,non dubitaui id a te pęr literas pętere,quod mihi omnium eſſet maximũ,maximeq; neceſſarium. Neq; enim ſum verit9 ne ſuſtinere tua in me vel innumerabilia beneficia non poſſem,cum pręſertim conſiderẽ,nullam eſſe gratiam,quã vel non capere animus meus accipiẽdo,vel remunerando, cumulandoq; illuſtrare poſſit.Ego omnia mea ſtudia,omnẽ opęram,curam,induſtriam,cogitationẽ,mẽtẽ deniq; omnẽ in Milonis conſulatu fixi,& locaui,ſtatuiq; in eo me nõ officii ſolũ fructũ, ſed etiã pietatis laudẽ debere quęrere.Neq; vero cuiq̃ ſalutẽ ac fortunas ſuas tãtę curę fuiſſe vnq̃ puto,quãtæ mihi ſit honos ei9,in quo oĩa mea ſtudia poſita eſſe decreui.Huic te vnũ tãto ądiumẽto eſſe,ſi volueris, poſſe intelligo,vt nihil ſit pterea nobis requirẽdũ.Habem9 hęc oĩa:bonorũ ſtudiũ cõciliatũ ex tribunatu,ppter noſtram(vt te ſpęro intelligere)cauſam:vulgi,ac multitudinis,ppter magnificẽtiã munerũ,liberalitatẽq; naturæ:iuuẽtutis,& gratioſorũ in ſuffragiis ſtudia,propter ipſius excellentẽ in eo genere vel gratiam,vel diligẽtiã, noſtrã ſuffragationẽ ſi minus potentem,at probatam tamen,& iuſtam,& debitam, & propterea fortaſſe etiam gratioſam.Dux nobis,& auctor opus eſt,& eorum vẽtorum,quos propoſui,moderator quidam,& quaſi gubernator. qui ſi ex omnibus vnus exoptandus eſſet, quem tecum conferre poſſemus,non haberemus.Quamobrem ſi me memorem,ſi gratum,ſi bonum virũ vel ex hoc ipſo,q; tam vehementer de Milone laborem, exiſtimare potes, ſi dignum deniq; tuis bñficiis iudicas,hoc a te pęto,vt ſubuenias huic meæ ſollicitudini,& huic meæ laudi, vel(vt verius dicam)propriæ ſaluti,tuum ſtudium dices.De ipſo T.Annio tãtum tibi polliceor,te maioris animi,grauitatis,conſtantiæ,beneuolentiæ erga te,ſi complecti hominem volueris,habiturum eſſe neminem.Mihi vero tantum decoris, tantum dignitatis adiunxeris,vt eundem te facile agnoſcam fuiſſe in laude mea, qui fueris in ſalute. Ego ni te videre ſcirem,cum hęc ad te ſcriberem, quantum officii ſuſtinerem, quantopere mihi eſſet in hac pętitione Milonis omni non modo contentione,ſed etiam dimicatione elaborandum,plura ſcriberem,nunc tibi omnem rem,atq; cauſam,meq; totum commendo,atq; trado.vnũ hoc ſic habeto,ſi a te hãc rem impętraro,me pęne plus tibi, q̃ ipſi Miloni debiturum. non enim mihi tam mea ſalus chara fuit,in qua pręcipue ſum ab illo adiutus,q̃ pietas erit in referenda gratia iucunda,eam autem tui vnius ſtudio me aſſequi poſſe confido. Vale.

Petere ab obnoxio.

Debere vel le cui debeas.

Miloñis cõſulatus.

Opus nobis dux & auctor.

M.T.C.PROCONSVL CVRIONI TRIBVNO PLE.S.P.D.

SEra gratulatio reprehẽdi non ſolet,pręſertim ſi nulla negligẽtia pętermiſſa eſt.longe eñ abſum,audio ſero.ſed tibi & gratulor, & vt ſempiternę laudi tibi ſit iſte tribunatus exopto.Teq; hortor,vt oĩa gubernes,& moderere prudentia tua,ne te auferant aliorũ conſilia.Nemo eſt,qui tibi ſapiẽtius ſuadere poſſit te ipſo:nunq̃ labere, ſi te audies.Non ſcribo hoc temere,cui ſcribã video,noui animũ,noui cõſiliũ tuũ,nõ vereor ne quid timide,ne qd ſtulte facias,ſi ea defendes,quæ ipſe recta eſſe ſenties,q; in id reip.tẽpus nõ incideris,ſed veneris:iudicio eñ tuo,nõ caſu in ipm diſcrimẽ rerũ cõtuliſti tribunatũ tuũ. Profecto vides, quãta vis in repu.ſit tẽporũ,quãta varietas rerũ,q̃ incerti exitus,q̃ flexibiles hoĩm volũtates:quid inſidiarũ,quid vanitatis in vita ſit,nõ dubito quin cogites. ſed amabo te,cura,& cogita,nihil noui,ſed illud idem quod initio ſcripſi, tecum loquere, te adhibe in cõſilium, te audi,tibi obtempera:alteri qui melius dare conſilium poſſit,q̃ tu,non facile inueniri poteſt,tibi vero ipſi certe nemo melius dabit. Dii immortales, cur ego non adſum vel ſpectator laudum tuarum,vel particeps,vel ſocius,vel miniſter conſiliorum:tametſi hoc minime tibi deeſt, ſed tamen efficeret magnitudo, & vis amoris mei, conſilio te vt poſſem iuuare. Scribam ad te plura alias.paucis enim diebus eram miſſurus domeſticos tabellarios, vt quoniam ſane feliciter, & ex mea ſententia rempu. geſſimus , vnis literis totius æſtatis res geſtas ad Senatum pęrſcriberem. De ſacerdotio tuo quantam curam adhibuerim, q̃q̃ difficili in re,atq; cauſa,cognoſces ex iis literis, quas Thraſoni liberto tuo dedi. Te mi Curio pro tua incredibili in me beneuolentia, meaq; itẽ in te ſingulari,rogo, atq; oro,ne patiare mihi

Serum.

Sero.

Te audies

Vnę literę

Dedi literas liberto

quicq̃ ad hanc prouincialem molestiam temporis prorogati. Præsens tecum egi, cum te tribunum ple. isto anno fore non putarem. Itaq; pætiui sępius pær literas, sed tum quasi a senatore nobilissimo, tũ adolescente etiã gratiosissimo, nunc a tribuno pleb. & a Curione tribuno, non vt decernatur aliquid noui, quod solet esset difficilius, sed vt ne quid noui decernatur, & vt senatusconsultum, & leges defendas, eaq; mihi conditio maneat, qua profectus sum. hoc te vehementer etiam atq; etiam rogo. Vale.

M.T.C.PROCONSVL.M. CAELIO.S.P.D.

Ciceronis cognitiõe digna.

VIdí tu me hoc tibi mandasse existimas, vt mihi gladiatorum compositiones, vt vadimonia dilata, & Chresti compilationem mitteres, & ea quæ nobis, cum Romæ sumus, narrare nemo audeat? Vide quantum tibi meo iudicio tribuam, (nec mehercule iniuria, πολιτικώτερον enim te adhuc neminem cognoui) ne illa quidem curo mihi scribas, quæ maximis in rebus reipub. gerunt quotidie, nisi quid ad me ipsum pertinebit. scribent alii, multi nunciabunt, pærferet multa etiam ipse rumor. Quare ego nec præterita, nec præsentia abs te, sed vt ab homine longe in posterum prospiciẽte futura expecto, vt ex tuis literis cum formam reipu. viderim, quale ædificium futurũ sit, scire possim. Neq; tamẽ adhuc habeo, quod te accusem: neq; enim fuit, quod tu plus prouidere posses, q̃ quiuis nostrum, in primisq; ego, qui cum Pompęio complureis dies nullis in aliis, nisi de repu. sermonibus versatus sum, quæ nec possunt scribi, nec scribenda sunt. tantum habeto, ciuem egregium esse Pompęiũ, & ad omnia, quæ prouidenda sunt in repub. & animo, & cõsilio paratũ. Quare da te homini, cõplecteẽ mihi crede. iam iidem illi & boni, & mali ciues videntur, qui nobis víderi solent. Ego cũ Athenis decẽ ipsos dies fuissem, multumq; mecum C. noster Caninius, proficiscebar inde pridie nonas Quintileis, cũ hoc ad te literarũ dedi. Tibi cũ oĩa mea cõmẽ datissima esse cupio, tum nihil magis, q̃ ne tẽpus nobis prouinciæ prorogetur. in eo mihi sunt oĩa: quod, quando, & quo modo, & pær quos agendũ sit, tu optime constitues. Vale.

Pompęius.

Cum, tum

M.T.C.M.CAELIO RVFO AEDILI CVRVLI DESIGNATO.S.P.D.

Gratulor, lætorq;.

PRimum tibi, vt debeo, gratulor, lætorq; cum præsenti, tum etiam sperata tua dignitate, serius, non negligẽtia mea, sed ignoratione rerum omnium. In his enim sum locis, quo & propter longinquitatem, & propter latrocinia tardissime omnia pærferuntur. Et cum gratulor, tum vero quibus verbis tibi gratias agam, non reperio, q; ita factum sit, vt dederis nobis, quemadmodum scripseras ad me, quem semper ridere possemus. Itaq; cum primũ audiui, ego ille ipse factus sum. scis quem dico. egiq; omneis illos adolescenteis, quos ille iactitat. difficile est loqui. te autem contemplans absentem, & quasi tecum corã loquerer, non ædepol quantam egeris rem, neq; quantum facinus feceris. quod quia pręter opinionem mihi acciderat, referebam me ad illud. incredibile hoc factũ obiicitur. repẽte vero inceſſi omnibus lętitiis. In quo cum obiurgarer, q; nimio gaudio pene desipẽrẽ, ita me defendebam, ego voluptatem† homini nimiam. quid quęris? dum illũ rideo, pene sum factus ille. Sed hęc pluribus, multaq; alia, & de te, & ad te, q̃ primum ero aliquid nactus otii. Te vero mi Rufe diligo, quẽ mihi fortuna dedit amplificatorẽ dignitatis meę, vltorẽ nõ modo inimicorum, sed etiã inuidorũ meorũ, vt eos partim sceleru suorũ, partim etiam ineptiarũ pœniteret. Vale.

Cum, tum

Facinus bonum.

†habui.

Partim.

M.T.C.IMPERA.M.CAELIO RVFO AEDILI CVRVLI DESIGNATO.S.P.D.

Aposiopesis.

VIde q̃ timide, q̃ ad me literę nõ perferant. nõ eñ adduci possum vt abste postea q̃ ædilis factus es, nullas putem datas, præsertim cum esset tanta res, tantæ gratulationes de te, quia quod sperabã, de nihilo. balbus eñ sum quod non putarã. Atqui sic habeto, nullam me epistolã accepisse tuã post comitia ista præclara, quæ me lætitia extulerunt. ex quo vereor, ne idẽ eueniat in meas literas. Equidẽ nunq̃ domũ misi vnã epistolã, quin esset ad te altera, nec mihi est te iucundius quicq̃, nec charius. Sed balbi nõ sumus, ad rem redeamus. vt optasti, ita est. velles eñ ais tantũmodo vt haberẽ negotii, quod esset ad laureolã satis. Parthos times, quia diffidis copiis nostris, ergo ita accidit. Nã Parthico bello nunciato locorũ quibusdã angustiis, & natura montiũ fretus, ad Amanũ exercitum adduxi satis probe ornatum auxiliis, & quadã auctoritate apud eos, qui me non norant, nominis nostri, multũ est enim in his locis. Hiccine est ille, qui vrbem? quem Senatus? nosti cætera. Cum veniſſem

Balbus.

Amanus.

Aposiop.

ad Amanum,qui mons mihi cum Bibulo communis est,diuisus aquarum diuortiis.Cassius noster, quod mihi magnæ voluptati fuit, feliciter ab Antiochia hostem reiecerat, Bibulus prouinciam acceperat.Interea cum meis copiis omnibus vexaui Amanienseis hosteis sempiternos,multi occisi,capti,reliqui dissipati,castella munita improuiso aduẽtu capta & incensa.Ita victoria iusta Imperator appellatus apud Issum,quo in loco sępe,vt ex te audiui,Clitarchus tibi narrauit, Darium ab Alexandro esse superatum, abduxi exercitum ad infestissimã Ciliciæ partem:ibi quintum,& vigesimum iam diem aggeribus, vineis, turribus oppugnabam oppidum munitissimum Pindenium , tantis opibus,tãtoq; negotio,vt mihi ad summã gloriam nihil desit,nisi nomen oppidi.quod si,vt spero,cepero,tum vero literas publice mittam.Hæc ad te in præsenti scripsi,vt speres te assequi,id quod optasses.Sed vt redeam ad Parthos,hæc æstas habuit hũc exitum satis felicem:ea quę sequitur,magno est in timore.Quare mi Rufe vigila primum,vt mihi succedat : sin id erit,vt scribis,& vt ego arbitror,serius, illud quod facile est,ne quid mihi temporum prorogetur. De repub. ex tuis literis, vt antea tibi scripsi,cum præsentia,tum etiam futura magis expecto. Quare,vt ad me omnia q̃diligẽtissime perscribas,te vehementer rogo. Vale.

Issus.

Pindeniũ.

M.T.C.IMPERATOR CAELIO AEDILI CVRVLI.S.P.D.

PVtares ne vnq̃ accidere posse,vt mihi verba deessent,neq; solum ista vestra oratoria,sed hæc etiam leuia nostratia?desunt autem propter hãc causam, q̃ mirifice sum sollicitus,quidnam de prouinciis decernatur. Me mirũ desiderium tenet vrbis,incredibile meorũ,atq; in primis satietas actę prouinciæ,vel quia videmur eã famã consecuti,vt non tã accessio quærenda,q̃ fortuna metuenda sit: vel quia totum negotiũ non est dignũ viribus nostris, quia maiora in repub.onera sustinere,& possim,& soleam:vel quia belli magni timor impendet,quod videmur effugere,si ad constitutã diem decedemus.De Pantheris per eos qui venari solent agitur mandato meo diligenter,sed mira paucitas est,& eas quę sunt,valde aiũt queri,q̃ nihil cuiq̃ insidiarũ in mea prouincia,nisi sibi fiat.itaq; constituisse dicuntur in Cariam ex nostra prouincia decedere . Sed tamen sedulo fit , & in primis a Patischo:quicquid erit,tibi erit,sed quid plane esset,nesciebamus.Mihi mehercule magnę curę est ædilitas tua. ipsa dies me admonebat.Scripsi enim hæc ipsis Megalensibus. Tu velim ad me de oñi reip. statu, q̃diligentissime perscribas.ea enim certissima putabo,quæ ex te cognouero. Vale.

Verba nostratia.

Panthera-rum iocus

M.T.C.IMPERATOR.M.CAELIO AEDILI CVRVLI.S.P.D.

SOllicitus equidem eram de rebus vrbanis,ita tumultuosæ cõciones,ita molestæ Quinquatriis afferebantur:nam citeriora nondũ audiebamus.Sed tamen nihil me magis sollicitabat,q̃ in his molestiis non me,siqua ridenda essent,ridere tecum.sunt enim multa,sed ea non audeo scribere.Illud moleste fero, nihil me adhuc his de rebus habere tuarum literarum. Quare etsi cum tu hæc leges,ego iam annuum munus confecero,tamen obuiæ mihi velim sint literæ tuæ,quæ me erudiant de omni repu.ne hospes plane veniam.hoc melius q̃ tu,nemo facere potest.Diogenes tuus homo modestus a me cũ Philone Pessimũte discessit. iter habebant †ad Laium regem,q̃q̃ omnia nec benigna,nec copiosa cognorãt.Vrbẽ mi Rufe cole,& in ista luce viue.Omnis em̃ peregrinatio(quod ego ab adolescẽtia iudicaui)obscura,& sordida est iis,quorum industria Romæ potest esse illustris.quod cum probe scirẽ, vtinam in sententia permansissem:cum vna mehercule ambulatiuncula,atq; vno sermone nostro omnis fructus prouinciæ non confero.Spero me integritatis laudem consecutum, non erat minor ex contemnenda,q̃ ex conseruata prouincia spes triumphi:in qua satis gloriose triumpharem,si nõ essem tandiu quidem in desiderio rerum mihi charissimarũ.sed(vt spero)propediem te videbo.tu mihi obuiam mitte epistolas te dignas. Vale.

†ad Deiotarum.

Peregrinationem eleuat.

M.T.C.M.CAELIO AEDILI CVRVLI.S.P.D.

RAras tuas quidem(fortasse enim non perferuntur)sed suaueis accipio literas,vel quas proxime acceperam,q̃ prudentis,q̃ multi & officii & consilii. Etsi omnia sic constituerã mihi agenda,vt tu admonebas, tamẽ cõfirmant̃ nostra cõsilia cũ sentimus prudẽtibus,fideliterq; suadentib9 idẽ videri.Ego Appiũ(vt sępe tecũ locut9 sũ)valde diligo,meq; ab eo diligi statim cœptũ eẽ,vt simultatẽ deposuim9,sensi.nã & honorific9 ĩ me cõsul fuit, & suauis

amicus,& studiosus studiorum etiam meorum.mea vero officia ei non defuisse,tu es testis, quoniam κωμικὸς μάρτυς (vt opinor) accidit Phannia,& mehercule etiam pluris eum feci,ꝙ te amari ab eo sensi.Iam me Pompeii totum esse scis,Brutũ a me amari intelligis.quid est causę, cur mihi non in optatis sit complecti hominem florentem ætate,opibus,honoribus,ingenio,liberis,propinquis,affinibus,amicis:collegam meum pręsertim,& in ipsa collegii laude,& scientia studiosum mei:Hæc ego pluribus scripsi,ꝙ mihi significabant tuæ litę

Audire aliquid.

ræ subdubitare,qua essem erga illum volũtate.credo te audisse aliquid,falsum est, mihi crede,si quid audisti.Genus institutorum,& rationum mearum dissimilitudinem nonnullã habet cum illius administratione prouincię:ex eo quidam suspicati fortasse sunt animorum cõtentione,nõ opinionum dissensione me ab eo discrepare.Nihil autem feci vnq̃,neꝙ dixi,qd contra illius existimationem esse vellem.Post hoc negociũ aũt,& temeritatẽ nostri Dolabellæ,deprecatorẽ me pro illius pęriculo præbeo.Erat in eadem epistola

†veteranꝰ.

†veternus ciuitatis,gaudebam sane,& congelasse nostrum amicũ lætabar otio.Extrema pagella pupugit me tuo chirographo.quid ais:Cæsarem nõ defendit Curio:quis hoc putaret præter me:nam ita in via putaui.Dii immortales q̃ ego risum nostrũ desidero.Mihi erat in animo,quoniã iurisdictionẽ cõfecerã,ciuitates locupletaram,in publicanis etiam superioris lustri relíqua sine sociorũ vlla querela cõseruarã,in priuatis,summis,infimis,fuerã iucundus, proficisci in Ciliciã nonis Maiis,& cũ prima æstiua attigissem,militarẽqꝫ rem collocassem,decedere ex senatuscon. Cupio te ædilem videre,miroqꝫ desiderio me vrbs afficit,& omnes mei,tuqꝫ in primis.Vale.

M.T.CICERO IMPERATOR.M.CAELIO AEDILI CVRVLI.S.P.D.

Cum,tum

EAbio viro optimo, & homine doctissimo familiarissime vtor, mirificeqꝫ eum diligo,cum propter summum ingenium eius, summamqꝫ doctrinã, tum propter singularem modestiam. eius negocium sic velim suscipias, vt si esset res mea.noui ego vos magnos patronos, hominẽ occidat oportet,qui vestra opera vti velit. Sed in hoc homine nullam accipio excusationem.Omnia relinques, si me amabis, cum tua opera Fabius vti volet. Ego res Romanas vehementer expecto,& desidero, in primisqꝫ quid agas scire cupio.nam iandiu propter hyemis magnitudinẽ nihil noui ad nos afferebatur. Vale.

M.T.C.M.CAELIO AEDILI CVRVLI.S.P.D.

Agi a te.

NOn potuit accuratius agi,nec prudẽtius,q̃ actum est a te cum Curione de supplicatione,& mehercule confecta res ex mea est sentẽtia cum celeritate, tum ꝙ is,qui erat iratus competitor tuus,& idem meus,assensus est ei,qui ornauit res nostras diuinis laudibus:quare scito me spærare ea, quę sequuntur,ad quę tu te para.Dolabellam a te gaudeo primum laudari,deinde etiã amari. Nam ea quæ spæras Tullíæ meæ prudentia temperari posse,scio cui epistolæ tuæ respondeant.Quid si meam legas:quam ego tum ex tuis literis misi ad Appiũ. Sed quid agas:sic viuitur. Quod actum est,dii approbent.spæro fore iucundum generum nobis,multũ ĩ eo nos tua humanitas adiuuabit.Respu.me valde sollicitat,faueo Curioni, †Cęsari honestissime cupio, pro Pompeio emori possum, sed tamen ipsa republ. nihil mihi est charius,in qua tu non valde te iactas. districtus enim mihi videris esse, ꝙ & bonus ciuis, & bonus amicus es.Ego de prouincia decedens Quæstorem Cælium præposui prouinciæ. puerum inquis:at quæstorem,at nobilem adolescẽtem,at omnium fere exemplum:neqꝫ erat superiore honore vsus,quem pręficerem.Pontinius multo ante discesserat,a Q.Fratre imperari non poterat,quem tamen si reliquissem, dicerent iniqui non me plane post annum, vt Senatus voluisset, ex prouincia decessisse, quoniam alterũ me reliquissem. Fortasse & illud adderent,Senatum eos voluisse prouinciis præesse,qui antea non præfuissent,fratrem meũ triennium Asiæ præfuisse.Deniqꝫ nunc sollicitus non sum:si fratrem reliquissem, omnia timerem.Postremo non tam mea sponte, q̃ potentissimorum duorum exemplo, qui omneis Cassios Antoniosqꝫ complexi sunt,hominem adolescentem non tam allícere volui,q̃ alienare nolui.hoc tu meum consilium laudes necesse est, mutari enim potest. De Ocella parum plane ad me scripseras,& in actis non erat. Tuæ res gestæ,ita notæ sunt, vt trans montem

Mons Taurus.

Taurum etiam de matrimonio sit auditum.Ego nisi quid me Aetesiæ morabuntur, celeriter(vt spæro)vos videbo. Vale.

M.T.C.IMPERATOR.M.CAELIO.S.D.P.

MAgno dolore me affeciſſent tuę lítereę, níſi iã & ratio ípſa depuliſſet oñeis moleſtias, & diuturna deſperatiõe rerũ obduruiſſet anim9 ad dolorẽ nouũ. Sed tñ quare acciderit, vt ex meis ſupioríb9 líteris id ſuſpicarere, qđ ſcríbis neſcio. qd eñ fuit ĩ illis præter querelã tẽporũ, quę nõ animũ meũ magis ſol licitũ haberet, q̃ tuũ: nã nõ eã cognoui aciẽ ingenii tui, qđ ipſe videã, te id vt nõ putẽ vídere. illud míror, adduci potuiſſe te, q̃ me penitus noſſe debe res, vt exiſtimares, aut me tam improuidũ, qui ab excitata fortuna ad inclinatã, & prope ia cẽtẽ deſciſcerẽ, aut tã inconſtantẽ, vt collectã gratiã florẽtiſſimi hominis effunderẽ, a meq̃ ipſe deficerẽ, & qđ initio, ſempq̃ fugí, ciuili bello intereſſem. Quod eſt igit meũ triſte conſi liũ: vt diſcederẽ fortaſſe in aliquas ſolitudines: noſti eñ nõ mõ ſtomachi mei, cuius tu ſimi lẽ quõdã habebas, ſed etiã oculorũ in hoĩm inſolẽtiũ indignitate faſtidiũ. Accedit etiã mo leſta hæc põpa lictorũ meorũ, nomenq̃ imperii, quo appellor. eo ſi onere carerẽ, q̃uis paruis Italiæ latebris cõtentus eſſem. Sed incurrit hęc noſtra laurus non ſolũ in oculos, ſed iã etiã in voculas maleuolorũ. Qđ cũ ita eſſet, níhil tñ vnq̃ de p̃fectione, níſi vobis approbãtibus cogitaui. Sed mea prędiola tibi nota ſunt, in his mihi neceſſe eſt eſſe, ne amicis moleſt9 ſim. Q̃z aũt in maritimis ſum, facile moueo nõnullis ſuſpitionẽ, velle me nauigare: qđ tamẽ for taſſe nõ nollẽ, ſi poſſem ad otiũ. nã ad bellũ qdẽ q̃ cõuenit: preſertim cõtra eũ, cui ſpero me ſatiſfeciſſe ab eo, cui tñ ſatiſfieri nullo mõ poteſt. Deinde ſentẽtiã meã tu facillime pſpicere potuiſti iam ab illo tẽpore, cũ in Cumanũ mihi obuiã veniſti. nõ eñ te cęlaui ſermonẽ. Sed nõne tũ prouidiſti, q̃ abhorerẽ ab vrbe relinquẽda: qđ cũ audiſſem, nonne tibi affirmaui, qd uis me poti9 pæſſurũ, q̃ ex Italía me ad bellũ ciuile exiturũ: qd ergo accidit, cur cõſiliũ mu tarẽ: nõne oĩa potius, vt in ſentẽtia pmanerẽ: Credas hoc mihi velim, qđ puto te exiſtíma re: ex his miſeriis níhil aliud quærere, níſi vt hoĩes aliq̃n intelligãt, me níhil maluiſſe, q̃ pa cẽ: ea deſperata, níhil tã fugiſſe, q̃ arma ciuília. Huius me cõſtãtię puto fore vt nunq̃ pœni teat. Etenĩ memini in hoc genere gloriari ſolitũ eſſe familiarẽ noſtrũ Hortenſium, q̃ nunq̃ bello ciuili interfuiſſet. Hæc noſtra laus erit illuſtrior, q̃ illi tribuebat ignauiæ, de nobis id exiſtimarí poſſe nõ arbitror. Nec me iſta terrẽt, quæ mihi a te ad timorẽ fidiſſime, atq̃ amã tiſſime proponunt. nulla eſt eñ acerbitas, quæ nõ oĩbus hac orbis terrarũ pturbatione im pẽdere videat: quã quidẽ ego a repu. meis priuatis, & domeſticis incõmodis libẽtiſſime, vel iſtis ipſis, quæ tu me mones vt caueã, redemiſſem. Filio meo, quẽ tibi charũ eſſe gaudeo, ſi erit vlla reſpub. ſatis amplũ patrimoniũ †relinquã memoriã nominis mei: ſin aũt nulla erit, níhil accidet ei ſeparatim a relíquis ciuibus. Nã qđ rogas, vt reſpiciã generũ meũ adoleſcẽ tem optimum, mihiq̃ chariſſimum, an dubitas, quin ſciam quãti cum illum, tum vero Tul liam meam faciã: quin ea me cura vehementiſſime ſollicitet: & eo magis, q̃ in cõmunib9 mi ſeriis hac tñ oblectabar ſpecula. Dolabellam meũ vel potius noſtrum vidébã fore ab iis mo leſtiis, quas liberalitate ſua contraxerat, †liberum. Velim quæras, quos ille dies ſuſtinuerit, in vrbe dum fuit, q̃ acerbos ſibi, q̃ mihi ipſi ſocero non honeſtos. Itaq̃ neq̃ ego hũc Hiſpa nienſem caſum expecto, de quo mihi exploratum eſt, ita eſſe vt tu ſcríbis, nec quicq̃ aſtute cogito. Siquando erit ciuitas, erit profecto nobis locus. ſin autem non erit, in eaſdem ſolitu dines tu ipſe (vt arbitror) venies, in quibus nos conſediſſe audies. Sed ego fortaſſis vatici nor, & hæc omnia meliores habebũt exitus. Recordor enim deſperationes eorum, qui ſenes erant adoleſcente me: eos ego fortaſſe nunc imitor, & vtor ætatis vitio. velim ita ſit, ſed ta mẽ togam prętextam texi Appio, puto te audiſſe. nam Curtius noſter Dibaphum cogitat, ſed eum infector moratur. Hæc aſperſi, vt ſcires me tamẽ in ſtomacho ſolere ridere. De Do labella quod ſcripſit, ſuadeo videas, tanq̃ ſi res tua agatur. Extremum illud erit, nos níhil turbulenter, níhil temere faciemus. te tamen oramus quibuſcunq̃ erimus in terris, vt nos, liberoſq̃ noſtros ita tueare, vt amicitia noſtra, & tua fides poſtulabit. Vale.

Incurrit.

†relinquã ĩ memoriã

†vacuum.

M.T.C.CANINIO SALLVSTIO PROPRAETORI.S.P.D.

ITeras a te mihi ſtator tu9 reddidit Tarſi ad. XVI. Cal. ſextileis. His ego or dine, vt videris velle, reſpõdebo. De ſucceſſore meo nihil audiui, nec quẽq̃ fore arbitror. quin ad diẽ decedam, nulla cauſa eſt, præſertim ſublato metu Parthico. commoraturum me nuſq̃ ſane arbitror. Rhodum Ciceronũ cau ſa puerorũ, acceſſurum puto, neq̃ id tamẽ certũ, ad vrbem volo q̃primũ ve nire, ſed tamẽ iter meũ reipu. & rerũ vrbanarũ ratio gubernabit. Succeſſor

tuus non potest ita maturare vllo modo,vt tu me in Asia possis conuenire.De sectionibus referendis,nō erat incommodum te nullam referre,quam tibi scribis a Bibulo fieri protestatem,sed id vix mihi videris per legē Iuliam facere posse.Quam Bibulus certa quadā ratione non seruat,tibi magnopere seruandam censeo.Quod scribis Apamea præsidium deduci non oportuisse,videbā idē cæteros existimare,molestēq; ferebā de ea re minus cōmodos sermones maleuolorū fuisse.Parthi trāsierint nec ne,pter te,video dubitare neminē: itaq; oīa præsidia,quæ magna,& firma parauerā,cōmonitus hominū non dubio sermone dimisi.Rationes mei Quæstoris nec verū fuit me tibi mittere,nec tum erāt cōfectæ,eas nos Apameæ deponere cogitabamus.De præda mea prēter quæstores vrbanos,idest populum Romanū triunciū nec attigit,nec tacturus est quisq̄.Laodiceæ me prædes accepturū arbitror omnis pecuniæ publicæ,vt & mihi,& populo cautū sit sine vecturæ periculo.Quod scribis ad me †de drachmis.eccliii.nihil est quod in isto genere cuiq̄ possim commodare.Omnis enim pecunia ita tractatur,vt præda a præfectis,quæ autē mihi attributa est, a Quæstore curetur.Quod quæris,quid existimem de legionibus,quæ decretę sunt in Syriam,antea dubitabam venturæ ne essent,nūc mihi nō est dubiū,quin si antea auditū erit otium esse in Syria, venturę nō sint.Marium quidē succesſorē tarde video esse venturū,propterea q̄ senatus ita decreuit,vt cū legionibus iret.Vni epistolæ respondi,venio ad alteram. Petis a me, vt Bibulo te q̄diligentissime cōmendem, in quo mihi voluntas non deest, sed locus videtur esse tecum expostulandi.Solus enim tu ex omnibus,qui cum Bibulo sunt, certiorē me nunq̄ fecisti,q̄ valde Bibuli voluntas a me sine causa abhorreret.permulti enim ad me detulerūt,cū magnus Antiochiæ metus esset, & magna spes in me,atq; in exercitu meo, solitum dicere, quiduis se perpeti malle,q̄ videri eguisse auxilio meo.quod ego officio quæstorio te adductū reticere de prætore tuo nō moleste ferebam,q̄q̄ quēadmodū tractarere,audiebā.Ille aūt †literas. cum ad Thermum de Parthico bello scriberet,ad me †literā nunq̄ misit,ad quē intellīgebat eius belli periculū pertinere.tantū de auguratu filii sui scripsit ad me,in quo ego misericordia cōmotus,& q̄ semp amicissimus Bibulo fui,dedi operam,vt ei q̄humanissime scriberē. Ille si oībus est maleuolus,quod nūq̄ existimaui,minus offendor in me:sin a me est alienior, nihil tibi literæ meæ proderūt.nam ad senatū,quas Bibulus literas misit,in iis,quod mihi cū illo erat cōmune,sibi soli attribuit,se ait curasse,vt cum quęstu populi pecunia permutaretur:quod aūt meū erat proprium,vt alariis trāspadanis vti negarē, id etiā populo se remisisse scribit.quod vero illius erat solius,id mecum cōmunicat: equitib9 auxiliariis egere se,inquit,cum amplius frumenti postularemus.Illud vero pusilli animi,& ipsa maleuolētia ieiuni, atq; inanis, q̄ Ariobarzanē, qa Senatus per me regē appellauit,mihiq; cōmendauit, Qui rogādi nō sint. iste in literis non regē,sed regis Ariobarzanis filiū appellat.hoc animo qui sunt,deteriores fiūt rogati.Sed tibi morē gessi,literas ad eū scripsi,quas cū acceperis,facies qđ voles. Vale.

M.T.C.IMPERATOR.Q.THERMO PROPRAETORI.S.P.D.

OFficium meū erga Rhodonem,cæteraq; mea studia,quæ tibi,ac tuis prēsti ti,tibi homini gratissimo grata eē vehemēter gaudeo,mihiq; scito in dies maiori curæ esse dignitatem tuam:quæ quidē a te ipso integritate, & clementia tua sic amplificata est,vt nihil addi posse videat.Sed mihi magis, magisq; quotidie de rationibus tuis cogitanti placet illud meum consiliū, quod initio Aristoni nostro,vt ad me venit,ostendi, graueis te susceptu-
rum inimicitias,si adolescens potens, & nobilis a te ignominia affectus esset. & hercle sine dubio erit ignominia.habes enim neminē honoris gradu superiorem.Ille autē,vt omittam nobilitatem,hoc ipso vincit viros optimos,hominesq; innocentissimos legatos tuos, q̄ & quæstor est,& quæstor tuus.Nocere tibi iratum neminē posse perspicio, sed tamē treis fra- †iratos. tres summo loco natos,prōptos,nō indisertos,te nolo habere †inimicos,pīsertim iure,quos video deinceps tribunos ple.per triēniū fore.Tēpora aūt reipu.qualia futura sint,quis scit? mihi quidē turbulenta vidētur fore.Cur ego te velim incidere in terrores tribunitios?prę sertim cū sine cuiusq̄ reprehensione legatis quæstorē possis anteferre.qui si dignū se maiori bus suis præbuerit(vt spero,& opto)tua laus ex aliqua parte fuerit: sin quid offenderit,sibi totum,nihil tibi offenderit. Quæ mihi veniebant in mentem, quæ ad te pertinere arbi- Venire in mentem. trabar,q̄ in Ciliciā proficiscebar,existimaui me ad te oportere scribere. Tu quod egeris,id velim Dii approbēt.Sed si me audies,vitabis inimicitias,& posteritatis otio cōsules. Vale.

M.T.C.IMPERATOR.C.CAELIO.L.FILIO.S.P.D.

CVm optatiſſimũ nunciũ accepiſſem te mihi quęſtorem obtigiſſe,eo iucundiorem mihi eã ſortẽ ſperabã fore,quo diutius in prouincia mecũ fuiſſes. Magni.n.videbaꝫ intereſſe ad eã neceſſitudinẽ, quã nobis ſors tribuiſſet,cõ ſuetudinem quoq; accedere. Poſteaq̃ mihi nihil neq; a te ipſo,neq; ab vllo alio de aduẽtu tuo ſcribereꝫ,verebar ne id†ita caderet,qđ etiã nũc vereor, ne ante,q̃ tu in prouinciã veniſſes,ego de prouincia diſcederẽ. Accepi aũt a te miſſas literas in prouincia, cũ eſſem in caſtris ad duodecimũ Calen.Quintileis ſcriptas humaniſſime,qbus facile & officiũ,& ingeniũ tuũ perſpici poſſit,ſed neq; vnde,neq; quo die datę eẽnt,aut quo tẽpore te expectarẽ,ſignificabãt,nec is,qui attulerat,a te acceperat, vt ex eo ſcirem,quo ex loco,& quo tẽpore eſſent datę. Quę cũ eſſent incerta,exiſtimaui tamẽ eſſe faciundum,vt ad te ſtatores meos,& lictores cũ literis mitterẽ, quas ſi ſatis opportuno tẽpore accepiſti,gratiſſimũ mihi feceris, ſi ad me in Cilicią q̃primũ veneris.Nã qđ ad me Curius conſobrinus tuus,mihi(vt ſcis)maxime neceſſarius,qđ item cõſul Virginius propinquus tuus familiariſſimus noſter de te accuratiſſime ſcripſit, valet id quidẽ apud me multum,ſicuti debet hominũ amiciſſimorũ diligẽs cõmendatio,ſed tuę literę de tua preſertim dignitate,& de noſtra coniunctione maximi ſunt apud me ponderis.Mihi quęſtor optatior obtingere nemo potuit.Quãobrẽ quęcũq; a me ornamẽta ĩ te ꝓficiſcẽtur, elaborabo vt oẽs intelligãt a me habitã eſſe rationẽ tuæ,maiorũq; tuoꝝ dignitatis.ſed id iã facili9 cõſequar, ſi ad me in Cilicią veneris, qđ ego & mea,& reip.& maxime tua intereſſe arbitror. Vale.

Magni intereſſe.

†ita accideret.

Virginius conſul.

M.T.C.EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER TERTIVS.

M.T.C.APPIO PVLCHRO IMPERATORI.S.P.D.

IIpſa reſpub.tibi narrare poſſet,quo modo ſeſe haberet,nõ facilius ex ea cognoſcere poſſes,q̃ ex liberto tuo Phannia, ita eſt homo nõ modo prudens,verum(qđ vidi)etiã curioſus.Quapropter ille tibi omnia explanabit:id eñ mihi & ad breuitatẽ eſt aptius, & ad reliquas res prouidẽtius.De mea autem beneuolentia erga te, etſi potes ex eodem Phannia cognoſcere,tamẽ videtur etiam aliquę meæ partes.Sic eñ tibi perſuade, chariſſimũ te mihi eẽ,cũ propter multas ſuauitates ingenii,officii,humanitatis tuę,tũ q; ex literis tuis, & ex multorũ ſermonibus intelligo,omnia quę a me profecta ſunt in te,tibi accidiſſe gratiſſima. Quod cũ ita ſit,ꝑficiam ꝓfecto,vt longi temporis vſuram,qua caruimus intermiſſa noſtra conſuetudine, & gratia,& crebritate,& magnitudine officioꝝ meoꝝ ſarciã,idq; me(quoniam tu ita vis)puto nõ inuita Minerua eſſe facturum, quã quidem ego,ſi forte de tuis ſumpſero,nõ ſolum Pallada, ſed etiã Appiada nominabo.Cilix libertus tuus antea mihi minus fuit notus, ſed vt mihi reddidit a te literas plenas & amoris & officii, mirifice ipſe ſuo ſermone ſubſecutus eſt humanitatẽ literarum tuarum:iucunda mihi eius oratio fuit,cum de animo tuo, de ſermonibus,quos de me haberes quotidie,mihi narraret.Quid queris?Biduo factus eſt mihi familiaris, ita tamen,vt Phãniam valde ſim deſideraturus,quẽ cum Romã remittes, quod(vt putabamus) celeriter eras facturus, omnibus ei de rebus,quas agi,quas curari a me voles,mandata des velim.L.Valerium iuriſconſultum,valde tibi cõmendo, ſed ita etiam,ſi non eſt iuriſconſultus.Melius eñ ei cauere volo,q̃ ipſe aliis ſolet,valde hominẽ diligo,eſt ex meis domeſticis, atq; intimis familiaribus,omnino tibi agit gratias, ſed idem ſcribit,meas literas maximum apud te pondus habituras.Id eum ne fallat,te etiam,atq; etiam rogo. Vale.

Phannia.

Appias.

M.C.PROCONSVL APPIO PVLCHRO IMPERA.S.P.D.

CVm & contra voluntatem meam, & prẽter opinionem accidiſſet,vt mihi cum imperio in prouinciam proficiſci neceſſe eſſet,in multis,& variis moleſtiis,cogitationibuſq; meis, hæc vna conſolatio occurrebat, q; neq; tibi amicior q̃ ego ſum, quiſq̃ poſſet ſuccedere, neq; ego ab vllo prouinciam accipere,qui mallet eam mihi q̃maxime aptam, explanatãq; tradere. Q2 ſi tu quoq; eandem de mea voluntate erga te ſpem habes, ea te profecto nũ-

Amicior.

q̄ fallet. A te maximopere pro nostra summa cōiunctione, tuaq; singulari humanitate etiam atq; etiā peto, & queso, vt quibuscūq; rebus poteris (poteris aūt plurimis) prospicias, & consulas rationibus meis. Vides ex senatuscōsulto prouinciā esse habēdā: si eā (quo ad eius facere potueris) q̄ expeditissimā mihi tradideris, facilior erit mihi quasi decursus mei tpis. Quid in eo genere efficere possis, tui cōsilii est. Ego te, qđ tibi veniet in mētē, mea interesse valde rogo. Pluribus verbis ad te scriberē, si aut tua humanitas longiorē orationē expectaret, aut id fieri nostra amicitia pateretur, aut res verba desideraret, ac non p se ipa loqueretur. Hoc velim tibi persuadeas, si rationibus meis a te prouisum esse intellexero, magnam te ex eo, & perpetuam voluptatem esse capturum. Vale.

M.C.APPIO PVLCHRO.S.P.D.

Præsto.

AD.XVI.Calend.Iunias Brundusiū cū venissem, Q.Fabius legatus tuus mihi præsto fuit, eaq; me ex tuis mādatis monuit, quę nō mihi, ad quē pertinebant, sed vniuerso senatui venerāt in mentē, præsidio firmiori opus esse adistā puinciā. Censebāt.n.oēs fere, vt in Italia supplemētū meis, & Bibuli legionibus scriberet. Id cum Sulpitius cōsul passurū se negaret, multa nos q̄dem questi sumus, sed tantus cōsensus senatus fuit, vt mature proficiscere mur, parendū vt fuerit, itaq; fecimus. nūc qđ a te petii literis iis, quas Romę tabellariis tuis dedi, velim tibi curę sit, vt q̄ successori cōiunctissimo, & amicissimo cōmodare potest is, qui prouinciā tradit, ea p nostra cōstantissima voluntate erga te, cura, ac diligētia tua cōplectare, vt oēs intelligāt, nec me beneuolētiori cuiq̄ succedere, nec te amiciori potuisse puinciā tradere. Ex iis literis, quarū ad me exemplū misisti, quas in senatu recitare voluisti, sic intellexerā permultos a te milites esse dimissos, sed mihi Fabius idē demonstrauit id te cogitasse facere, sed cū ipse a te discederet integrū militū numerū fuisse. Id si ita est, pgratū mihi feceris, si istas exiguas copias, quas habuisti, q̄minimū īminueris, qua de re †senatuscōsulto q̄ facta sunt, ad te missa esse arbitror. Equidē p eo quāti te facio, q̄quid feceris approbabo: sed te quoq; cōfido ea esse facturū, que mihi intelliges maxime esse accōmodata. Ego C.Pontinium legatū meū Brūdusii expectabā, eūq; ante Calend.Iunias Brūdusium venturum arbitror. Qui cū venerit, cum primū nauigandi nobis facultas data erit, ea vtemur. Vale.

†senatusconsulta.

M.C.APPIO PVLCHRO.S.P.D.

PRidie nonas Iunii, cū essem Brundusii, literas tuas accepi, qb⁹ erat scriptū te L.Clodio mandasse, q̄ illū mecū loqui velles: eū sane expectabā, vt ea quæ a te afferret, q̄primū cognoscerem. Meum studium erga te, & officiū tāetsi multis iam rebus spero tibi esse cognitū, tamē in iis maxime declarabo, quibus plurimū significare potuero, tuā mihi existimationē, & dignitatē charissimā esse. Mihi & Q.Fabius Vergilianus, & C.Flaccus L.Filius, & diligētissime M.Octauius Cn.Filius demōstrauit me a te plurimi fieri, qđ egomet multis iam argumentis ante iudicaram, maximeq; illo libro augurali, quē ad me amātissime scriptū suauissimum misisti. Mea in te omnia summa necessitudinis officia constabunt. Nam cum te ipm, ex quo tempore tu me dilígere cœpisti, quotidie pluris feci, tum accesserunt etiam cōiunctiones necessariorum tuorum. Duos em̄ duarum ętatū plurimi facio Cn.Pōpeium filiæ tuę socerum, & M.Brutū generū tuū. Collegii coniunctio præsertim tam honorifice a te approbata nō mediocre vinculum mihi quidem attulisse videtur ad voluntates nostras copulandas. Sed si Clodium conuenero, ex illius sermone ad te scribā plura, & ipse operā dabo, vt te q̄primū videam. Qđ scribis tibi manēdi causam eā fuisse, vt me cōuenires, id mihi, ne mētiar, gratum est. Vale.

M.C.APPIO PVLCHRO.S.P.D.

Tralleis.
Præsto.
Amicior.

TRalleis veni ad.XIII.Calend.Sextileis, ibi mihi præsto fuit L.Lucilius cū literis, mādatisq; tuis, quo quidē hoie neminē potuisti, nec mihi amiciorē, nec (vt arbitror) ad ea cognoscenda quę scire volebam aptiorem, prudentiorē vel mittere. Ego aūt & tuas literas legi libēter, & audiui Lucilium dilígēter. Nunc quoniā & tu ita sentis, (scribis enim quæ de nostris officiis ego ad te scripserim, etsi tibi iucunda fuerint, tamē quoniam ex alto repetita sunt, nō necessaria te putasse) & re vera confirmata amicitia, & perspecta fide, cōmemoratio officiorū superuacanea est, eā partē orationis prętermittā. tibi tamē agam, vt debeo, gratias. Aīaduerti

em̃,& didici ex tuis literis,te oĩbus in reb⁹ habuisse rõnẽ,vt mihi cõsuleres,restitueresq;,& ꝓparares quodãmodo oĩa,quo mea rõ facilior,& solutior eẽ posset. Hoc tuũ officiũ cũ mihi gratissimũ eẽ dicã,seqtur illud,vt te existimare velim,mihi magnę curę fore,atq; esse iã, primũ,vt ipe tu,tuiq; oẽs,deinde etiã vt reliqui scire possint,me tibi eẽ amicissimũ.Qđ quibus adhuc nõ satis est ꝑspectũ,ii mihi nolle magis hoc aĩo nos esse,q̃ nõ intelligere videnť. Sed ꝓfecto intelligẽt,neq;.n.obscuris ꝓnis,nec paruis ĩ causis res ageť.Sed hoc fieri meli⁹ q̃ dici,aut scribi volo.Qz itinerũ meoꝝ rõ te nõnullã in dubitationẽ videť adducere,visurus ne mẽ sis ĩ ꝓuincia,ea res sic habet.Brũdusii cũ loquerer cũ Phãnia liberto tuo,veni in eũ sermonẽ,vt dicerẽ,me libẽter ad eã partẽ ꝓuincię primũ esse vẽturũ,quo te maxime velle arbitrarer.tũc mihi ille dixit,†classe te velle decedere,ꝓfore accõmodatũ tibi,si ad illã maritimã partẽ ꝓuincię nauibus accessissem.dixi me esse facturũ,itaq; fecissem,nisi mihi L.Clodius noster Corcyrę dixisset minime id esse faciendũ,te Laodiceę fore ad meũ aduentũ.erat id mihi multo breui⁹,multoq; cõmodi⁹,cũ pręsertim te ita malle arbitrarer. tua rõ postea est cõmutata,nũc qd fieri possit,tu facillime statues. Ego tibi meũ cõsiliũ exponã.Propę Calend.Sextileis puto me Laodiceę fore ꝓpaucos dies, dũ ꝑcunia accipiť,q̃ mihi ex publica p mutatiõe debeť,cõmorabor. Deĩde iter faciã ad exercitũ,vt circiter Idus Sextileis putẽ me ad Iconiũ fore.sed si qd nũc me fallit in scribẽdo, (ꝓcul.n.absum ab re ipa,& locis)simulac ꝓgredi cœpero, q̃celerrimis potero , & q̃creberrimis lr̃is faciã vt tibi nota sit oĩs rõ dierũ, atq; itinerũ meoꝝ.Oneris tibi ĩponere,nec audeo qcq̃,nec debeo. Sed qđ tuo cõmodo fieri possit,vtriusq; nr̃m magni ĩteresť,pri⁹ vt te cõueniã,q̃ decedas.Quã facultatẽ si qs casus eri puerit,mea tñ in te oĩa officia cõstabũt,nõ secus ac si te vidissem.Tibi de nostris reb⁹ nihil sum ante mãdatur⁹ p literas,q̃ desperaro corã me tecũ agere posse. Qz te a Scęuola petiisse dicis,vt dũ tu abesses ante aduẽtũ meũ,,ꝓuincię pręesset,eũ ego Ephesi vidi, fuitq; mecũ faміliariter triduũ illud,qđ ego Ephesi cõmoratus sum,nec ex eo qcq̃ audiui,qđ sibi a te mãdatũ diceret.sane aũt vellẽ potuisse obsequi volũtati tuę.nõ em̃ arbitror noluisse. Vale.

†quo classe velles.

Propę Calend. Sext.

M.T.C.APPIO PVLCHRO.S.

CVm meũ factũ cũ tuo cõparo, etsi nõ magis mihi faueo ĩ nr̃a amicitia tuẽ da,q̃ tibi,tñ multo magis meo facto delector,q̃ tuo.Ego.n.Brũdusii quęsiui ex Phãnia,cuius mihi videbar & fidelitatẽ erga te ꝑspexisse,& nosse locũ quẽ apđ te is teneret,quã in partẽ ꝓuincię maxime putaret te velle,vt in succedẽdo primũ venirẽ.Cũ ille mihi respõdisset,nihil me tibi grati⁹ facere posse,q̃ si ad Sidã nauigassem,etsi minus dignitatis habebat ille aduẽtus,& ad multas res mihi minus erat aptus,tñ me ita dixi esse facturũ.Idẽ ego cũ L.Clodiũ Corcyrę cõuenissem,hoĩem ita tibi cõiunctũ, vt mihi,cũ illo cũ loquerer,tecũ loq̃ viderer, dixi ei me ita facturũ eẽ,vt in eã partẽ,quã Phãnia rogasset,primũ venirẽ. Tũc mihi ille cũ gratias egisset,magnopere a me petiuit,vt Laodiceã protinus irẽ, te in prima ꝓuincia velle esse,vt q̃primũ decederes.quin nisi ego successor eẽm,quẽ tu cupĕres videre, te antea q̃ tibi successum esset,decessurũ fuisse,qđ quidẽ erat cõsentaneũ cũ iis literis,quas ego Romæ acceperã,ex qbus pĕrspexisse mihi videbar,q̃ festinares decedere.Respõdi Clodio me ita esse facturũ,ac multo qdẽ libẽtius,q̃ si illud esset faciendũ,qđ ꝓmiserã Phãnię.Itaq; & cõsiliũ mutaui,& ad te statim mea manu scriptas literas misi, quas qdẽ ex tuis literis ĩtellexi satis mature ad te esse platas.Hoc ego meo facto valde delector.Nihil em̃ potuit fieri amanti⁹.Cõsidera nũc vicissim tuũ:nõ modo ibi nõ fuisti, vbi me q̃primũ videre posses,sed eo discessisti,quo ego te ne ꝑseq quidẽ possem triginta diebus, qui tibi ad succedẽdũ lege(vt opinor) Cornelia cõstituti essent:vt tuũ factũ illis,qui quo aĩo inter nos simus, ignorãt,alieni hoĩs (vt leuissime dicã)& fugiẽtis cõgressum, meũ vero cõiunctissimi,& amicissimi esse videať. At mihi tñ ante,q̃ in ꝓuinciã venissem,redditę sunt a te literę,quibus etsi Tarsum ꝓficisci demõstrabas,tñ mihi nõ dubiã spem mei cõueniendi afferebas:cũ interea credo equidẽ male uoli hoĩes(late.n.patet hoc vitium,& est in multis)sed tñ ꝓbabilẽ materiẽ nacti sermonis, ignari meę cõstantię,conabãtur alienare a te volũtatẽ meã,qui te forũ Tarsi agere,statuere, multa decernere,iudicare dicerent,cũ posses iã suspicari tibi eẽ successum:q̃ ne ab iis quidẽ fieri solerẽt,q breui tpe sibi succedi putarẽt.Hoꝝ ego sermone nõ mouebar,qn etiã(credas mihi velim)si quid tu ageres,leuari me putabã molestia,& ex annua ꝓuincia,quę mihi longa videreť,ꝓpę iam vndecim mẽsiũ ꝓuinciã factam esse gaudebã,si absenti mihi vnius mẽsis

Ad Sidã.

labor detractus esset. Illud (vere dicam) me mouet, tanta militū paucitate abesse treis cohortes, q̄ sint plenissimę, nec me scire vbi sint. Molestissime aūt fero, ꝙ te vbi visurus sim, nescio, eoq; ad te tardius scripsi, ꝙ quotidie te ipsum expectabam, cū interea ne literas quidē vllas accepi, quę me docerent quid ageres, aut vbi te visurus essem. Itaq; virum fortem, mihiq; in primis probatū Antoniū prefectū euocatorum misi ad te, cui (si tibi videret) cohortes traderes, vt dum tēpus anni esset idoneum, aliquid negotii gerere possem. in quo tuo consilio vt me sperarē esse vsurum, & amicitia nostra, & literæ tuę fecerāt, qđ ne nūc quidē despero. Sed plane qñ, aut vbi te visurus sim, nisi ad me scripseris, ne suspicari qdē possum. Ego vt me tibi amicissimū esse & equi, & iniqui intelligant, curabo. De tuo in me aīo iniquis secus existimādi videris nōnihil loci dedisse. Id si correxeris, mihi valde gratū erit. Et vt habere rationem possis, quo loco me salua lege Cornelia conuenias, ego in prouinciam veni pridie Calē. Sextileis, iter in Ciliciam facio per Cappadociam. castra moui ab Iconio pridie Calend. septē breis. nunc tu & ex diebus, & ex ratione itineris, si putabis me esse cōueniēdū, cōstitues quo loco id commodissime fieri possit, & quo die. Vale.

Iter facio.

M. T. C. SALVTEM DICIT APPIO PVLCHRO.

†Apameani. Volumen.

PLuribus verbis ad te scribam, cū plus otii nactus ero. Hęc scripsi subito, cū Bruti pueri Laodiceę me cōuenissent, & se Romā properare dixissent. Itaq; nullas iis, p̄terq̄ ad te, & ad Brutū dedi literas. Legati †Appiani mihi volumē a te plenū querelę iniquissimę reddiderūt, ꝙ eorū ędificationē literis meis īpedissem. Eadē epistola pętebas, vt eos q̄primū, ne in hyemē inciderēt, ad facultatē ędificādi liberarē, & simul peracute querebare, ꝙ eos tributa exigere vetarē prius, q̄ ego re cognita permisissem. Genus .n. qđdā fuisse īpediēdi, cū ego cognoscere nō possē, nisi cū ad hyemē me ex Cilicia recepissē.

Ironia. Aditū ab iis &c.

Ad oīa accipe, & cognosce ęquitatē expostulatiōis tuę. Primū cū ad me aditū esset ab iis, q dicerēt a se intolerabilia tributa exigi, qd habuit iniqtatis me scribere, ne facerēt ante, q̄ ego rē causamq; cognoscerē! nō poterā credo ante hyemē. (sic. n. scribis) quasi vero ad cognoscendū ego ad illos, nō illi ad me venire debuerint. Tā lōge inquis! Quid cū dabas iis literas, per quas mecū agebas ne eos impedirē, quo minus ante hyemē ędificarēt, nō eos ad me venturos arbitrabare! tāetsi id quidē fecerūt ridicule. Quas. n. literas afferebāt vt opus ęstate facere possent, eas mihi post brumā reddiderūt. Sed scito, & multo plureis eē, qui de tributis recusent, q̄ q exigi velint, & me tamē, qđ te velle existimē, esse facturū. De †Appianis hactenus.

†Apameanis.

A Pausania Lentuli liberto ac Cesonio audiui, cū diceret te secū esse questū, ꝙ tibi obuiā nō pdissem. Scilicet cōtempsi te! nec pōt fieri me qcq̄ supbius! Cū puer tuus ad me secūda fere vigilia venisset, isq; te ante lucē Iconiū mihi venturū nunciasset, incertūq; vtra via, cū eēnt duę, altera Varronē tuū familiarissimū, alteraq; Leptā p̄fectū fabrū meū tibi obuiā misi: mādaui vtriq; eorū, vt ante ad me excurrerēt, vt tibi obuiā prodire possē. Currens Lepta venit, mihiq; nūciauit te iā castra prętergressum eē, cōfestim Iconiū veni, cętera iā tibi nota sunt. An ego tibi obuiā nō prodirē! primū Appio Claudio! deinde imperatori! deinde more maiorū! deinde, qđ caput est, amico! p̄sertim cū in isto gñe multo etiā ambitiosius facere soleā, q̄ honos meus, & dignitas postulat. sed hęc hactenus. Illud idē Pausania dicebat te dixisse, quid ni Appi⁹ Lētulo, Lētulus Appio ꝓcessit obuiā, Cicero Appio noluit! Queso etiā ne tu has ineptias homo mea sentētia summa prudētia, multa etiā doctrina, plurimo rerū vsu, ad do vrbanitatē, quę est virt⁹, vt Stoici rectissime putāt, vllā Appietatē, aut Lētulitatē valere apud me plus, q̄ ornamēta virtutis existimas! Cū ea cōsecutus nōdū erā, quę sunt hoīm opinionibus amplissima, tñ ista vestra noīa nunq̄ sum admiratus, viros eos, q ea vobis reliquisse sent, magnos arbitrabar. Postea vero q̄ ita & cepi & gessi maxima imperia, vt mihi nihil neq; ad honorē, neq; ad gloriā acqrendā deesse putarē, superiorē quidē nunq̄, sed parem vobis me speraui esse factū. Nec mehercule aliter vidi existimare, vel Cn. Pōpeiū, quē oīb⁹ qui vnq̄ fuerūt, vel P. Lentulum, quē mihi ipsi antepono. Tu si aliter existimas, nihil errabis si paulo diligētius & quid sit ἀλοχία, quid sit εὐηθεία intelligas, & si Athenodorus Sandonis filius qd de his rebus dicat attenderis. Sed vt ad rem redeam, me tibi nō amicū modo, verumetiam amicissimum existimes velim. Profecto omnibus meis officiis efficiam, vt ita esse vere possis iudicare. Tu autem si id agis, vt minus mea causa, dum ego absum, debere videaris, q̄ ego tua laborarim, libero te ista cura πάσῃ ἐμοί γε ἡχὴ ἄλλοι, οἷκέ με ἁμάσωσι· μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς.

Appietas Lentulitas

Si aũt natura es φιλαίλω illud nõ pficies,quo minus tua causa velim:hoc assequere,vt in quam partẽ accipias,minus laborẽ.Hęc ad te scripsi liberius,fretus cõsciẽtia officii mei, beneuolẽtięq;,quã a me certo iudicio susceptã, quoad tu voles,cõseruabo. Vale.

M.T.C.SALVTEM DICIT APPIO PVLCHRO.

TSi quãtũ ex literis tuis intelligere potui,videbã te hãc epistolã,cũ ad vrbẽ tisses,esse lecturum,refrigerato iã leuissimo sermone hoim puincialium,tñ cũ tu tam multis verbis ad me de improboq; oratione scripsisses, faciẽdum mihi putaui,vt tuis literis breui respõderem. Sed prima duo capita epistolę tuę tacita mihi quodãmodo relinquẽda sunt.Nihil em̃ habent,qđ aut definitũ sit,aut certũ,nisi me,vultu,taciturnitate,significasse tibi nõ esse amicum,idq; pro tribunali,cũ aliqd ageret,& nõnullis in conuiuiis intelligi potuisse.Hoc totũ nihil esse,possum intelligere:sed cũ sit nihil,nec qd dicat qdẽ intelligo.Illud qdẽ scio, meos multos,& illustreis,& ex superiore,& ex equo loco,sermones habitos cũ tua summa laude, & cũ magna significatiõe nostrę familiaritatis,ad te vere potuisse deferri.Nã qđ ad legatos attinet,qd a me fieri potuit,aut elegãtius, aut iustius, q̃ vt sumptus egẽtissimarũ ciuitatũ minuerẽ sine vlla iminutiõe dignitatis tuę,pręsertim ipsis ciuitatib9 postulãtibus? Nã mihi totũ genus legationũ tuo noĩe pficiscentiũ,notũ nõ erat.Apameę cũ eẽm,multarũ ciuitatũ principes ad me detulerũt sumptus decerni legatis nimis magnos,cũ soluẽdo ciuitates non essent.Hic ego multa simul cogitaui.primũ te hoĩem,nõ solũ sapientẽ, verũetiã(vt nũc loqmur)vrbanũ,nõ arbitrabar gñe isto legationũ delectari,idq; me arbitror Synadis p tribunali multis verbis disputauisse.Primũ Appium Claudiũ senatui,populoq; Romano nõ Myndẽsium testimonio(in ea enim ciuitate mẽtio facta est)sed sua sponte esse laudatũ.Deinde me ista vidisse accidere multis,vt eoq; causa,legatiões Romã venirẽt, sed his legationib9 nõ me minisse vllũ tẽpus laudãdi,aut locũ dari,studia mihi eorũ placere, q; in te benemerito grati essent,cõsiliũ totũ videri minime necessariũ.Si aũt vellent declarare in eo officiũ suũ,laudaturũ me,si quis suo sumptu functus esset officio:concessurum,si legitimo: nõ permissurum, si infinito.Quid em̃ reprehendi põt? nisi qđ addis visum eẽ quibusdã,edictũ meũ,quasi cõsulto ad istas legatiões impediẽdas esse accõmodatũ. Iã nõ tantũ mihi videtur iniuriã facere ii, qui hęc disputãt,q̃ si cuius aures ad hãc disputationẽ patẽt. Romę cõposui edictũ,nihil addidi, nisi q; publicani me rogarunt, cum Samum ad me venissent,vt de tuo edicto totidem verbis transferrem in meũ diligẽtissime scriptũ.caput est, qđ pertinet ad minuẽdos sumptus ciuitatum:quo in capite,sunt quędam noua salutaria ciuitatibus,quibus ego magnopere delector.Hoc vero,ex quo suspitio nata est,me exqsisse aliqd,in quo te offenderẽ,tralatitiũ est. Neq; em̃ eram tam desipiens,vt priuatę rei causa legari putarẽ,qui & tibi nõ priuato,& pro re nõ priuata sua,sed publica,nõ in priuato,sed in publico orbis terrę cõsilio, ideſt in senatu,vt gratias agerẽt,mittebãtur. Neq; cum edixi,ne quis iniussu meo proficiscereturexclusi eos,qui me in castra,& qui trans Taurum persequi nõ possent. Nam id est maxime in tuis literis irridendũ.Quid em̃ erat qđ me persequerẽtur in castra,Taurũ ne trãsirẽt? cũ ego Laodicea vsq; ad Iconiũ iter ita fecerim,vt me oĩm illarũ diœcesium,quę eis Taurũ sunt,oĩmq; earũ ciuitatũ magistratus,legationesq; cõuenirent. nisi forte postea cœperint legare, q̃ ego Taurũ trãsgressus sum,qđ certe nõ ita est.Cũ.n.Laodiceę,cum Apameę,cũ Synadis,cũ Philomeli,cũ Iconii essem,quibus in oppidis oĩbus cõmoratus sum, oẽs iam istius generis legationes erant cõstitutę. Atq; hoc tamẽ te scire volo,me de isto sumptu legationũ,aut minuẽdo,aut remittẽdo decreuisse nihil, nisi qđ principes ciuitatũ me postulassent,ne in venditionẽ tributoq;,& illã acerbissimã exactionẽ,quã tu nõ ignoras,capitũ, atq; ostioq; inducerentur sumptus minime necessarii.Ego aũt cũ hoc suscepissem, nõ solũ iustitia,sed etiã misericordia adductus,vt leuarem miseriis perditas ciuitates,& perditas maxime per magistratus suos,nõ potui in illo sumptu nõ necessario negligẽs esse.Tu cũ istiusmodi sermones ad te delati de me sunt,nõ debuisti credere.Si aũt hoc genere delectaris,vt quę tibi in mentẽ veniãt, aliis attribuas,genus sermonis inducis in amicitiã minime liberale.Ego si in puincia de tua fama detrahere vnq̃ cogitasse,nõ ad generũ tuũ Lẽtulũ,neq; ad libertũ tuũ Brũdusii,neq; ad prefectũ fabrũ Corcyrę,quẽ in locũ me venire velles,retulissem.Quare potes doctissimis hominib9 auctorib9,quoq; sũt de amicitia gerẽda pclarissime scripti libri,gen9 hoc totũ oronis tollere.Disputabãt,ego cõtra disserebam:dicebãt,ego negabã:an mihi de te nihil eẽ dicturũ

†venisses.

Fieri a me.

Soluendo.

Vrbanus.

Delati sermones.

Dicœceses.

vnq̃ putas? ne hoc quidē, q̄ cum me Laodiceā venire voluisses, Taurū ipse transisses? q̄ iisdē diebus meus cōuentus erat Apameę, Synadis, Philomeli, tuus Tarsi? Non dicā plura, ne in quo te obiurgē, id ipm videar imitari. Illud dicā, vt sentio, si ista q̄ alios loqui dicis, ipse sentis, tua summa culpa est: sin alii tecū hęc loquuntur, tua tñ, q̄ audis, culpa nōnulla est. Mea ratio in tota amicitia nostra cōstans, & grauis reperietur. Qz si qs me astutiorem fingit, qd
Incallidius potest esse incallidius, q̄ cū te absentē semp defenderim, cū pręsertim mihi vsu venturū nō arbitrarer, vt ego quoq̄ absens a te defendendus essem, nūc cōmitterem, vt tu iure optimo me absentē deserere posses? Vnū genus excipio sermōis, in quo persepe aliqd dicit, qd te pudet nolle dici, si aut legatoꝝ tuorū quispiā, aut prefectorū, aut tribunoꝝ militū male dicit. Qd tamē ipm nō mehercule adhuc accidit me audiēte, vt aut grauiꝰ diceretur, aut impudentius, q̄ mecū Corcyrę Clodius est locutus, cū in eo genere maxime quereretur te alioꝝ improbitate minus felicē fuisse. Hos ego sermones, q̄ & multi sunt, & tuam existimationē, vt ego sentio, non offendunt, lacessiui nunq̃, sed non valde repressi. Si quis est, qui neminē bona fide in gratiā putet redire posse, nō nostrā is pfidiā coarguit, sed indicat suā, simulq̄ nō de me, is peius, q̄ de te existimat. sin aūt quē mea instituta in puincia nō delectant, & quadā dissimilitudine institutoꝝ meoꝝ, ac tuoꝝ, ledi se putat, cū vterq̄ nostrū recte fecerit, sed nō idē vterq̄ secutus sit, hūc ego amicū habere nō curo. Liberalitas tua, vt hoīs nobilissimi, latius in puincia patuit: nostra si angustior, & si de tua plixa, beneficaq̄ natura limitauit aliqd posterior annus, ppter quandā tristitiā tēpoꝝ, nō debēt mirari hoīes, cū & natura semp ad largiēdū ex alieno fuerim restrictior, & tēporibus qbus alii mouētur, iisdē ego mouear,
†non esse. †me eē acerbū sibi, vt sim dulcis mihi. De rebus vrbanis q̄ me certiorē feciſti, cū per se mihi gratū fuit, tū q̄ significasti tibi omnia mea mādata curę fore. in qbus vnū illud te precipue rogo, vt cures ne qd mihi ad hoc negotii, aut oneris accedat, aut tpis. Hortēsiūq̄ nostrū collegā, & familiarē roges, vt si vnq̃ mea causa qcq̃, aut sensit, aut fecit, de hac quoq̄ sententia
Inimicius. bima decedat, qua mihi nihil pōt esse inimicius. De nostris reb⁹ qd scire vis, Tarso Nonis
Postridie eius diei. Octob. Amanū versus pfecti sumus. Hęc scripsi postridie eius diei, cū castra haberē in agro Mosestię. Si qd egero, scribā ad te, neq̄ domū vnq̃ ad meos literas mittā, quin adiungā eas, quas tibi reddi velim. De Parthis qd queris, fuisse nullos puto. Arabes qui fuerūt admixto Parthico ornatu, dicūtur oēs reuertisse. Hostē esse in Syria negāt vllū. Tu velim ad me q̃sq̄ pissime, & de tuis rebus scribas, & de meis, & de omni reip. statu, de quo sum sollicit⁹ eo magis, quo ex tuis literis cognoui, Põpeium nostrū in Hispaniam iturum. Vale.

M. T. C. APPIO PVLCHRO. S.

VIx tandē legi literas dignas Appio Clodio, plenas humanitatis, officii, diligētię: aspectus videlicet vrbis tibi tuā pristinā vrbanitatē reddidit. Nam
Ad me misisti. quas ex itinere ante, q̃ ex Asia egressus es, ad me literas misisti, vnas de legatis a me phibitis pficisci, alteras de Apameorū edificatiōe ipsdita, legi perinuitus. Itaq̄ cōsciētia mea cōstātis erga te volūtatis rescripsi tibi subiratus. Iis vero literis lectis, quas Philotimo liberto meo dedisti, cognoui, intellexiq̄ in puincia multos fuisse, q̄ nos, quo aīo iter nos sumus, esse nollēt. ad Vrbē vero vt accesseris, vel potiꝰ vt primū tuos videris, cognosse te ex iis, qua in te absentē fide, qua ī oīb⁹ officiis tuēdis erga te obseruātia, & cōstātia fuissem. Itaq̄ quāti illud me estimare putas, qd est in tuis literis scriptū? si qd icīderit, qd ad meā dignitatē pertineat, etsi vix fieri posset, tñ te parē mihi gratiā relaturū. Tu vero facile facies. NIHIL est. n.
†videbam. qd studio, & beneuolētia, vel amore potiꝰ effici nō possit. Ego etsi ipse ita †iudicabā, & fiebā crebro a meis p literas certior, tñ maximā lętitiā cepi ex tuis literis de spe minime dubia & plane explorata triūphi tui: neq̄ vero ob eā causam, quo ipe facilius cōsequerer (Nā id q̄ dē ἐπιπόρφον est) sed mehercule q̄ tua dignitas, atq̄ amplitudo mihi est ipa chara p se. Quare qm̃ plureis tu habes q̃ cęteri, quos scias in hāc prouinciā proficisci, q̄ te adeunt fere omnes, si quid velis, gratissimū mihi feceris, si ad me simulatq̄ adeptus eris, qd & tu cōfidis,
Longi subsellii iudicatio. & ego opto, literas miseris. Lōgi subsellii (vt nr̄ Pompeiꝰ appellat) iudicatio, & mora, si quē tibi itē vnū, alterūve diē astulerit (qd em̃ potest amplius?) tua tamē dignitas suū locum obtinebit. Sed si me diligis, si a me diligi vis, ad me literas, vt q̃primū lętitia afficiar, mittito. Et velim reliquū qd est promissi, ac muneris tui, mihi persoluas: cū ipsam cognitionem iuris augurii consequi cupio, tum mehercule tuis incredibiliter studiis erga me muneribusq̄

delector.Q; autem a me tale quiddam desideras,sane mihi considerandum est,quonã te remunerer potissimũ genere.nã profecto nõ est meũ, qui in scribendo(vt soles admirari)tantum industrię ponam,cõmittere,vt negligens scribẽdo fuisse videar,presertim cũ id nõ modo negligentis,sed etiã ingrati animi crimẽ futurum sit.verum hæc videbimus.Illud quod polliceris,velim pro tua fide diligentiaq;,& pro nostra nõ instituta,sed iam inueterata amicitia,cures,enitare,vt supplicatio nobis q̃honorificẽtissime,q̃primũq; decernatur.Omnino serius misi literas,q̃ vellem,in quo cũ difficultas nauigãdi fuit odiosa, tum in ipsum discessum senatus,incidisse credo meas literas:sed id feci adductus auctoritate,& consilio tuo,id q; a me recte factum puto, q; non statim vt imperator appellatus sim, sed aliis rebus addictis,estiuisq; confectis literas miserim.Hęc igitur tibi erunt curę,quẽadmodum ostendis,me q; totum,& mea,& meos cõmendatos habebis. Vale. Me,mea,& meos.

M.T.C.APPIO PVLCHRO.S.

CVm est ad nos allatum de temeritate eorũ,qui tibi negotium facesserent, etsi grauiter primo nuncio cõmotus sum, q; nihil tam præter opinionem meam accidere potuit,tamẽ vt me collegi,cętera mihi facillima videbant, q; & in te ipso maximã spem, & in tuis magnã habebam,multaq; mihi veniebant in mentem,quãobrem istum laborem tibi etiam honori putarẽ fore.Illud plane moleste tuli, q; certissimũ & iustissimum triumphũ,hoc inuidorum cõsilio esse tibi ereptum videbam.Q; tu si tanti facies,quãti ego semper iudicaui faciundũ esse,facies sapienter,& ages victor ex inimicorũ dolore triumphum iustissimum. Ego eñ plane video fore neruis opus,sapientiaq; tua,vehementer, vt inimicos tuos pœniteat intẽperantię suę. De me tibi sic obtestãs omneis deos,,pmitto,atq; cõfirmo,me pro tua dignitate(malo.n.dicere q̃ pro salute)in hac prouincia,cui tu prefuisti, rogãdo deprecaturis,laborãdo propinqui,auctoritate chari hois(vt spero)apud ciuitates,grauitate ĩperatoris,suscepturũ officia,atq; parteis.Oia volo a me & postules,& expectes,vincã meis officiis cogitatiões tuas.Q.Seruilius pœrbreueis a te mihi literas reddidit,quę mihi tamẽ nimis lõgę visę sunt.Iniuriã eñ mihi fieri putabã,cum rogabar.Nollem accidisset tẽpus,in quo perspicere posses,quãti ego te,quãti Põpeium,quẽ vnũ ex oĩbus facio,vt debeo,plurimi,quãti Brutũ facerẽ,q̃q̃ in consuetudine quotidiana perspexisses sicuti perspicies.sed qñ accidit,si quid a me pretermissum fuerit,cõmissum facinus,& admissum dedecus cõfitebor.Põtinius qui a te tractatus est prestãti,ac singulari fide,cuius tui beneficii sum ego testis,prestat tibi memoriã beneuolentiãq; quã debet,qui,cũ maximis rebus suis coactus a me inuitissimo decessisset,tamẽ vt vidit tua interesse,conscendens iam nauem Epheso Laodiceã reuertit.Talia cum te studia videã habiturũ esse innumerabilia,plane dubitare nõ possum,qn tibi amplitudini ista sollicitudo futura sit.Si vero efficis vt cẽsores creent̃,& si ita gesseris cẽsurã, vt & debes,& potes,nõ tibi solũ,sed tuis oĩbus video in pętuũ summo te p̃sidio futurũ. Illud pugna,& enitere,ne qd nobis tpis proget̃,vt cũ hic tibi satisfecerim9,istic quoq; nostrã in te beneuolẽtiã nauare possimus.Quę de hoĩm,atq; ordinũ oĩm erga te studiis, scribis ad me,minime mihi mirãda,& maxime iucunda acciderũt, eadẽq; ad me pscripta sunt a familiarib9 meis.Itaq; capio magnã voluptatẽ,cũ tibi,cui9 mihi amicitia nõ solũ ampla,sed etiã iucũda est,ea tribui q̃ debeant̃,tũ vero remanere etiã nũc in ciuitate nostra studia ppe oĩm consensu erga forteis,& industrios viros:quę mihi ipsi vna semp tributa merces est laborę, & vigiliarũ mearũ.Illud vero mihi pœrmirũ accidit,tantã temeritatẽ fuisse in eo adolescẽte, cuius ego salutẽ duobus capitis iudiciis summa cõtentiõe defendi, vt tuis inimicitiis suscipiẽdis obliuiscereť patroni oĩm fortunarũ,ac rationũ suarũ,presertim cũ tu oĩbus vel ornamentis,vel pręsidiis redũdares,illi(vt leuissime dicã)multa deessent.Cuius sermo stultus,& puerilis,erat iã antea ad me a M.Cęlio familiari nostro perscriptus,de quo itẽ sermone multa scripta sunt abs te.Ego aũt citius cũ eo,qui tuas inimicitias suscepisset,veterẽ cõiunctionẽ diremissem,q̃ nouã conciliassem.Neq;.n.de meo erga te studio dubitare debes, neq; id est obscurũ cuipiã in ꝓuincia,nec Romę fuit.Sed tñ significatur in tuis literis suspitio quędam & dubitatio tua,de qua alienũ tempus est mihi tecum expostulãdi,purgandi aũt mei,necessarium.Vbi.n.ego cuiq̃ legationi fui impędimẽto, quo minus Romã ad laudẽ tuã mitterer? Aut in quo potui,si te palã odissem,minus qd tibi obesset facere? sic iã magis apte inimicus eẽm.Q; si eẽm ea p̃sidia,qua sunt ii,qui in nos hęc conferunt,tñ ea stultitia certe nõ fuissem, Interesse tua. Pugna illud. Hic & istic. Odissem.

vt aut in obscuro odio aptas inimicitias,aut ĩ quo tibi nihil nocerẽ,summã ostẽderẽ volũ tatem nocendi.Ad me adire quosdam memini, qui dicerẽt nimis magnos sumptus legatis decerni,quibus ego non tam imperaui,q̃ censui sumptus legatis q̃maxime ad legẽ Corneliã decernendos:atq; in eo ipso me nõ perseueraſſe,testes sunt rationes ciuitatũ,in quibus quã tũ queq; voluit legatis tuis datũ induxit.Te aũt quibus mẽdaciis hoïes leuissimi onerarũt, nõ modo sublatos sumptus,sed etiã a ꝓcuratoribus eoꝝ, qui iã profecti essent,repetitos & ablatos,eãq; causam multis oĩno nõ eundi fuisse? Quererer tecũ atq; expostularẽ,nisi(vt su pra scripsi)purgare me tibi hoc tuo tpe,q̃ accusare te mallem,idq; putarẽ esse rectius.Itaq; nihil de te,q; crediderís de me,quãobrem nõ debuerís credere,pauca dicã.Nã si me virũ bo nũ,si dignũ iis studiis,eaq; doctrina,cui me a puerítia dedi,si satis magni animi,nõ minimi cõsilii in maximis rebus ꝓspectũ habes,nihil in me nõ modo pfidiosum, & insidiosum,& fal lax in amicitia,sed ne humile quidẽ,aut ieiunum debes agnoscere.Sin aũt me astutũ & oc cultũ lubet fingere,qd est qd minus cadere in eiusmodi naturã possit, q̃ aut florẽtissimi ho minis aspernari beneuolentiã,aut eius existimationem oppugnare in prouincia,cuius laudẽ domi defenderis?aut ĩ ea re animũ ostẽdere inimicũ, in qua nihil obsis?aut id eligere ad per fidiã, qd ad indicãdũ odiũ apertissimũ sit,ad nocẽdũ leuissimũ?Quid erat aũt cur ego in te tam implacabilis essem,cũ te ex fratre meo ne tũc qdẽ,cũ tibi ꝓpe necesse esset eas agere par teis,inimicũ mihi fuisse cognouissem? Cũ vero reditũ nostrũ in gratiã vterq; expetisset, qd in cõsulatu tuo frustra mecũ egisti,qd me aut facere aut sentire voluisses? Quid mihi man dasti,cũ te Puteolis ꝓsequerer,in quo non expectationẽ tuam diligentia mea vicerim?Q; si id est maxime astuti,oĩa ad suã vtilitatẽ referre,qd mihi tãdẽ erat vtilius?qd cõmodis meis aptius,q̃ hoïs nobilissimi atq; honoratissimi cõiunctio,cuius opes,ingeniũ,liberi,affines,p pinqui mihi magno vel ornamẽto,vel prẽsidio esse possent?Quę tñ ego oĩa in expetẽda ami citia tua,nõ astutia quadã,sed aliqua potius sapiẽtia secutus sum. Quid illa vincula,quib⁹ quidẽ libẽtissime astringor,quãta sunt?studiorũ similitudo,suauitas consuetudinis,delecta tio vitę atq; victus,sermonis societas, literę interiores,atq; hęc domestica.Quid illa tãdem popularia?reditus illustris in gratiã,in quo ne per imprudentiã quidẽ errari potest sine su spitione pfidię,amplissimi sacerdotii collegiũ,in quo non modo amicitiã violari apud ma iores nostros fas nõ erat,sed ne optari quidẽ sacerdotẽ licebat, qui cuiq̃ ex collegio eẽt ini micus.Quę vt omittã tam multa,atq; tãta,quis vnq̃ tanti quẽq̃ fecit,aut facere potuit,aut debuit,quãti ego Cnęũ Põpeiũ socerũ filię tuę?Etem̃ si merita valent,patriã,liberos,salutẽ, dignitatẽ,memetipsum mihi per illũ restitutũ puto.Si cõsuetudinis iucũditas, quę fuit vn q̃ amicitia cõsulariũ in nostra ciuitate cõiunctior?Si vlla amoris atq; officii signa,quid mi hi ille nõ commisit?quid nõ mecũ cõmunicauit?quid de se in senatu cũ ipse abesset per quẽ q̃ agi maluit? quibus ille me in rebus nõ ornatũ voluit amplissime?Qua denicq; ille facilita te,qua humanitate tulit cõtentionẽ meã pro Milone,aduersantem interdũ actionibus suis? Quo studio prouidit nequa me illius temporis inuidia attingeret , cũ me cõsilio,cũ aucto ritate,cũ armis denicq; texit suis?Quibus quidẽ tẽporibus hęc in eo grauitas,hęc animi alti tudo fuit,nõ modo vt Phrygi alicui,aut Lycaoni, qd tu in legatis fecisti,sed ne summorũ quidẽ hominũ maleuolis de me sermonibus crederet.Huius igitur filius cũ sit gener tuus, cũq; prẽter hãc cõiunctionẽ affinitatis,q̃ sis Cn.Pompeio charus,q̃q; iucũdus intelligã,quo tandẽ aĩo in te esse debeo,cũ prẽsertim eas ad me is literas miserit,quib⁹ etiã si tibi,cui sum amicissimus,hostis essem,placarer tamẽ, totũq; me ad eius viri ita de me meriti voluntatẽ, nutũq; conuerterẽ?Sed hęc hactenus.pluribus em̃ etiã fortasse verbis,q̃ necesse fuit,scripta sunt.Nunc ea quę a me perfecta,queq; instituta sint,cognosce. Atq; hęc agimus & agemus magis pro dignitate,q̃ pro periculo tuo.Te em̃(vt spero)propediẽ censorem audiemus,cu ius magistratus officia,quę sunt maximi animi,summiq; consilii,tibi diligentius & accura tius,q̃ hęc quę nos de te agimus,cogitanda esse censeo. Vale.

Expostula re.

Reditus in gratiã ob seruãdus.

Vt spero dicit.

Epistolę duę, altera &c.

M.T.CICERO APPIO PVLCHRO(VT SPERO) CENSORI.S.D.

Vm essem in castris ad fluuiũ Pyramum,redditę mihi sunt vno tẽpore a te epistolę duę,quas ad me Qu.Seruili⁹ Tarso miserat.earũ in altera dies erat adscripta Nonarũ Apriliũ: in altera q̃ mihi recẽtior videbat, dies nõ erat. Rñdebo igit superiori prius,in qua scribis ad me de absolutiõe maiestatis.

de qua, etsi pmultũ ante certior fact⁹ eram literis,nunciis,fama deniq; ipsa (nihil enim fuit clari⁹,non quo quisq; aliter putasset,sed nihil de insignib⁹ ad laudẽ viris obscure nũciari solet)tñ eadem illa lętiora fecerũt mihi tuæ literæ,non solũ quia planius loq̃bantur,& vberi⁹, q̃ vulgi sermo,sed etiã quia magis tibi videbar gratulari,cũ de te,ex te ipo audiebam.Complexus igit̃ sum cogitatiõe te absentem,epistolã vero oculatus,& ipse mihi gratulat⁹ sum. Quę em̃ a cuncto populo,a senatu,a iudicibus,ingenio,industrię,virtuti tribuunt̃,quia mihi ipse assentior fortasse,cũ ea esse in me fingo,mihi quoq; ipsi tribui puto. nec tam gloriosum exitũ tui iudicii extitisse,sed tam prauã inimicorum tuorũ mentem fuisse mirabar. De ambitu vero qd interest inquies,an de maiestate!ad rẽ nihil.alterũ enim non attigisti,alterã auxisti. Verũtamẽ est maiestas(vt Sylla voluit) ne in quẽuis impune declamari liceret. Ambit⁹ vero ita apertã vim habet,vt aut accusẽt improbe,aut defendat̃.qui em̃ facta, & non facta largitio ignorari potest!Tuorũ autem honorũ cursus,cui suspect⁹ vnq̃ fuit!Me miserũ, q non affuerim,quos ego risus excitassem!Sed de maiestatis iudicio duo mihi illa ex tuis literis iucũdissima fuerunt.vnum,q; te ab ipsa repu.defensum scribis,q̃ quidẽ, etiã in summa bonorũ,& fortium ciuiũ copia,tueri talem viros deberet,nũc vero eo magis, quo tãta penuria est in om̃i vel honoris,vel ętatis gradu,vt tã orba ciuitas talem tutores cõplecti debeat. Alterũ,q; Põpeii,Bruti fidẽ beneuolentiãq; mirifice laudas.Lætor virtute,& officio cũ tuorũ necessariorum,meorũ amicissimorũ,tũ maxime alteri⁹ om̃ seculorum, & gentiũ principis: alteri⁹,iampridẽ iuuentutis,celeriter(vt spero)ciuitatis.De mercenariis testibus a suis ciuitatibus notãdis,nisi iam aliqd factũ est p Flaccũ,fiet a me,cũ p Asiam decedã. Nunc ad alterã epistolã venio.Q; ad me quasi formã cõmunium tẽporum,& totius reipu.missisti expressam,prudẽtia literarum tuarũ valde est mihi grata. Video enim & pericula leuiora, q̃ timebã,& maiora prędidia.siquidẽ(vt scribis)oẽs vires ciuitatis se ad Põpeii ductũ applicauerũt.tuũq; simul prõptum aĩm,& alacrem pspexi ad defendendã remp. mirificãq; cepi voluptatem ex hac tua diligentia, q; in summis tuis occupationibus,mihi tamen reip.statum per te notũ esse voluisti.Nã auguraleis libros ad cõmune vtriusq; nostrum otiũ serua. Ego em̃ a te cũ tua pmissa per literas flagitabã,ad vrbẽ te otiosissimum esse arbitrabar. nũc tamẽ vt ipse pollliceris,p auguralib⁹ libris oratiões tuas cõfectas omneis expectabo. Tulli⁹,cui mã data ad me dedisti,nõ cõuenerat me,nec erat iam quisq; mecum tuorũ,pręter omneis meos, qui sunt oẽs tui.Stomachosiores meas literas quas dicas esse,nõ intelligo:bis ad te scripsi me purgãs diligẽter,te leuiter accusans in eo,qd̃ de me cito credidisses:qd̃ genus q̃relę mihi quidem videbat̃ esse amici,sin tibi displicet,nõ vtar posthac. Sed si,vt scribis,hę literæ nõ fuerũt disertæ,scito meas non fuisse.vt enim Aristarchus Homeri versum negat, quem non ꝓbat, sic tu(libet enim mihi iocari)quod disertum non erit,ne putaris meum. Vale, & in censura, si iam es censor,(vt spero)de proauo multum cogitato tuo.

Maiestas.
Ambitus.
Cũ,tum.
Ad alterã epistolam.
Ad vrbem esse.
Stomachosiores lr̃æ.
Ioc⁹ Cice.
Disertũ qd̃ Ciceronianum.

M.T.C.APPIO PVLCHRO.S.D.

GRatulabor tibi prius, (ita.n.rerũ ordo postulat)deinde ad me cõuertar.Ego vero vehemẽter gratulor de iudicio ambit⁹,neq; id,qd̃ nemini dubiũ fuit, absolutũ te esse,sed illud, q; quo melior ciuis, quo vir clarior, quo fortior amicus es,quoq; plura virtutis,industrię ornamẽta in te sunt,eo mirãdum est magis,nullã ne in tabellę quidẽ latebra, fuisse absconditã maleuolẽtiam, q̃ te impugnare auderet,nõ horum tẽporum,nõ horum hoĩm,atq; morum negotiũ:nihil iam sum pridẽ admiratus magis.De me aũt suscipe paulisper meas parteis,& eũ te esse finge,q ego sum:si facile inueneris quid dicas,noli ignoscere hęsitationi meę.Ego vero velim mihi,Tullięq; meę(sicut tu amicissime,& suauissime optas) pspere euenire ea,q̃ me insciẽte facta sunt a meis,sed ita cecidisse,vt agerent̃ eo tpe,spero oĩno cũ aliqua felicitate,& opto.verũtamẽ plus me ĩ hac spe,tua sapiẽtia,& humanitas cõsolat̃, q̃ opportunitas tẽporis.Itaq; quẽadmodũ expediã exitũ hui⁹ institutę oratiõis,nõ reperio.neq; em̃ tristius dicere qcq̃ debeo ea de re quã tu ipse omnibus optimis psequeris,neq; nõ me tñ mordet aliqd, in quo vnũ nõ vereor,ne tu parũ pspicias ea,q̃ gesta sint,ab illis esse gesta,quib⁹ ego ita mãdaram,vt cũ tam longe abfuturus essem,ad me ne referrent,agerent quod ꝓbassent. In hoc autem mihi illud occurrit,quid tu igitur si affuisses!rem probassem,de tempore nihil te inuito,nihil sine cõsilio egissem tuo. Vides sudare me,iãdudum laborantẽ quomodo ea tueam quæ mihi tuenda sunt,& te non offendam. Leua me igitur hoc onere, nunq̃ enim mihi vi-

Omina optima in nuptiis.
Argute.

deor tractasse causam difficiliorem. Sic habeto tamen, nisi iam nunc omnia negotia cũ summa tua dignitate diligentissime confecissem, tametsi nihil videbatur ad meum erga te pristinum studium addi posse, tamen hac mihi affinitate nunciata non maiore equidem studio, sed acrius, apertius, significantius dignitatem tuam defendissem. Decedenti mihi, & iam imperio annuo terminato, ante nonas Sextileis, cum ad Sidam naui accederem, & mecum Q. Seruilius esset, literæ a meis sunt redditæ. dixi statim Seruilio (etenim videbatur esse cõmodus) vt omnia a me maiora expectaret. quid multa? beneuolẽtior tibi, q̃ fui, nihilo sum factꝰ, diligentior ad declarandam beneuolentiam multo. nam vt vetus nostra simultas antea stimulabat me, vt cauerem ne cui suspitionem ficte reconciliatæ gratiæ darem, sic affinitas nouam curam mihi affert cauendo, ne quid de summo meo erga te amore detractum esse videatur. Vale.

Ad Sidam accederem

M.T.C. APPIO PVLCHRO. S.

Fore expectendum.

QVasi diuinarem tali in officio fore mihi aliquando expectendũ studiũ tuũ, sic cũ de tuis rebus gestis agebatur, inseruiebam honori tuo. dicam tamen vere, plus q̃ acceperas, reddidisti. Quis enim ad me non perscripsit te, nõ solũ auctoritate orationis, sententia tua, quibus ego a tali viro cõtentus erã, sed etiã opera, consilio, domum veniendo, conueniendis meis, nullũ onus officii cuiq̃ reliquũ fecisse? Hęc mihi ampliora multo sunt, q̃ illa ipsa, propter quæ hęc elaborãt. INSIGNIA ENIM virtutis multi etiã sine virtute assecuti sunt, taliũ virorũ tanta studia asseqũ sola virtus potest. Itaq; mihi propono fructũ amicitiæ nostræ ipsam amicitiam, qua nihil est vberius, præsertim in his studiis, quibus vterq; nostrum deuinctus est. Nam tibi me profiteor & in repub. socium, de qua idem sentimus, & in quotidiana vita coniunctum, cum iis artibus, studiisq;, q̃ colimus. Velim ita fortuna tulisset, vti quanti ego omneis tuos facio, tanti tu meos facere posses: qđ tamen ipsum, nescio qua permotus animi diuinatione, non despero. Sed hoc nihil ad te, nostrum est onus. Illud velim sic habeas, q; intelliges hac re nouata additum potius aliquid ad meum erga te studium, cui nihil videbatur addi posse, q̃ quicq̃ esse detractum. Cum hæc scribebam, Censorem iam te esse sperabã, eo breuior est hæc epistola, & vt aduersum magistrum morum modestior. Vale.

Nihil ad te

MARCI TVLLII CICERONIS EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER QVARTVS.

M.T.C. SERVIO SVLPITIO. S.D.

Ex se q̃sisse.

GAIVS Trebatius familiaris meꝰ ad me scripsit, te ex se quęsisse, quibus in locis essem, molesteq; ferre, q; me ꝓpter valetudinẽ tuã, cũ ad vrbẽ accessissem, nõ vidisses, & hoc tpe velle te mecũ, si propius accessissem, de officio vtriusq; nostrũ cõicare. Vtinã Serui salvis rebꝰ (sic. n. est dicẽdũ) colloq; potuissemꝰ inter nos, pfecto aliqd opis occidenti reipublicæ tulissemus. Cognoram enim iam absens te hæc mala multo ante prouidentem, defensorem pacis, & in consulatu tuo, & post consulatum fuisse. Ego autem cum consilium tuũ probarem, & idem ipse sentirem, nihil proficiebam. Sero enim venerã, solus eram, rudis esse videbar in causa, inciderã in hominum pugnandi cupidoꝝ insanias. Nunc, quoniam nihil iam videmur posse opitulari reip. si quid est in quo nobismetipsis consulere possimus, non vt aliqd ex pristino statu nostro retineamus, sed vt q̃honestissime lugeamus, nemo est omniũ, quicũ potius mihi, q̃ tecũ cõmunicandum putem. Nec em̃ clarissimorum virorũ, quoꝝ similes esse debemus, exempla, neq; doctissimoꝝ, quos semper coluisti, præcepta te fugiũt: atq; ipse antea ad te scripsissem, te frustra in senatum, siue potius in conuentum senatorum esse venturũ, ni veritus essem, ne eius animũ offenderẽ, qui a me vt te imitarer petebat. Cui qdẽ ego, cũ me rogaret vt adessem in Senatu, eadem omnia q̃ a te de pace, & de Hispaniis dicta sunt, ostendi me esse dicturum. Rem vides quo modo se habeat, orbem terrarũ imperiis distributis ardere bello, vrbẽ sine legibꝰ, sine iudiciis, sine iure, sine fide relictam direptioni, & incendiis. Itaq;

Quicum.

Adessem in senatu.

míhí venire in mẽtẽ níhíl põt,non modo quíd ſperẽ,ſed vix iam quíd audeã optare.Sín autem tibí homíní prudentíſſímo vídeť vtíle eſſe,nos colloquí,q̃q̃ lõgius etíam cogitabam ab Vrbe díſcedere,cuius iã etiã nomẽ inuitus audío,tñ propius accedam. Trebatío mandauí, ſí quíd tu eum velles ad me mittere,ne recuſaret,ídꝙ vt facías velím:aut ſi quem tuorũ fídelíum voles,ad me mittas,ne aut tíbí exíre ex Vrbe neceſſe ſit,aut míhí accedere.Ego tibí tantum tríbuo,quantum míhí fortaſſe arrogo,vt exploratum habeam,quícquíd nos cõmuní ſententía ſtatuerímus,íd omneís homines probaturos. Vale.

Spẽrare.
Optare.
Exíre ex vrbe.

M.T.C.SERVIO SVLPITIO.S.D.

AD.III.Calẽ.Maías cũ eſſem in Cumano,accepí tuas líteras: quíbus lectís cognoui non ſatís prudenter feciſſe Phílotímũ,quí cum abs te mandatũ haberet,vt ſcríbís,de omnib⁹ rebus,ipſe ad me non veníſſet, líteras tuas míſiſſet,quas íntellexí breuíores fuiſſe,ꝙ eũ pẽrlaturũ putaſſes. Sed tamẽ poſtq̃ líteras tuas legí,Poſthumía tua me conuenít,& Seruíus noſter:hís placuit vt tu in Cumanũ veníres,q etiã mecũ,vt ad te ſcríberẽ,egerunt.Q̃ meum conſilíũ exquíris,íd eſt tale,vt capere facílíus ípſe poſſím,q̃ alteri dare.Quíd.n.eſt,qđ audeã ſuadere tíbí homíní ſumma auctorítate,ſummaꝙ prudentía?Sí qd rectíſſímũ ſit,q̃rímus,pẽrſpícuũ eſt:ſí quíd maxíme expẽdíat,obſcurũ:ſín hí ſumus,quí ꝓfecto eſſe debem⁹,vt níhíl arbítremur expẽdíre,níſí qđ rectũ,honeſtũꝙ ſit,non poteſt eſſe dubíũ,quíd faciendũ nobís ſit. Q̃ exíſtímas meã cauſam cõíũctã eſſe cũ tua,certe ſímílís ín vtroꝙ noſtrũ,cũ optíme ſentírem⁹,error fuit.Nam oĩa vtríuſꝙ conſílía ad concordíã ſpẽctauerũt,quã cũ ípſí Cæſarí níhíl eſſet vtílí⁹,gratíam quoꝙ nos ínire ab eo defendenda pace arbítrabam ur.quantũ nos fefellerít,& quem in locũ res deducta ſit,vídes.neꝙ ſolũ ea pẽrſpícís quæ gerunt̃,quæꝙ iam geſta ſunt,ſed etíam quí curſus rerũ,quí exítus futurus ſit.Ergo aut probare oportet ea quæ fiũt,aut intereſſe,etíam ſí non probes:quarũ altera míhí turpís , altera etiã pẽrículoſa ratío vídeť.Reſtat vt díſcedendũ putem:ín quo relíqua vídeť eſſe delíberatío,qđ conſílíũ in díſceſſu,quæ loca ſequamur.omníno cum míſerior res nunq̃ accídít,tum ne delíberatío quidẽ dífícílíor.Níhíl enim conſtítuí poteſt,quod nõ íncurrat in magnam alíquam dífficultatẽ.Tu, ſí vídebítur,ita cenſeo facías,vt ſí habes iam ſtatutum,quíd tíbí agendum putes,ín quo nõ ſit coníunctum conſílium meum cum tuo,ſuperſedeas hoc labore itínerís:ſín eſt quod mecũ communícare velís,ego te expectabo.Tu quod tuo commodo fíat, q̃prímum velím venías, ſícut íntellexí & Seruío,& Poſthumíæ placere. Vale.

Ad tertíũ Calend.
Hí an íí: .í.tales.
Defendẽda pace.
Q̃prímũ.

M.T.C.SERVIO SVLPITIO.S.D.

MEhementer te eſſe ſollícítũ,& ín cõmunibus míſeríís p̃cípuo quodã dolore angí,multí ad nos quotídíe deferũt.Qđ q̃q̃ mínime míror,& meũ quodãmodo agnoſco,doleo tñ te ſapientía p̃dítũ ꝓpe ſíngulárí,non tuís bonís delectarí potíus, q̃ alíenís malís laborare . Me quidẽ etſí nemíní cõcedo q maiorẽ ex pnícíe,& pẽſte reip.moleſtíã traxerít,tñ multa iã conſolanť, maximeꝙ cõſcíentia conſíliorum meorum.Multo enim ante , tanq̃ ex alíqua ſpẽcula proſpẽxí tempẽſtatem futuram,neꝙ id ſolum mea ſponte, ſed multo etíam magís monente,& denunciante te. Etſí em̃ abfuí magnã partem cõſulatus tuí,tamẽ & abſens cognoſcebam, quæ eſſet tua ín hoc pẽſtífero bello cauendo,& prædícendo ſententía,& ípſe affuí prímís temporíbus tuí conſulatus,cum accuratíſſíme monuíſtí ſenatum collectís omníb⁹ bellís cíuílíbus,vt & ílla tímerent,q̃ memíníſſent,& ſcírẽt, cũ ſuperíores nullo talí exemplo antea in rep.cognito,tã crudeles fuiſſent,qcũꝙ poſtea remp.oppreſſiſſet armís,multo íntolerabílíorem futurum.NAM qđ exemplo fít,íd etíam iure fieri putant: ſed alíquíd,atꝙ adeo multa addunt,& afferunt de ſuo.Quare memíníſſe debes eos, quí auctorí tatem,& conſílíũ tuum non ſunt ſecutí,ſua ſtultítía occídíſſe, cum tua prudentía ſalui eſſe potuíſſent.Díces,qd me íſta res cõſolať in tantís tenebrís,& quaſí pẽrpetuís reip!eſt omníno vix conſolabílís dolor,tanta eſt omníũ rerum amíſſío,& deſpẽratío recupẽrandí.Sed tamẽ & Cæſar ípſe ita de te íudícat,& omnes cíues ſíc exíſtímant,quaſí lumen alíquod extínctís cæterís elucere ſanctítatem,& prudentíam,& dígnítatem tuam.Hæc tíbí ad leuãdas moleſtías magna eſſe debent.Q̃ autem a tuís abes,ídeo leuíus ferendum eſt,ꝙ eodem tempore a multís,ac magnís moleſtíís abes,quas ad te omneís pẽrſcríberem,níſí vererer ne ea cognoſceres abſens,quæ quía non vídes,míhí víderís meliore eſſe condítíone,q̃ nos,q vídemus. Hacte-

Aduerte.
,,
A tuís abes.

Consolatio ob philoso phiam.

nus existimo nostrã cõsolationẽ recte adhibitam esse,quoad certior ab hoĩe amicissimo fieres iis de rebus,quibus leuari possent molestię tuę.Reliqua sunt in te ipõ,neq; mihi ignota, nec minima solatia,&(vt qdẽ ego sentio)multo maxima:q̃ ego ipse experiẽs quotidie sic pbo,vt ea mihi salutẽ afferre videanť.Te aũt ab initio ętatis memoria teneo summe oĩm doctrinarũ studiosum fuisse,omniaq; q̃ a sapiẽtissimis ad bene viuẽdũ tradita essent,sũmo studio,curaq; didicisse: quę qdẽ vel optimis rebus,& vsui,& delectationi esse possent.His vero tẽporibus habemus aliud nihil,in quo acquiescamus.Nihil faciã insolenter, neq; te tali vel scientia,vel natura p̃ditũ hortabor,vt ad eas te referas artes,quibus a primis tẽporib9 ætatis studiũ tuũ dedisti:tantũ dicam,qđ te spero approbaturũ,me posteaq̃ illi arti,cui studueram,nihil esse loci,neq; in curia,neq; in foro viderẽ,omnẽ meam curam,atq; operam ad philosophiam cõtulisse.tuę scientię excellẽti,ac singulari nõ multo plus q̃ nostrę relictũ est loci. Quare nõ equidẽ te moneo,sed mihi ita psuasi,te quoq; in iisdẽ versari rebus,q̃ etiã si min9 p̃dessent,animũ tñ a sollicitudine abducerent.Seruius quidẽ tuus in oĩbus ingenuis artib9, in primisq; hac,in qua ego me scripsi acqescere,ita versať,vt excellat.A me vero sic diligiť, vt tibi vni cõcedã,præterea nemini,mihiq; ab eo gratia refertur,in quo ille existimat: q; facile appareat,q; me colat,& obseruet,tibi quoq; in eo se facere gratissimum. Vale.

M.C.S.D.SERVIO SVLPITIO.

Paupertas diuitiæq; orationis.


Refert.

Dalmatię oppida.

M.CICERO.P.VATINIO IMPERATORI.S.

GRata tibi eſſe officia mea non miror,cognoui enim te gratiſſimum omniũ idq; nunq̃ deſtiti prędicare.nec enim tu mihi gratiam modo habuiſti, ve rum etiam cumulatiſſime retuliſti. Quamobrem reliquis tuis rebus omni bus pari me ſtudio erga te,& eadem voluntate cognoſces.Qz mihi fœmi nam primariam Pompęiam vxorem tuam commendas, cum Sura noſtro ſtatim tuis literis lectis locutus ſum,vt ei meis verbis diceret, vt quicquid opus eſſet,mihi denunciaret,& me omnia quę ea vellet,ſummo ſtudio curaq; facturum, ita q; faciam,eamq; ſi opus eſſe videbitur,ipſe conueniam.Tu tamen ei velim ſcribas,vt nullam rem,neq; tam magnam,neq; tam paruam putet,quę mihi aut difficilis,aut parũ me digna videatur.Omnia quę in tuis rebus agam,& non laborioſa mihi, & honeſta videbuntur. De Dionyſio,ſi me amas,cõfice:quãcũq; ei fidem dederis pręſtabo.Si vero improbus fuerit, vt eſt,duces eum captiuum in triumpho.Dalmatis Dii male faciant,qui tibi moleſti ſunt. Sed vt ſcribis,breui capientur,& illuſtrabunt res tuas geſtas.Semper enim habiti ſunt bellicoſi.

Cõueniam

Vale.

M.CICERO.S.D.L.LVCEIO.Q.FILIO.

ORam me tecum eadem hęc agere ſępe conantem deterruit pudor quidam pene ſubruſticus,quę nunc expromam abſens audacius. epiſtola enim non erubeſcit.Ardeo cupiditate incredibili,neq; vt ego arbitror, reprehẽdẽda, nomen vt noſtrum ſcriptis illuſtretur,& celebretur tuis. qd etſi mihi ſępe oſtendis te eſſe facturum,tamen ignoſcas velim huic feſtinationi meæ.Ge nus enim ſcriptorum tuorum,etſi erat ſemper a me vehementer expectatũ, tamen vicit opinionem meam, meq; ita vel cepit, vel incendit,vt cuperem q̃celerrime res noſtras monimentis commendari tuis.Non enim me ſolum commemoratio poſteritatis ad ſpem quandam immortalitatis rapit,ſed etiam illa cupiditas,vt vel auctoritate teſtimonii tui,vel indicio beneuolentię,vel ſuauitate ingenii,viui perfruamur.Neq; tamen hęc cũ ſcri bebam,eram neſcius quantis oneribus premerere ſuſceptarum rerum,& iam inſtitutarum: ſed quia videbam Italici belli,& ciuilis hiſtoriam iam pene a te eſſe perfectam, dixeras autẽ mihi te reliquas res ordiri,deeſſe mihi noluí,quin te admonerem,vt cogitares,coniunẽte ne malles cũ cęteris reb9 noſtra cõtexere,an,vt multi greci fecerunt,Calliſthenes Troicũ bellũ, Timęus Pyrrhi,Polybius Numantinũ,qui oẽs a ppetuis ſuis hiſtoriis ea q̃ dixi bella ſepara uerunt,tu quoq; itẽ ciuilẽ cõiurationẽ ab hoſtilibus externiſq; bellis ſeiungeres.Eqdẽ ad no ſtram laudẽ non multũ video intereſſe,ſed ad ppẽrationẽ meã qddã intereſt,nõ te expectare donec ad locũ venias,ac ſtatim cauſam illã totã,& tempus arripere.Et ſimul ſi vno in argu mẽto,vnaq; in pſona mens tua tota verſabit̃,cerno iã animo,quãto oĩa vberiora,atq; orna tiora futura ſint.Neq; tamẽ ignoro,q̃ impudẽter faciã,q primũ tibi tantũ oneris imponam, põt em̃ mihi denegare occupatio tua:deĩde ẽt vt ornes me poſtulẽ.qd ſi illa tibi nõ tãtopere videnť ornãda:SED TAMEN,QVI SEMEL verecũdię fineis trãſierit,eũ bene,& nauiter oportet eſſe impudẽtẽ.Itaq; te plane etiã atq; etiã rogo,vt ornes ea vehemẽtius,q̃ fortaſſe ſentis,& in eo leges hiſtorię negligas,gratiãq; illã,de qua ſuauiſſime quodã in proœmio ſcripſiſti,a qua te affici nõ magis potuiſſe demonſtras,q̃ Herculem Xenophontium illum

Epiſta nõ erubeſcit.

Nomẽ ſuũ illuſtrari cupit.

Græci hiſtoriographi.

Impudẽtẽ quẽ eſſe deceat nauiter.

Hercules Xenophõtius.

a voluptate:ea si me tibi vehemẽtius cõmẽdabit,ne aspernere,amoriq; nostro plusculũ etiã q̃ cõcedit veritas,largiare.Q; si te adducemus,vt hoc suscipias,erit(vt mihi psuadeo)materies digna,facultate,& copia tua.a principio em̃ cõiurationis vsq; ad reditũ nostrũ,videt mihi modicũ qddã corpus cõficí posse:in quo & illa poteris vtí ciuiliũ cõmutationũ sciẽtia vel in explicãdis causis rerũ nostrarũ,vel in remediis incõmodorũ,cũ & reꝑhẽdes ea,q̃ vitu perãda duces:& q̃ placebũt,exponẽdis rationib⁹ cõprobabis:& si liberius,vt cõsueuisti,agendũ putabis,multorũ in nos pfidiã,insidias,pditionẽ,notabis.Multã etiã casus nostri tibi varietatẽ in scribẽdo suppeditabũt plenã cuiusdã voluptatis,q̃ vehemẽter animos hominũ in legẽdo scripto retinere possit.NIHIL EST ENIM APTIVS ad delectationẽ lectoris,q̃ tẽporũ varietates,fortunęq; vicissitudines:q̃ etsi nobis optabiles in experiẽdo nõ fuerũt,i legẽdo tñ erũt iucũdę.HABET ENIM PRAETERiti doloris secura recordatio delectationẽ.Cęteris vero nulla pfũctis ꝓpria molestia,casus alienos sine vllo dolore ituẽtib⁹,etiã ipsa mia est iucũda.Quẽ em̃ nostrũ ille moriẽs apud Mãtineã EPAMINONdas nõ cũ quadã miseratione delectat:q tũ deniq; sibi auelli iubet spiculũ,postea q̃ ei pcõtãti dictũ est,clypeũ esse saluũ, vt etiã in vulneris dolore equo animo cũ laude morereť.Cuius studiũ in legẽdo non erectũ Themostoclis fuga,redituq; retinet!Etem̃ ordo ipse Annaliũ mediocriter nos retinet quasi enumeratione fastorũ:at viri sępe excellẽtis ancipites,variiq; casus habẽt admirationẽ, expectationẽ,lętitiã,molestiã,spẽ,timorẽ:si vero exitu notabili cõcludunť,expleť animus iucũdissimę lectionis voluptate.Qd̃ mihi acciderit optatius,si in hac sentẽtia fueris,vt a cõtinẽtibus tuis scriptis,in qbus ꝓpetuã rerũ gestarũ historiã cõplecteris,secernas hãc quasi fabulã rerũ,euẽtorũq; nostroꝝ.Habet em̃ varios actus,multasq; actiones,& cõsiliorũ,& tẽporũ.Ac nõ vereor,ne assentatiũcula quadã aucupari tuã gratiã videar,cũ hoc demonstrem,me a te potissimum ornari,celebrariq; velle.Neq; enim tu is es,q̃ qd̃ sis nescias,& q̃ non eos magis qui te non admirentur inuidos,q̃ eos qui laudẽt assentatores arbitrere.Neq; autẽ ego sum ita demens,vt me sempiternę glorię pr eũ commẽdari velim,q̃ nõ ipse quoq; in me cõmendando ꝓpriã ingenii gloriã cõsequať.Neq; em̃ Alexander ille gratię causa ab Apelle potissimum pingi,& a Lysippo fingi volebat,sed q; illorũ artẽ cũ ipsis,tũ etiã sibi glorię fore putabat.Atq; illi artifices corporis simulacra ignotis nota faciebãt,quæ vel si nulla sint,nihilo sunt tamen obscuriores clari viri.Nec minus em̃ est Spartiates Agesilaus ille phibẽdus, qui neq; pictã,neq; fictam imaginẽ suam passus est esse,q̃ qui in eo genere laborarũt.vnus enim Xenophõtis libellus in eo rege laudando facile oñeis imagines hoĩm,statuasq; supauit. At q; hoc pstãtius mihi fuerit,& ad lętitiã aĩ,& ad memorię dignitatẽ,si in tua scripta puenero,q̃ si in cęterorũ,q; nõ ĩgeniũ mihi solũ suppeditatũ fuerit tuũ,sicut Timoleõti a Timęo, aut ab Herodoto Themistocli,sed etiã auctoritas clarissimi & spectatissimi in repu.maximis grauissimisq; causis cogniti,atq; in primis ꝓbati viri.vt mihi nõ solũ pconiũ,qd̃ cũ in Sigęum venisset Alexãder,ab Homero Achilli tributũ esse dixit,sed etiã graue testimoniũ imptitum clari hois,magniq; videať. Placet em̃ Hector ille mihi Nęuianus,q̃ nõ tantũ laudari se lętať,sed addit etiã a laudato viro.Qd̃ si a te nõ impetro,hoc est, siqua te res impedierit (neq; em̃ fas esse arbitror,qcq̃ me rogãtẽ abs te nõ impetrare)cogar fortasse facere,qd̃ nonnulli sępe reꝑhẽdũt,scribã ipse de me,multorũ tamẽ exẽplo,& clarorũ virorũ.Sed qd̃ te non fugit,hęc sunt in hoc gñe vitia,& vt verecũdius ipsi de se scribãt necesse est,si qd̃ est laudãdum,& ꝓtereant,si qd̃ reprehẽdẽdũ est.accedit etiã,vt minor sit fides,minor auctoritas,multi deniq; reprehẽdãt,& dicãt verecũdiores esse pręcones ludorũ gymnicorũ,q̃ cũ cęteris coronas imposuerũt victoribus,eorũq; nomina magna voce ꝓnũciauerũt,cũ ipsi ante ludorũ missionẽ corona donent,aliũ pconẽ adhibeãt,ne sua voce ipsi se victores esse pdicẽt.Hęc nos vitare cupimus, & si recipis causam nostrã, vitabimus,idq; vt facias,rogamus.Ac ne forte mirere cur,cũ mihi sępe ostẽderis te accuratissime nostrorũ tẽpoꝝ cõsilia, atq; euẽtus literis mãdaturũ,a te id nũc tantopere,& tã multis verbis pętamus, illa nos cupiditas incẽdit , de qua initio scripsi,festinationis, q; alacres animo sumus,vt & cęteri viuẽtibus nobis ex libris tuis nos cognoscãt,& nosmetipsi viui gloriola nostra pfruamur.His de rebus qd̃ acturus sis,si tibi nõ est molestũ,rescribas mihi velim.Si em̃ suscipis causam,cõficiã cõmẽtarios rerũ omniũ.Sin autẽ differs me in tẽpus aliud,corã tecũ loquar,tu interea nõ cessabis,& ea q̃ habes instituta pꝛpolies,nosq; diliges.Vale.

Epaminondas.

Alexandri de se fingẽdo cura.

Agesilaus.

Hector Nęuianus.

Scribẽdi de se difficultas.

M.CICERO.S.D.L.LVCEIO.Q.FILIO.

QVanq̃ ipſa cõſolatio literarũ tuarũ mihi gratiſſima eſt,declarat.n.ſummã beneuolentiã coniunctã pari prudentia,tñ illũ fructũ ex tuis literis vel maximũ cœpi,q̃ te p̃clare res humanas contemnentẽ,& optime cõtra fortunã paratũ,armatũq̃ cognoui.Quã quidẽ laudem ſapiẽtię ſtatuo eſſe maximã, NON ALIVNDE pendere,nec extrinſecus aut bñ,aut male viuendi ſuſpẽſas habere rõnes.Quę cogitatio,cũ mihi nõ omnino excidiſſet(etem̃ penitus inſederat)vi tamen tẽpeſtatum & concurſu calamitatum erat aliquantum labefactata,atq̃ conuulſa:cui te opitulari,& video,& id feciſſe etiã proximis literis,multumq̃ ꝓfeciſſe ſentio.Itaq̃ hoc ſæpius dicendum,tibiq̃ non ſignificandũ ſolum, ſed etiam declarandum arbitror,nihil mihi eſſe potuiſſe tuis literis gratius.Ad conſolandum aũt cum illa valeant,quæ eleganter copioſeq̃ collegiſti,tum nihil plus,q̃ q̃ firmitudinem grauitatemq̃ animi tui perſpexi,quam non imitari turpiſſimum exiſtimo.itaq̃ etiam hoc fortiorem me puto,q̃ te ipm præceptorem fortitudinis,q̃ tu mihi videre ſpem nonnullam habere,hæc aliquando futura meliora.Caſus enim gladiatorum,ſimilitudineſq̃ hæ,tũ rationes in ea diſputatione a te collectę,vetabant me reip.penitus diffidere.Itaq̃,alterum minus mirum,fortiorem te eſſe,cum aliquid ſperes:alterum magis mirum,ſpe vlla teneri. Quid eſt enim nõ ita affectum,vt id nõ deletum,extinctumq̃ omne eſſe fatear?Circũſpice omnia membra reip.quę notiſſima ſunt tibi,nullum reperies profecto,quod non fractum,debilitatumve ſit.quæ perſequerer,ſi aut melius ea videre q̃ tu vides,aut commemorare poſſem ſine dolore:q̃q̃ tuis monitis,preceptiſq̃ omnis eſt abiiciendus dolor.Ergo & domeſtica feremus,vt cenſes,& publica paulo etiã fortius fortaſſe,q̃ tu ipſe,qui præcipis. Te em̃ ſpes aliqua conſolat, vt ſcribis,nos erimus etiã in oi deſperatione fortes,vt tu tamen idem & hortaris,& præcipis.Das em̃ mihi iucũdas recordationes conſcientiæ noſtræ,rerumq̃ earum,quas te in primis auctore geſſimus.Præſtitimus enim patriæ non minus certe,q̃ debuimus,plus profecto,q̃ eſt aĩo cuiuſq̃,aut conſilio hominis poſtulatum.Ignoſces mihi de me ipſo aliquid prędicanti.quarũ enim tu rerũ cogitatione nos leuare egritudine voluiſti,earum etiam cõmemoratione lenimur. Itaq̃ vt mones,quantum potero me ab omnibus moleſtiis,& angorib⁹ abducam, trãſferamq̃ animũ ad ea,quibus ſecundæ res ornantur,aduerſæ adiuuantur,tecumq̃ & ero tantum, quantum patietur vtriuſq̃ ætas,& valetudo.etſi eſſe vna minus poterimus,q̃ volumus,animorum tamẽ coniunctione iiſdemq̃ ſtudiis ita fruemur,vt nunq̃ non vna eſſe videamur. Vale.

Sapientiæ laus.

Affectum.

Philoſophię ſtudia

L.LVCEIVS.Q.FILIVS.S.D.M.T.CICERONI.M.FILIO.

SI vales bene eſt,ego valeo,ſicut ſoleo,paululo tamẽ etiam deterius,q̃ ſoleo. Te requiſiui ſępius,vt viderem Romę:quia poſtea nõ fuiſti,q̃ a me diſceſſeras,miratus ſum,qđ item nunc miror.Non habeo certum, quæ te res hinc maxime retrahat.Si ſolitudine delectare cum ſcribas,& aliquid agas eorũ, quoq̃ conſueſti,gaudeo,neq̃ reprehendo tuũ conſiliũ:nam nihil iſto poteſt eſſe iucũdius,nõ modo miſeris his temporibus,& luctuoſis, ſed etiã tranqllis,& optatis,preſertim vel aĩo defatigato tuo,qui nũc requiẽ q̃rit magnis occupationibus, vel erudito,qui ſemper aliquid ex ſe promat,qđ alios delectet,te ipſum laudib⁹ illuſtret. Sin ſicut hic dũ eras,& lachrymis,ac triſtitię te tradidiſti,doleo:qa doles,& angere , nõ poſſum te,ſi concedis,qđ ſentimus(vt liberius dicã)non accuſare.Quid em̃,tu ſolus apta non videbas,qui propter acumen occultiſſima perſpicis?tu non intelliges te q̃relis quotidianis nihil proficere,nõ intelliges duplicari ſolicitudines,quas eleuare tua te prudẽtia poſtulabat? Q̃ ſi non poſſumus aliquid proficere ſuadendo,gratia contendimus,& rogando, ſi quid noſtra cauſa vis,vt iſtis te moleſtiis laxes,& ad conuictum noſtrũ redeas,& ad conſuetudinem,vel noſtram cõmunẽ,vel tuam ſolius,ac propriam.Cupio non obtundere te,ſi non delectare noſtro ſtudio:cupio deterrere,ne permaneas in incepto,cũ duę res iſtę cõtrarię me cõturbẽt,ex quibus,aut in altera mihi velim,ſi potes,obtemperes,aut in altera non offendas. Vale.

Angere.í. angeris.

Eleuare.

Noſtra cauſa.

Tuã ſoli⁹.

M.CICERO.L.LVCEIO.S.

AMnis amor tuus ex oĩbus partib⁹ ſe oſtendit in his literis,quas a te pxime accepi,non ille quidẽ mihi ignotus,ſed tñ gratus,& optatus,dicerem iucũdus,niſi id verbum in omne tempus perdidiſſem. Neq̃ ob eam vnam cauſam,quã tu ſuſpicaris,& in qua me leniſſimis, & amantiſſimis verbis vtẽs, re grauiter accuſas,ſed q̃ illius tanti vulneris,quæ remedia eſſe debebant,

Iucũdus.

ea nulla sunt. Quid enim? ad amicos ne confugiam? q̃ multi sunt? habuimus enim fere communeis, quorum alii occiderunt, alii nescio quo pacto obduruerunt. Tecum viuere possem equidem, & maxime vellem, vetustus est amor, cõsuetudo, studia paria. quod vinculum? quæ res deest nostræ coniunctioni? Possumus ne igitur esse vna? nec mehercule intelligo qd impediat, sed certe adhuc non fuimus, cum essemus vicini in Tusculano, in Puteolano. Nã qd dicam in Vrbe? in qua cum forum commune sit, vicinitas nõ requirit. Sed casu nescio quo, in ea tempora nostra ætas incidit, vt cum maxime florere nos oporteret, tum viuere etiam puderet. Quod enim poterat mihi esse profugium spoliato, & domesticis, & forẽsibus ornamentis, atq; solatiis? literæ credo, quibus assidue vtor. quid enim aliud facere possum? sed nescio quo modo ipsæ illæ excludere me a portu, & profugio videntur, & quasi exprobrare, q̃ in ea vita maneam, in qua nihil insit, nisi propagatio miserrimi temporis. Hic tu ea me abesse vrbe miraris, in qua domus nihil delectare possit, summum sit odium temporum, hominum, fori, curiæ? Itaq; sic literis vtor, in quibus consumo omne tempus, non vt ab his medicinam perpetuam, sed vt exiguam doloris obliuionem petam. Q̃ si id egissemus ego atq; tu, quod ne in mentem quidem nobis veniebat, propter quotidianos metus, omne tempus vna fuissemus, neq; me valetudo tua offenderet, neq; te mœror meus: quod quantũ fieri poterit, consequamur. Quid enim vtriq; nostrum aptius? Propediem te igitur videbo. Vale.

Literæ.

Abesse Vrbe.

M.T.CICERO.S.D.TITIO.

Consolatoria.

Vnus ex omnibus.

SI vnus ex omnibus minime sum ad te consolandum accommodatus, q̃ tantum ex tuis molestiis cœpi doloris, vt consolatione ipse egerẽ, tñ cum longius a summi luctus acerbitate meus abesset dolor, q̃ tuus, statui nostræ necessitudinis esse, meæq; in te beneuolentiæ, non tacere tanto in tuo mœrore tandiu, sed adhibere aliquam modicam consolationem, quæ leuare dolorem tuum posset, si minus sanare potuisset. Est autem consolatio peruulgata quidem illa maxime, quam semper in ore atq; in animo habere debemus, HOMINES NOS VT ESSE meminerimus ea lege natos, vt omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra, neq; esse recusandum, quo minus ea qua nati sumus conditione viuamus, neve tam grauiter eos casus feramus, quos nullo consilio vitare possumus, euentisq; aliorum memoria repetendis, nihil accidisse nobis noui cogitem9. Neq; hẽ, neq; cæteræ consolationes, quæ sunt a sapientissimis viris vsurpatæ, memorieq;, & literis proditæ, tantum videntur proficere debere, quantum status ipse nostræ ciuitatis, & hęc perturbatio temporum perditorũ, cum beatissimi sint, qui liberos nõ susceperũt, minus autem miseri, qui his temporibus amiserunt, q̃ si eosdem bona, aut deniq; aliqua repu. perdidissent. Q̃ si tuum te desiderium mouet, aut si tuarum rerum cogitatione mœres, non facile exhauriri tibi istum dolorem posse vniuersum puto. sin illa te res cruciat, quę magis amoris est, vt eorum qui occiderunt, miserias lugeas, vt ea nõ dicam, quæ sępissime & legi & audiui, nihil mali esse in morte, in qua si resideat sensus, immortalitas illa potius, q̃ mors dicẽda sit: sin sit amissus, nulla videri miseria debeat, quæ non sentiatur: hoc tamen nõ dubitãs confirmare possum, ea misceri, parari, impendere reipublicæ, quæ qui reliquerit, nullo modo mihi quidem deceptus esse videatur. Quid est enim iam non modo pudori, pbitati, virtuti, rectis studiis, bonis artibus, sed omnino libertati, ac saluti loci? non mehercule quẽq̃ audiui hoc grauissimo, & pestilentissimo anno adolescentulum, aut puerum mortuum, qui mihi non a diis immortalibus ereptus ex his miseriis, atq; ex iniquissima conditione vitę videretur. Quare si tibi vnũ hoc detrahi põt, ne quid his quos amasti, mali putes contigisse, permultum erit ex mœrore tuo diminutũ. Relinquetur enim simplex illa iam cura doloris tui, quę non cum illis communicabitur, sed ad te ipsum proprie referetur: in qua nõ est iam grauitatis, ac sapientiæ tuæ, quã tu a puero præstitisti, ferre immoderatius casum incommodorum tuorum, qui sit ab eorũ quos dilexeris, miseria, maloq; seiunctus. Etem̃ eũ semper te, & priuatis in reb9, & publicis præstitisti, tuenda tibi vt sit grauitas, & cõstãtię seruiẽdũ. NAM QVOD allatura est ipsa diuturnitas, quæ maximos luctus vetustate tollit, id nos præripere cõsilio, prudẽtiaq; debemus. Etenim si nulla vnq̃ fuit liberis amissis tam imbecillo mulier aĩo, quę nõ aliquãdo lugendi modũ fecerit: certe nos, qd est dies allatura, id cõsilio anteferte

Hõ qua lege natus.

Euentis repetendis.

Modus.

debemus, neq; expectare temporis medicinam,quam repręsentare ratione possimus.His ego literis si quid pfecissem,existimabam optandum quiddã me esse assecutum : sin minus forte valuissent officio tamen esse functum beneuolentissimi,atq; amicissimi,quem me tibi,& fuisse semper,existimes velim,& futurum esse confidas. Vale.

M.CICERO.S.D.P.SEXTIO.P.FILIO.

NOn obliuione amicitię nostrę, neq; intermissione consuetudinis meę, superioribus temporibus ad te nullas literas misi,sed q; priora tempora in ruinis reipublicæ nostrisq; iacuerunt,posteriora autem mea scribẽdo tuis iniustissimis,atq; acerbissimis incommodis retardarunt. Cum vero & interuallum iam satis lõgum fuisset,& tuam virtutem, animiq; magnitudinem diligentius essem mecũ recordatus,nõ putaui esse alienum institutis meis hæc ad te scribere.Ego te P.Sexti & primis tẽporibus illis,quibus in inuidiam absens , & in crimen vocabare,defendi:& cum in tui familiarissimi iudicio,ac periculo tuum crimen coniungeretur,vt potui,accuratissime te,tuamq; causam tutatus sum:& proxime recenti aduẽtu meo cum rem aliter instituram offendissem,ac mihi placuisset,si affuissem,tamẽ nulla in re saluti tuæ defui:cũq; eo tempore inuidia annonæ inimici non solum tui,verum etiã amicorum tuorum,iniquitas totius iudicii,multaq; alia reipub.vitia plusq; causa ipsa, veritasq; valuissent, Publio tuo neq; opa,neq; consilio,neq; labore,neq; gratia,neq; testimonio defui. Aliter ac.
Quãobrem omnibus officiis amicitiæ diligenter a me,sancteq; seruatis,ne hoc quidem prætermittendum esse duxi,te vt hortarer,rogaremq;, vt & hominẽ te, & virum esse meminisses,idest vt communem,incertumq; casum,quem neq; vitare quisq; nostrum,neq; prestare vllo pacto potest,sapienter ferres,& dolori fortiter,ac fortunæ resisteres,cogitaresq;,& in nostra ciuitate,& in cæteris,quæ rerum potitæ sunt,multis fortissimis,atq; optimis viris iniustis iudiciis taleis casus incidisse.Illud vtinam ne vere scriberem,ea te repu.carere, in qua neminem prudentem hominem res vlla delectare possit.De tuo autem filio vereor,ne si nihil ad te scripserim,debitum eius virtuti videar testimonium nõ cepisse: sin autem omnia quę sentio,perscripserim,ne refricem meis literis desiderium,ac dolorem tuum. Sed tamen prudentissime facies,si illius pietatem,virtutem,industriam,vbicunq; eris,tuam esse tecum duces.NEC ENIM minus nostra sunt quæ animo cõplectimur,q; quæ oculis intuemur.Quãobrem & illius eximia virtus,summusq; in te amor,magnę tibi cõsolationi debet esse,& nos, cęteriq;,q te nõ ex fortuna,sed ex virtute tua pendimus,semperq; pendemus,& maxime amici tuæ conscientiæ,cum tibi nihil merito accidisse reputabis,& illud adiunges, HOMINES sapienteis turpitudine,non casu,& delicto suo,non aliorum iniuria commoueri. Ego & memoria nostræ veteris amicitiæ,& virtute,atq; obseruãtia filii tui monitus,nullo loco deero, neq; ad consolandum,neq; ad leuãdum fortunam tuã. Tu si quid ad me forte scripseris,perficiam ne te frustra scripsisse arbitrere. Vale.
Multi fortissimi.
Reputo.

M.CICERO.S.D.T.FABIO.

ETsi egomet,qui te consolari cupio,consolandus ipse sum , propterea q; nullam rem grauius iandiu tuli, q; incommodum tuum , tamen te magnopere non hortor solum,sed etiam pro amore nostro rogo, atq; oro, te colligas,virumq; præbeas,& qua conditione omnes homines, & quibus temporibus nati sumus,cogites.Plus tibi virtus tua dedit,q; fortuna abstulit:propterea q; adeptus es,quod non multi homines noui,amisisti quod plurimi homines nobilissimi.Ea deniq; videtur conditio impẽdere legum,iudiciorum,temporum, vt optime actum cum eo videatur esse, qui q̃leuissima pœna ab hac republica discesserit.Tu vero qui & fortunas,& literos habeas,& nos, cæteros q; necessitudine,& beneuolentia tecum coniunctissimos,quiq; magnam facultatem sis habiturus nobiscum,& cum omnibus tuis viuendi,& cum vnum sit iudicium ex tam multis qđ reprehendatur,idq; vna sententia,eaq; dubia potentia alicuius condonatum existimetur,omnibus his de causis,debes istam molestiam q̃leuissime ferre.Meus animus erit in te,liberos q; tuos semper,quem tu esse vis,& qui esse debet. Vale.
Noui & nobiles.

Epistolarum familiarium

M.CICERO RVFO.S.D.

Quotidie magis.

SI mihi nunq̃ dubium fuit,quin tibi essem charissimus,tamen quotidie magis id perspicio,extatq; id qđ mihi ostenderas quibusdam literis,hoc te studiosiorem in me colendo fore,q̃ in prouincia fuisses, etsi meo iudicio nihil ad tuum prouinciale officium addi potest,quo liberius iudicium esse possit tuum. Itaq; me & superiores literæ tuæ admodum delectauerunt, quibus & expectatum meum aduentũ abs te amanter videbam,& cum aliter cecidisset,ac putasses,te meo consilio magnopere esse lętatum:& his proximis literis magnũ cœpi fructum,& iudicii,& officii tui.Iudicii,q; intelligo te,id qđ omnes fortes ac boni viri face

Putare.

re debent,nihil putare vtile esse,nisi qđ rectum,honestũq; sit.Officii,q; te mecũ,qđcunq; cœpissem cõsilii,pollicéris fore:quo neq; mihi grati⁹,neq; vt ego arbitror,tibi honesti⁹ esse qcq̃ põt.Mihi consiliũ captũ iãdiu est,de quo ad te non quo cęlãdus esses,nihil scripsi antea, sed

Quodcũq; consilii.

quia communicatio consilii tali tempore,quasi quædam admonitio videt esse officii, vel potius efflagitatio ad coeundam societatem,vel periculi,vel laboris. Cum vero ea tua sit voluntas,humanitas,beneuolentia erga me,libẽter amplector talem animum,sed ita(non enim dimittam pudorem in rogando meum)si feceris id quod ostendis,magnam habebo gratiam: si non feceris,ignoscam:& alterum timori,alterum mihi te negare non potuisse arbitrabor. Est enim res profecto maxima:quid rectum sit,apparet:quid expędiat, obscurum est: ita tamen,vt si nos ii sumus,qui esse debem⁹,idest studio digni,& literis nostris,dubitare nõ possimus, quin ea maxime conducãt,quæ sunt rectissima.Quare tu,si simul placebit,statim ad me venies:sin idem placebit,atq; eodem modo,nec continuo poteris,omnia tibi vt nota sint, faciam.Quicqd statueris, te mihi amicum:sin id qđ opto,etiã amicissimum iudicabo.Vale.

M.CICERO.S.D.RVFO.

Scriba Tullius.

QVo modo potuissem te conuenissem,si eo quo constitueras,venire voluisses.Quare etsi mei commodi causa,commouere me noluisti, tñ ita existimes velim, me antelaturum fuisse,si ad me venisses,voluntatẽ tuã commodo meo.Ad ea quæ scripsisti,commodius equidẽ possem de singulis ad te rebus scribere,si M.Tullius scriba meus adesset,a quo mihi exploratum est in rationibus duntaxat referendis,de cęteris rebus affirmare nõ possum,nihil eum fecisse scientem,quod esset contra,aut rem, aut existimationem tuam:deinde si rationum referendarum ius vetus,& mos antiquus maneret,me relaturum rationes,nisi tecum pro coniunctione nostrę necessitudinis cõtulissem, confecissemq;,non fuisse.Qđ igitur fecissem ad vrbẽ,si consuetudo pristina maneret,id,quãdo lege Iulia relinquere rationes in prouincia necesse erat , easdemq; totidem verbis referre ad ærarium,feci in prouincia:neq; ita feci,vt te ad meum arbitrium adducerem, sed retribui tibi tantum,quantum me tribuisse nunq̃ pœnitebit. Totum enim scribam meum,quem tibi video nunc esse suspectum,tibi tradidi:tu ei M.Mindiũ fratrem tuum adiunxisti:rationes confectæ me absente sunt tecum,ad quas ego nihil adhibui præter lectionem.Ita accepi librum a meo seruo scriba,vt eundem acceperim a fratre tuo.Si honos is fuit,maiorem tibi habere nõ potui:si fides,maiorem tibi habui,q̃ pene ipsi mihi:si prouidendum fuit,ne quid aliter,ac tibi & honestum, & vtile esset,referretur,nõ habui cui potius id negotii darem,q̃

†Scribę darem.

†Tullio scribæ. Illud quidẽ certe factũ est,quod lex iubebat, vt apud duas ciuitates, Laodicensem,& Apamensem,quæ nobis maximę videbantur,quoniam ita necesse erat,rationes cõfectas,& cõsolidatas deponeremus.Itaq; huic loco primum respõdeo,me q̃q̃ iustis de causis rõnes deferre pperarim,tñ te expectaturũ fuisse,nisi in prouincia relictas rõnes p latis haberem.Quãobrẽ de Volusio qđ scribis,non est id rationũ.docuerũt emñ me periti homines, in his cũ omniũ peritissim⁹,tũ mihi amicissim⁹ C.Camillus ,ad Volusiũ trãsferri nomẽ a Valerio nõ potuisse,sed prædes Valerianos teneri.neq; id erat Sestertiis.xxx. vt scribis,sed.xix. erat emñ curata nobis pecunia Valerii mancipis nomine,ex qua reliquũ qđ erat,in rõnib⁹ retuli.Sed sic me & liberalitatis fructu priuas,& diligentiæ, & (quod minime tamen laboro) mediocris etiã prudẽtiæ.Liberalitatis,q; mauis scribæ mei beneficio q̃ meo,legatum meum

præfectumq; Leptam maxima calamitate leuatos,cum præsertim non deberent esse obligati.Diligentię,q; existimas de tanto officio meo,tanto etiam periculo,nec scisse me quicq̃,nec cogitasse:scribam,quicquid voluisset,cum id mihi ne recitasset quidem,retulisse.Prudentię, cum rem a me non insipienter actã,ne cogitatã quidẽ putes.Nam & Volusii liberãdi meum fuit consilium:& vt multa tam grauis Valerianis prædibus,ipsiq; T.Mario depelleretur, a me inita ratio est.quam quidem omnes non solum probant, sed etiam laudant : & si verum scire vis,hoc vni Scribæ meo intellexi non nimium placere.sed ego putaui esse viri boni,cũ popꝶlum suum seruaret,cõsulere fortunis tot amicorum vel ciuium. Nam de Luceio est ita actum,vt auctore Cn.Pompęio,ista pecunia in fano poneretur. id ego agnoui meo iussu esse factum:qua pecunia Pompęius est vsus,vt tua,quam tamen deposuerat Sextius. Sed hæc ad te nihil intelligo pertinere:illud me non animaduertisse moleste ferrem, vt adscriberem , te in fano pecuniam iussu meo deposuisse,nisi ista pecunia grauissimis esset,certissimisq; monimentis testata,cui data,quo Senatusconsulto,quibus tuis,quibus meis literis P.Sextio tradita esset.Quæ cum viderem tot vestigiis impressa,vt in his errari non posset,non adscripsi id,quod tua nihil referebat.Ego tamen adscripsisse mallem , quando te video id desiderare. Sicut scribis tibi id esse referendũ,idẽ ipse sentio,neq; in eo quicq̃ a meis rationibus discrepabunt tuæ.Addes enim tu,meo iussu,quod ego nunq̃ addidi,nec causa est cur negem: nec si causa esset,& tu nolles,negarem.Nam de sestertiis nongẽtis millibus certe ita relatum est, vt tu,siue frater tuus referri voluit.Sed si quid est,quando de Logeio parum gratiosum est, quod ego in rationibus referendis etiam nunc corrigere possim,de eo mihi, cum senatusco sulto non sum vsus,quid per leges liceat considerandum est.te certe in pecunia exacta ita efferre ex meis rationibus relatis non oportuit,nisi quid me fallit:sunt enim alii peritiores.Illud caue dubites,quin ego omnia faciam,quæ interesse tua,aut etiam velle te existimem , si vllo modo facere possim.Quod scribis de beneficiis,scito a me & tribunos militares, & præfectos,& contubernales dũtaxat meos delatos esse.In quo quidem me ratio fefellit : liberum enim mihi tempus ad eos deferendos existimabam dari : postea certior sum factus , triginta diebus deferri necesse esse,quibus rationes retulissem.Sane moleste tuli nõ illa beneficia tuæ potius ambitioni reseruata esse,q̃ meæ,qui ambitione nihil vterer.De centurionibus tamẽ, & de tribunorum militarium contubernalibus res est in integro:genus enim horum beneficiorum definitum lege non erat.Reliquum est de Sestertiis centum millibus,de quibus memini mihi a te Smyrna literas esse allatas,non mei errati , sed tui,in quo peccatum videbatur esse,si modo erat,fratris tui,& Tullii.Sed cum id corrigi non posset,q; iam depositis rationibus ex prouincia decessissemus,credo me quidem tibi pro animi mei voluntate , proq; ea spe facultatum,quã tum habebamus,q̃ humanissime potuerim rescripsisse.Sed neq; me tũ humanitate mearum literarum obligatum puto,neq; me tuam hodie epistolam de sestertiis centum sic accepisse,vt ii accipiunt,quibus epistolæ per hæc tempora molestæ sunt. Simul illud cogitare debes,me omnem pecuniam,quæ ad me saluis legib⁹ peruenisset,Ephesi apud publicanos deposuisse,id fuisse Sester.xxii.eam omnem pecuniam Pompęium abstulisse.quod ego siue æquo animo,siue iniquo fero,tu de Sestertiis centum æquo animo ferre debes , & existimare eo minus ad te , vel de tuis cibariis,vel de mea liberalitate peruenisse . Q; si mihi expensa ista Sester . centum tulisses, tamen quæ tua est suauitas,quiq; in me amor,nolles a me hoc tempore estimationem accipere.nã numeratũ si cuperem,non erat.Sed hęc iocatum me putato,vt ego te existimo.Ego tamen cum Tullius rure redierit,mittam eum ad te,si qd ad rẽ putabis pertinere.Hane epistolam cur non scindi velim,causa nulla est. Vale.

Probare.
Laudare.
In fano poni.
Interesse tua.
De Sestertiis centũ millibus.
Scissam velit epistolã.

M.CICERO.S.D.L.MESSINO.

CRatæ mihi tuæ literæ fuerunt:ex quibus intellexi,qd etiam sine literis arbitrabar,videndi mei te sũma cupiditate affectũ esse.qd ego ita libenter accipio,vt tamen tibi non concedã.nam tecũ esse,ita mihi ⁊cõmunia oia q̃ opto contingant,vt vehemẽter velim. Vt enim cum esset maior & virorum,& ciuiũ bonoꝝ,& iucũdoꝝ hoim, & amãtium mei copia,tamen erat nemo,qui cum essem libentius , q̃ tecum,& pauci , quibuscum essem æque libenter;

⁊cõmoda.

Hoc vero tempore, cum alii interierint,alii absint,alii mutati voluntate sint,vnum mediusfidius tecum diem libentius posuerim,q̃ hoc omne tempus cum plerisq; eorum,quibuscum viuo necessario.Nolim existimare te,mihi non solitudinem iucundiorẽ esse,qua tamen ipsa vti non licet,q̃ sermones eorum,qui frequentant domum meam,excepto vno, aut ad summum altero.Itaq; vtor eodem profugio,quo tibi vtendum censeo,literulis nostris,pręterea etiam conscientia consiliorum meorum.Ego enim is sum,quemadmodum tu facillime potes existimare,qui nihil vnq̃ mea potius,q̃ meorum ciuium causa fecerim:cui nisi inuidisset is,quem tu nunq̃ amasti(me enim amabas)& ipse beatus esset,& omnes boni. Ego sum qui nullius vim plus valere volui,q̃ honestum otium:idemq; cum illa ipsa arma, quæ semper timueram,plus posse sensi,q̃ illum consensum bonorum,quẽ ego idem effeceram,quãuis tuta conditione pacem accipere malui,q̃ viribus cum valentiore pugnare. Sed & hæc, & multa alia coram breui tempore licebit.Neq; me tamen vlla res alia Romæ tenet,nisi expectatio rerum Aphricanarum.videtur enim mihi res in propinquum adducta discrimen. puto autẽ mea nonnihil interesse, q̃q̃ id ipsum,quid interfit,non sane intellígo. Verũtamen quicqd illinc nunciatum sit,non longe abesse velim a consiliis amicorum. Est enim res iam in eũ locum adducta,vt q̃q̃ multum interfit inter eorum causas,qui dimicant,tamen inter victorias non multum interfuturum putem. Sed plane animus,qui dubiis rebus forsitan fuerit infirmior,desperatis confirmatus est multum.quẽ etiam superiores literæ confirmarunt: quibus intellexi,q̃ fortiter iniuriam ferres,iuuitq; me,tibi cum summam humanitatem,tũ etiã tuas literas profuisse. Verum enim scribam,teneriore mihi animo videbare,sicut omnes fere,qui vita ingenua in beata,& libera ciuitate viximus.SED VT ILLA secunda moderate tulimus,sic hanc nõ solum aduersam,sed etiam funditus euersam fortunam fortiter ferre debemus,vt hoc saltem in maximis malis boni consequamur, VT MORTEM,QVAM ETIAM Beati contemnere debeamus,propterea q; nullum sensum esset habitura, nunc sic affecti non modo contemnere debeamus,sed etiam optare. Tu,si me dilígis,fruere isto otio, tibiq; persuade,PRAETER CVLPAM,AC PECCATVM,quo semper caruisti,& carebis, homini accidere nihil posse,quod sit horribile,aut pertimescendũ.Ego si videbitur recte fieri posse,ad te veniam breui:si quid acciderit,vt mutandum consilium sit,te certiorem faciã statim.Tu ita fac cupidus mei videndi sis,vt istinc te ne moueas tam infirma valetudine,ni si ex me prius quæsieris per literas,quid te velim facere.Me velim,vt facis,diligas, valetudiniq; tuæ,& tranquillitati animi seruias. Vale.

Intereſſe.

M.T.C.EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER.VI.

M.CICERO AVLO TORQVATO.S.D.

Suæ quẽq; fortunę pœnitet.

Si ea perturbatio est omnium rerum,vt suæ quenq; fortunæ maxime pœniteat, nemoq; sit, quin vbiuis, q̃ibi vbi est, esse malit,tamen mihi dubium non est,quin hoc tempore,bono viro Romę esse,miserrimum sit.Nam etsi quocunq; in loco quisquis est,idem est ei sensus,& eadem acerbitas ex interitu rerum,& publicarũ,& suarum,tamen oculi augent dolorem,qui ea quæ cæteri audiunt, intueri coguntur,nec auertere a miseriis cogitationem sinunt.Quare etsi multarum rerum desiderio te angi necesse est, tamen illo dolore,quo maxime te confici audio,q; Romæ non sis,animum tuum libera.Etsi enim cum magna molestia tuos,tuaq; desideras, tamẽ illa quidem,quæ requiris,suum statum tenent,nec melius,si tu adesses,tenerent,nec sunt vllo in proprio periculo.Nec debes tu,cum de tuis cogitas, aut præcipuam aliquam fortunam postulare,aut communem recusare. De te autem ipso Torquate est tuum sic agitare animo,vt non adhibeas in consilium cogitationum tuarum desperationem, aut timorem, nec

enim is,qui in te adhuc iniustior,q̃ tua dignitas postulabat fuit,non magna signa dedit animi erga te mitigati.nec tamen is ipse,a quo salus petitur,habet explicatam, aut exploratam ratione salutis suæ.CVMQVE OMNIVM bellorũ exitus incerti sint,ab altera victoria tibi periculum nullum esse perspicio,quod quidem seiunctum sit ab omnium interitu:ab altera te ipsum nunq̃ timuisse certo scio.Reliquum est,vt te id ipsum,qđ ego quasi consolationis loco pono,maxime excruciet,commune periculum reipu.cuius tanti mali, q̃is docti viri multa dicant,tamen vereor,ne consolatio vlla possit vera reperiri,præter illam,quę tanta est,quantum in cuiusq; animo roboris est,atq; neruorum.SI ENIM BENE sentire rectęq; facere satis est ad bene,beateq; viuendum,non vereor,ne eum , qui se optimorum consiliorum conscientia sustentare possit , miserum esse nefas sit dicere. Nec enim nos arbitror victoriæ pręmiis ductos patriam olim, & liberos,& fortunas reliquisse,sed quoddam nobis officium iustum,& pium,& debitum reipub.nostræq; dignitati videbatur: qui neq; cum id faciebamus,tam eramus amentes,vt explorata nobis esset victoria.Quare si id euenit,quod ingredientibus nobis in causam propositum fuit accidere posse,non debemus ita cadere animis,quasi aliquid euenerit,quod fieri posse nunq̃ putaremꝰ. Simus igitur ea mẽte,quam ratio & veritas præscribit,vt nihil in vita nobis præstandum præter culpam putemus:eaq; cũ careamus,omnia humana placate & moderate feramus.Atq; hæc eo pertinet oratio,vt perditis rebus omnibus,tamen ipsa virtus se sustentare posse videatur.Sed si est spes aliqua rebus communibus,ea tu quicunq; status est futurus,carere non debes.Atq; hæc mihi scribẽti veniebat in mentem,me eum esse,cuius tu desperationem accusare solitus esses,quẽq; auctoritate tua cunctantem,& diffidentem excitare.Quo quidem tempore nõ ego causam nostram,sed consilium improbabam.Sero enim nos iis armis aduersari videbam,quę multo ante confirmata per nosmetipsos erant:dolebamq; pilis,& gladiis,non consiliis,neq; auctoritatibus nostris de iure publico disceptari.Neq; ego ea quæ facta sunt,fore cum dicebam,diuinabam futura,sed quod & fieri posse,& exitiosum fore,si euenisset, videbam,id ne accideret timebam:præsertim cum si mihi alterutrum de euentu,atq; exitu rerum promittendum esset,id futurum qđ euenit,exploratius possem promittere.His enim rebus præstabamus,quæ non prodeunt in aciem:vsu autem armorum,& militum robore inferiores eramus . Sed tu illum animum nunc adhibe quæso,quo me tum esse oportere censebas.Hæc eo scripsi,q; mihi nunc Philargyrus tuus omnia de te requirenti fidelissimo animo(vt mihi quidem visus est)narrauit,te interdum sollicitum solere esse vehementius:quod facere non debes,nec dubitare,quin aut aliqua repu.sis futurus qui esse debes,aut perdita , non afflictiore conditiõe q̃ cæteri.Hoc vero tempus,quo exanimati omnes,& suspensi sumus , hoc moderatiore animo ferre debes,q; & in ea Vrbe es,vbi nata,& alta est ratio,ac moderatio vitæ,& habes Seruium Sulpitium,quem semper vnice dilexisti,qui te profecto & beneuolentia,& sapientia cõsolatur:cuius si essemus & auctoritatem,& consilium secuti,rogati potius potentiam,q̃ armati victoriam subissemus.Sed hæc longiora fortasse fuerunt,q̃ necesse fuit: illa quæ maiora sunt,breuius exponam.Ego habeo cui plus,q̃ tibi debeam,neminem. quibus tantum debeam,quantum tu intelligis,eos mihi huius belli casus eripuit,qui sim autem hoc tempore,intelligo:sed quia NEMO EST tam afflictus,qui,si nihil aliud studeat,nisi id qđ agit,nõ possit nauare aliquid,& efficere,omne meum consilium,operam,studium certe velim existimes tibi,tuisq; liberis esse debitum. Vale.

Vereor ne vlla,alii nulla.

Pręstare.

Carere culpa.

Pręstare.

Athenæ.

M.CICERO.A.TORQVATO.S.D.

DEto a te,ne me putes obliuione tui rarius ad te scribere,q̃ solebam,sed aut grauitate valetudinis,qua tñ iam paululum videor leuari , aut q; absim ab Vrbe,vt qui ad te proficiscantur,scire non possim. Quare velim ita statutum habeas,me tui memoriam summa cum beneuolentia tenere,tuasq; omneis res nõ minori mihi curæ,q̃ meas eẽ.Q; maiore ĩ varietate versata ẽ adhuc tua causa,q̃ homines,aut volebant,aut opinabantur,mihi crede,nõ est pro malis temporum,quod moleste feras.Necesse est enim , aut armis vrgeri rempublicam sempiternis,aut his positis recreari aliq̃,aut fundiťꝰ interire.Si arma valebũt,nec eos a qbꝰ receseris vereri debes,nec eos,quos adiuuisti.Si armis,aut cõditione positis, aut desa

tigatione abiectis,aut victoria detractis ciuitas respirauerit,& dignitate tua frui tibi,& fortunis licebit.Sin omnino interierint omnia,fueritq; is exitus,quem vir prudentissimus M. Antonius iam tum timebat,cum tantum instare malorum suspicabatur,misera est illa quidem consolatio tali præsertim ciui,& viro,sed tamen necessaria, NIHIL esse præcipue cuiq̃ dolendum in eo,quod accidat vniuersis.Quæ vis insit in his paucis verbis(plura enim committenda epistolæ non erant) si attendes,quod facis, profecto etiam sine meis literis intelliges te aliquid habere,quod speres:nihil quod aut hoc,aut aliquo reipub. statu timeas:oia si interierint,cum superstitem te esse reip.ne si liceat quidem velis,ferendam esse fortunam, præsertim quæ absit a culpa.Sed hæc hactenus.Tu velim scribas ad me quid agas,& vbi futurus sis,vt aut quo scribam,aut quo veniam,scire possim. Vale.

Committẽda epistolę.

M.CICERO.S.D.A.TORQVATO.

SVperioribus literis beneuolentia magis adductus , q̃ ꝙ res ita postularet, fui longior.Neq; enim confirmatione nostra egebat virtus tua,neq; erat ea mea causa,atq; fortuna,vt cui ipsi omnia deessent , alterum confirmarem. Hoc item tẽpore breuior esse debeo.siue enim tum nihil opus fuit tã multis verbis,nihilo magis nunc opus est:siue tum opus fuit,illud satis est,præsertim cum accesserit nihil noui. Nã etsi quotidie aliqd audim⁹ earũ rerũ, quas ad te pferri existimo,summa tamen eadem est,& idem exitus,quem ego tã video animo,q̃ ea quæ oculis cernimus. Nec vero quicq̃ video,quod non idem te videre certo scio. Nam etsi quem exitum acies habitura sit,diuinare nemo potest,tamẽ & belli exitum video, & si id min⁹,hoc quidem certe,cum sit necesse alterutrum vincere,qualis futura sit vel hæc vel illa victoria.Idq; cum optime pspexi,tale video,nihil vt mali videatur esse futurum,si id vel ante ceciderit,qđ vel maximũ ad timorem proponitur.ITA ENIM VIVERE,VT NON SIT VIVENDVM,miserrimum est: mori autem nemo sapiens miserum duxit,ne beato quidem.Sed in ea es vrbe,in qua hæc vel plura & ornatiora parietes ipsi loqui posse videantur.Ego tibi hoc confirmo , ETSI LEVIS EST consolatio ex miseriis aliorum,nihilo te nunc maiore in discrimine esse,q̃ quẽuis,aut eorum qui discesserint,aut eorũ qui remanserint.alteri dimicant,alteri victorem timent.Sed hęc consolatio leuis,illa grauior,qua te vti spero,ego certe vtor. nec enim dum ero,angar vlla re,cum omni vacem culpa:et si nõ ero,sensu omnino carebo.Sed rursus γλαῦκα εἰς ἀθήνας,qui ad te hęc.Mihi tu,tui,tua omnia maximæ curæ sunt,& dum viuam erunt. Vale.

Acceſſerit.

Vacem culpa.

Noctuam Athenas.

M.T.CICERO.A.TORQVATO.S.D.

NOui,quod ad te scriberem,nihil erat,& tamen siqd esset,sciebã te a tuis certiorem fieri solere.DE FVTVRIS aũt rebus etsi semper difficile est dicere,tñ interdum coniectura possis propius accedere , cum res est eiusmodi, cuius exitus prouideri possit.Nunc tantum videmur intelligere, non diuturnum bellum,etsi id ipsum nonnullis videatur secus.Equidem cum hæc scribebã,aliquid iam actũ putabã,non†quo ego certo sciã,sed ꝙ haud difficilis erat cõiectura.NAM CVM omnis belli Mars cõmunis,& cũ semper incerti exitus præliorum sint,tamen hoc tempore magnæ vtrinq; copiæ,ita paratæ ad pugnandum esse dicũtur,vt vtercũq; vicerit,non sit mirum futurum. Illa in dies singulos magis, magisq; opinio hominum confirmatur,etiam si inter causas armorum aliquantum interfit,tamẽ inter victorias,nõ multũ interfuturum . Alteros propemodum iam sumus experti:de altero nemo est quin cogitet,cũ sit metuẽdus iratus victor armatus. Hoc loco si videor augere dolorẽ tuũ, quem consolando leuare debeam,fateor me cõmunium malorum, consolationem nullam inuenire,præter illam,quæ tamen,si possis eam suscipere,maxima est, quaq; ego quotidie magis vtor,CONSCIENTIAM RECTAE volũtatis maximã cõsolationẽ esse rerũ incõmodarũ,nec esse vllũ magnũ malũ præter culpam.A qua quando tãtũ absumus, vt etiam optime senserimus,euentusq; magis nostri cõsilii,q̃ consiliũ reprehendat,& quando præstitimus qđ debuimus,moderate,qđ euenit,feramus.Sed hoc mihi tñ non sumo,vt te cõsoler de cõmunibus miseriis,q̃ ad consolandũ maioris ingenii, & ad ferendũ singularis virtutis indigent.

†q.

Quotidie magis. ,,

,,

Euentus.

Illud cuiuis facile est docere,cur pcipue tu dolere nihil debeas.Ei⁹.n.q tardior in te leuãdo fuit,q̃ fore putarem⁹,nõ est mihi dubia de tua salute sentẽtia,de aliis autẽ nõ arbitror te ex pectare qd sentiã.Reliquũ est vt te angat,ꝙ absis a tuis tãdiu,res molesta,ab iis pser tim pue ris,qb⁹ nihil põt esse festiui⁹.Sed vt antea ad te scripsi,tẽpus est hmõi,vt suã qsꝙ cõditionẽ miserrimã putet,& vbi qsꝙ sit,ibi esse minime velit.Eqdẽ nos ꝙ Romę sum⁹,miserrimũ esse duco,nõ solũ ꝙ in omnibus malis acerbius est videre,q̃ audire,sed etiã,ꝙ ad omneis casus subitorum pericolorũ magis obiecti sumus,q̃ si abessemus.etsi me ipsum cõsolatorẽ tuũ,nõ tantum literę,quibus semper studui,quãtũ longinquitas tẽporis mitigauit. Quãto fuerim dolore meministi. In quo prima illa cõsolatio est,vidisse me plus,q̃ ceteros,cũ cupiebã q̃is iniqua conditione pacẽ.Qd etsi casu nõ diuinatione mea factũ est,tamẽ hac inani prudẽtię laude delector.Deinde qd mihi ad cõsolationẽ cõmune tecũ est,si iã vocer ad exitũ vitę,non ab ea rep.auellar,qua carendũ esse doleã,prẽsertim cũ id sine vllo sensu futurũ sit. Adiuuat me ętas,& acta iã vita,quę cũ cursu suo bene cõfecto delectatur,tũ vetat in eo vim timere, quo nos iam natura ipsa pene pduxerit.Postremo is vir,vel etiã ii viri hoc bello occiderũt, vt impudẽtia videat eandẽ fortunã(si res cogat)recusare.Equidẽ mihi omnia ꝓpono, nec vllum est tãtũ malũ,qd non putem impendere.SED CVM PLVS IN metuendo mali sit,q̃ in illo ipso qd timeẽ,desino:prẽsertim cũ id impendeat, in quo nõ modo dolor nullus,verũ finis etiã doloris futurus sit.Sed hęc satis multa,vel plura potius,q̃ necesse fuit.facit autem non loquacitas mea,sed beneuolentia longiores epistolas.Seruium discessisse Athenis mo leste tuli.non em̃ dubito,quin magnę tibi leuationi sit solitus esse quotidianus congressus, & sermo cũ familiarissimi hominis,tum optimi,& prudentissimi viri.Tu velim te,vt debes & soles,tua virtute sustentes.Ego quę te velle,quęꝙ ad te,& ad tuos pertinere arbitrabor, omnia studiose,diligenterꝙ curabo.quæ cum faciam,beneuolentiam tuam erga me imita bor,merita non assequar. Vale.

Videre q̃ audire &c.

Mors.

M.CICERO.A.CAECINNAE.S.D.

Votiescunꝙ filiũ tuũ video(video autẽ fere quotidie)polliceor ei stu dium quidẽ meũ,& opẽrã sine vlla exceptiõe,aut laboris,aut occupatio nis,aut tẽporis:gratiã autẽ,atꝙ auctoritatẽ cũ hac exceptione,quãtum valeam,quantũꝙ possim.Liber tuus & lectus est,& legitur a me diligẽ ter,& custoditur diligentissime.Res & fortunę tuę mihi maximę curæ sunt:quę quidẽ quotidie faciliores mihi,& meliores videnť, multisꝙ vi deo magnę esse curę,quorũ de studio,& de sua spe filiũ ad te perscripsis se,certo scio.His aũt de rebus,quas cõiectura cõsequi possumus,nõ mihi sumo,vt plus ipe respiciam,q̃ te videre atꝙ intelligere mihi psuaserim:sed tñ qa fieri potest,vt tu ea pturbati ore aio cogites,puto esse meum,qd sentiã exponere.Ea natura rerũ est,& is tẽporũ cursus, vt nõ possit ista,aut tibi,aut ceteris fortuna esse diuturna,neꝙ hęrere in tam bona causa,& in tam bonis ciuibus tã acerba iniuria.Quare ad eã spẽ,quã extra ordinẽ de te ipso habem⁹, nõ solũ ꝓpter dignitatẽ,& virtutẽ tuã,hęc em̃ ornamẽta sunt tibi etiã cũ aliis cõia, accedũt tua pcipua ꝓpter eximiũ ingeniũ,summãꝙ virtutẽ,cui mehercule hic,cui⁹ ĩ potestate sum⁹, multũ tribuit.Itaꝙ ne punctũ qdẽ tẽporis in ista fortuna fuisses,nisi eo ipso bono tuo, quo delectať,se violatũ putaret:qd ipsum leniť quotidie,significaturꝙ nobis ab iis,q simul cũ eo viuunt,tibi hãc ipsam opinionẽ ingenii apud ipsum plurimũ ꝓfuturã.Quapropter primũ, fac animo forti,atꝙ magno sis:ita em̃ natus,ita educatus,ita doctus es,ita etiã cognitus,vt tibi id faciẽdũ sit.deinde spẽ quoꝙ habeas firmissimã ꝓpter eas causas,quas scripsi.a me ve ro tibi oĩa,liberisꝙ tuis paratissima esse cõfidas velim.Id enim & vetustas nostri amoris,& mea consuetudo in meos,& tua multa erga me officia postulant. Vale.

Quotidie.

Sumo mihi.

Cęsar.

M.CICERO.A.CAECINNAE.S.

Vereor ne desideres officiũ meũ,qd tibi pro nostra & meritorũ multorum, & studiorũ,& partium coniunctione deesse non debet:sed tamen vereor, ne literarũ a me officiũ regras,quas tibi etiam pridem Essedi misissem,nisi quotidie meli⁹ expectãs,gratulationẽ,q̃ cõfirmationẽ animi tui cõplecti li teris maluissem.Nunc autẽ,vt spero,breui gratulabimur. itaꝙ in aliud tẽ pus argumentũ epistolę differetur.His autẽ literis animũ tuũ,quẽ mini-

me imbecillum esse & audio,& spero,etsi non sapientissimi,at amicissimi hominis auctoritate,cõfirmandũ etiã,atq; etiã puto.Nec iis quidẽ verbis,qbus te cõsoler vt afflictũ,& iam omni spe salutis orbatũ,sed vt eũ de cuius incolumitate nõ plus dubitem,q̃ te memini dubitare de mea.Nã cũ me ex rep.expulissent ii,q illam cadere posse,stante me nõ putauerunt, memini me ex multis hospitibus,q ad me ex Asia in qua tu eras,venerãt,audire te de glorioso,& celeri reditu meo cõfirmare.Si te ratio quędã vetustę disciplinę,quã a patre nobilissimo,atq; optimo viro acceperas,nõ fefellit,nec nos qdẽ nostra diuinatio fallet,quã tũ sapientissimorũ virorũ monimẽtis,atq; pceptis,plurimoq;,vt scis,doctrinę studio,tũ magno etiã vsu tractãdę reip.magnaq; nostrorũ tẽporum varietate cõsecuti sumus.Cui quidem diuinationi hoc plus cõfidimus,ꝙ ea nos nihil in his tã obscuris rebus tãq; pturbatis vnq̃ omnino fefellit.Dicerẽ quę antea futura dixissem,ni vererer,ne ex euentis fingere viderer.Sed tñ plurimi sunt testes,me & initio,ne cõiungeret se cũ Cęsare monuisse Pompeiũ,& postea, ne seiungeret:cõiunctione frangi senatus opes,disiũctione ciuile bellũ excitari videbã. Atq vtebar familiarissime Cęsare,Pompeium faciebã plurimi: sed erat meũ cõsiliũ cum fidele Pompeio,tum salutare vtriq;.Quę preterea ꝓuiderim,ꝓtereo.Nolo em̃ hunc de me optime meritum existimare ea me suasisse Pompeio,quibus ille si paruisset,esset hic quidẽ clarus in toga,& princeps,sed tantas opes,quãtas nunc habet,non haberet.Eundũ in Hispaniã censui: qđ si fecisset,ciuile bellum nullũ omnino fuisset.Rationẽ haberi absentis non tam pugnaui vt liceret,q̃ vt quãdo ipso cõsule pugnãte populus iusserat,haberetur. Causa belli orta est: quid ego prętermisi aut monitorũ , aut querelarũ?cũ vel iniquissimã pacem iustissimo bello anteferrem. Victa est auctoritas mea,nõ tã a Pompeio(nã is mouebatur)q̃ ab iis , qui duce Pompeio freti popportunã & rebus domesticis,& cupiditatibus suis belli victoriã fore putabant.Susceptũ bellũ est,quiescẽre me:depulsum ex Italia,manente me,quoad potui: sed valuit apud me plus pudor meus,q̃ timor:veritus sum deesse Pompeii saluti,cũ ille aliquando non defuisset meę.Itaq; vel officio,vel fama bonorũ,vel pudore victus,vt in fabulis Amphiaraus,sic ego prudẽs,& sciens ad pestẽ ante oculos positã sum profectus. Quo in bello nihil aduersi accidit nõ prędicẽte me.Quare quando vt augures & astrologi solent,ego quoq; augur publicus ex meis superioribus prędictis cõstitui apud te auctoritatẽ augurii,& diuinationis meę,debet habere fidẽ nostra prędictio.Non igitur ex alitis volatu,nec ex cantu sinistro oscinis,vt in nostra disciplina est,nec ex tripudiis solistimis,aut somniis tibi auguror, sed habeo alia signa,quę obseruẽ:quę etsi non sunt certiora illis,minus tamen habẽt vel obscuritatis,vel erroris. Notantur autem mihi ad diuinandum signa duplici quadam via:quarum alteram duco e Cęsare ipso:alteram e tẽporũ ciuiliũ natura,atq; ratione.In Cęsare hęc sunt,mitis,clemensq; natura,qualis exprimitur ꝑclare illo libro querelarum tuarũ. Accedit q; mirifice ingeniis excellẽtibus,quale est tuũ,delectatur.Pręterea cedit multorũ iustis, & officio incensis , non inanibus,aut ambitiosis volũtatibus.In quo vehemẽter eũ consentiens Hetruria mouebit.Cur hęc igitur adhuc parũ profecerunt?quia nõ putat se sustinere causas posse multorũ,si tibi cui iustius videtur irasci posse,concesserit.Quę est igitur, inquies, spes ab irato?Eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas,e quo sit leuiter aspersus.Postremo homo est valde acutus,& multũ prouidens:intelligit te hominẽ in parte Italię minime contemnenda facile omniũ nobilissimũ,& in communi rep.cuiuis summorũ tuę ętatis vel ingenio,vel gratia,vel fama populi Ro.parẽ,nõ posse ꝓhibere a rep.diutius: nolet hoc temporis potius esse aliquãdo beneficiũ,q̃ suũ.Dixi de Cęsare,nunc dicã de tẽporũ , rerũq; natura.Nemo est tã inimicus ei causę,quã Põpeius animatus melius,q̃ paratus susceperat,q nos malos ciueis dicere,aut homines improbos audeat.In quo admirari soleo grauitatẽ & iustitiã & sapiẽtiã Cęsaris,nũq̃ nisi honorificẽtissime Põpeiũ appellat.At in eius psonã multa fecit asperius. Armorũ ista & victorię sunt facta,nõ Cęsaris.At nos quẽadmodũ est cõplexus?Cassiũ sibi legauit,Brutũ Gallię pfecit,Sulpitiũ Grecię,Marcellũ cui maxime succensebat,cũ summa illius dignitate restituit.Quo igitur hęc spectant?Rerũ hęc natura,& ciuiliũ tẽporum non patiet,nec manens,nec mutа ratio feret, primũ vt non in causa pari eadẽ sit & cõditio & fortuna omniũ:deinde vt in eã ciuitatẽ boni viri,& boni ciues nulla ignominia notati nõ reuertant,in quã tot nefariorũ scelerũ condẽnati reuerterũt. Habes auguriũ meũ,quo,si quid addubitarẽ,nõ potius vterer,q̃ illa cõsolatione,qua facile fortẽ virũ sustentarem:te,si explorata victoria arma sumpsisses pro repu.(ita em̃ tũ putabas)nõ nimis esse

Pugnaui.

Augur Cicero. Superstitiose

Cęsaris mores.

Cęsaris beneficia. Legauit sibi Cassiũ.

laudandum. Sin propter incertos exitus, euentusq; bellorũ posse accidere vt vinceremur, putasses, nõ debere te ad secundã fortunã bene paratũ fuisse, aduersam ferre nullo modo posse. Disputarẽ etiã quãto solatio tibi cõsciẽtia tui facti, quãteve delectationi in rebus aduersis literę esse deberẽt. Cõmemorarẽ nõ solũ veterũ, sed & horũ etiã recẽtiũ, vel ducũ, vel comitũ tuoꝝ grauissimos casus. Etiã externos multos claros viros nominarem. LEVAT ENIM DOLOREM COMMVNIS QVASI LEGIS, ET HVMANAE CONDITIONIS REcordatio. Exponerem etiã quẽadmodũ hic, & quanta in turba, quãtaq; in cõfusione rerũ omniũ viueremus. necesse est enim minore desiderio pdita rep. carere, q̃ bona. Sed hoc genere nihil opus est, incolumẽ te cito, vt spero, vel potius, vt pspicio, videbimus: interea tibi absenti, & huic, q adest, imagini animi, & corporis tui, constãtissimo atq; optimo filio tuo, studiũ, officium, operã, laborẽ meũ, iã pridẽ & pollicitus sum, & detuli. Nũc hoc amplius, q̃ me amicissime quotidie magis Cęsar amplectit, familiares qdẽ ei⁹ sicuti neminẽ. Apd quẽ qcqd valebo vel auctoritate, vel gratia, valebo tibi. Tu cura, vt cũ, & fortitudine animi tui te, tũ etiã spe optimorum, sustentes. Vale.

A. CAECINNA. M. CICERONI. S.

VOd tibi nõ tã celeriter liber est redditꝰ, ignosce timori nostro, & miserere tẽporis. Filius, vt audio, pertimuit, neq; iniuria, si liber exisset, quãdo nõ tã interest quo animo scribat, q̃ quo accipiat, ne ea res inepte mihi noceret, cũ pser tim adhuc stylí pœnas dẽ. qua quidẽ in re, singulari fum fato. NAM cũ mẽdũ scripturę litura tollat, stultitia fama multet, meus error exilio corrigit, cuius summa criminis est, q̃ armatꝰ aduersario maledixi. Nemo nostrorũ est, vt opinor, quin vota victorię sue fecerit: nemo quin etiã cũ de alia re immolaret, tñ eo quidẽ ipso tẽpore, vt q̃primũ Cęsar superaret, optaret. hoc si nõ cogitat, oĩbus in rebꝰ felix est: si scit, & pfuasus est, qd irascit ei, q aliqd scripsit cõtra suã volũtatẽ: cũ ignorit omnibus, q multa deos venerati sint cõtra eius salutẽ. Sed vt eodẽ reuertar, causa hęc fuit timoris, scripsi de te parce mediusfidius, & timide, non reuocãs me ipse, sed pene refugiẽs. Genus autẽ hoc scripturę nõ modo liberũ, sed incitatũ, atq; latũ esse debere qs ignorat! Solutũ existimatur esse alteri maledicere, tamẽ cauẽdũ est, ne in petulãtiã ĩcidas. Impeditũ, se ipsum laudare, ne vitium arrogantię subsequatur. Solum vero liberum, alterum laudare: de quo quic quid detrahas, necesse est aut infirmitati, aut inuidię assignetur. At nescio an tibi gratius, opportuniusq; acciderit. Nam qd pclare nõ poterã, primũ erat non attingere, secũdũ beneficium q̃ritissime facere: sed tñ ego me qdẽ sustinui, multa minui, multa sustuli, cõplura ne posui qdẽ. QVEMADMODVM IGITVR SCALARVM gradus si alios tollas, alios incidas, nõnullos male hęrẽtes relinquas, ruinę piculũ struas, nõ ascẽsum pares: sic tot malis, tũ victũ, tũ fractũ studiũ scribẽdi, qd dignũ auribus aut pbabile potest afferre! Cũ vero ad ipsi⁹ Cęsaris nomẽ veni, toto corpore cõtremisco, nõ pœnę metu, sed illius iudicii. totũ em̃ Cęsarẽ nõ noui. quẽ putas animũ esse, vbi secũ loquet! hoc pbabit, hoc verbũ suspitiosum est. qd si hoc muto! at vereor, ne pius sit. Age vero laudo aliquẽ, nũ offendo! cũ porro offendã, qd si nõ vult! armati stylũ psequit, victi & nõdũ restituti qd faciet! auges etiã tu mihi timorem, q̃ in oratore tuo caues tibi p Brutũ, & ad excusationẽ sociũ queris. vbi hoc omniũ patronꝰ facis, qd me veterẽ tuũ, nũc omniũ cliẽtẽ sentire oportet! IN HAC IGITVR Calũnia timoris, & cęcę suspitionis tormẽto, cũ plurima ad alieni sensus cõiecturã, nõ ad suũ iudiciũ scribant, q̃ difficile sit euadere, si minus expertus es, q̃ te ad oĩa summũ, atq; excellens armauit ingeniũ, nos sentimus. Sed tñ ego filio dixerã, librũ tibi legeret, & auferret, aut ea cõditione daret, si recipęres te correcturũ, hoc est, si totũ aliũ faceres. De Asiatico itinere q̃q̃ summa necessitas pmebat, vt imperasti, feci. Te p me qd horter! vides tẽpus venisse, quo necesse sit de nobis cõstitui. Nihil est mi Cicero, q̃ filiũ meũ expectes, adolescẽs est, oĩa excogitare vel studio, vel ętate, vel metu nõ potest. Totũ negotiũ tu sustineas oportet, in te mihi oĩs spes est: tu p tua prudẽtia, qbus rebus gaudeat, qbus capiat Cęsar tenes: a te oĩa pficiscant, & per te ad exitũ pducant, necesse est: apud ipsum multũ, apud eius oẽis plurimũ potes. vnũ si pluaseris, nõ hoc esse tui muneris, si qd rogatus fueris, vt facias, q̃q̃ id magnũ, & amplũ est, sed totum tuũ esse, oẽ onus pficies. nisi forte aut in miseria nimis stulte, aut in amicitia nimis impudẽter tibi onus impono. Sed vtriq; rei excusationẽ tuę vitę cõsuetudo dat: nã q̃ ita consueuisti p amicis laborare, nõ iã sic spẽrãt abs te, sed etiã sic imperãt tibi familiares. Qd ad librum attinet, quẽ tibi filius dabit, peto a te ne exeat, aut ita corrigas, ne mihi noceat. Vale.

Libri edẽdi cautio & casus.

Suã & ei⁹.

Librũ corrigendũ exhibet.

M.CICERO.A.CAECINNAE.S.D.

CVm esset mecum Largus homo tui studiosus locutus Calen. Ianuarias tibi pręfinitas esse,ꝙ omnib⁹ in rebus perspexeram,quę Balbus,& Oppius absente Cęsare egissent,ea solere illi rata esse,egi vehemēter cum his,vt hoc mihi darēt,tibi in Sicilia quoad vellemus,vti esse liceret.qui mihi cū suessent,aut libēter polliceri,si qd esset eiusmodi,qđ eorū animos nō offenderet,aut etiā negare,& afferre rationē cur negarent,huic meę rogationi potius nō continuo responderūt,eodē die tamē ad me reuerterūt,mihi hoc dederunt,vt esses in Gallia,quoad velles:se pręstituros,nihil ex eo te offensionis habiturū.Quādo quid tibi ꝑmittatur cognouisti,quid mihi placeat,puto te scire oportere.Actis his rebus literę a te mihi sunt redditę,quibus a me consiliū petis,ꝙ sim tibi auctor in Sicilia ne subsidas, an vt ad reliquias Asiaticę negotiationis ꝓficiscare.Hęc tua deliberatio nō mihi cōuenire visa est cū oratione Largi.Ille em̄ mecū,quasi tibi nō liceret in Sicilia diutius cōmorari,ita locut⁹ erat: tu autē quasi concessum sit,ita deliberas.Sed ego siue hoc,siue illud est,in Sicilia censeo cōmorandū.Propinquitas locorū vel ad impetrandū adiuuat crebris literis,& nūciis,vel ad reditus celeritatē,re aut impetrata,aut qđ spero,aliqua ratione cōfecta.Quāobrē censeo magnopere cōmorandū.T.Furfano,Posthumio familiari meo,legatisꝙ eius,itē meis familiaribus,diligētissime te commendabo,cū venerint.erant em̄ oēs Mutinę.viri sunt optimi,& tui similiū studiosi,& mei necessarii.Quę mihi venient in mentē,quę ad te pertinere arbitrabor, ea mea sponte faciam.Si quid ignorabo,de eo admonitus, omnium studia vincam.Ego etsi coram de te cum Furfano ita loquar,vt tibi literis meis ad eum nihil opus sit,tamen quoniam tuis placuit te habere meas literas,quas ei redderes,morem his gessi.earum literarū exemplum infra scriptum est. Vale.

Tui similiū

Cōmendatitia.

M.CICERO.T.FVRFANO PRAETORI.S.D.

CVm A.Cęcinna tanta mihi familiaritas,consuetudoꝙ semp fuit, vt nulla maior esse possit.Nā & patre eius claro homine,& forti viro plurimū vsi sumus:& hunc a puero,ꝙ & spē mihi magnā afferebat summę probitatis, summęꝙ eloquētię,& viuebat mecū cōiūctissime non solū officiis amicitię, sed etiā studiis cōmunibus,sic semper dilexi,vt nō vllo cū homine coniunctius viuerē.Nihil attinet me plura scribere,ꝙ mihi necesse sit eius salutē, & fortunas qbuscūꝙ rebus possim tueri,vt vides.Reliquū est,vt cū cognorim pluribus rebus,qd tu,& de bonorū fortuna,& de reip.calamitatibus sentires,nihil a te petā, nisi vt ad eā voluntatē,quā tua sponte erga Cęcinnā habiturus esses,tātus cumulus accedat cōmendatione mea,quanti me a te fieri intelligo.Hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

M.CICERO TREBATIO.S.D.

Mihi ipse.

EGo quāti te faciā,sempꝙ fecerim,quanti me a te fieri intellexerim,sum mihi ipse testis.Nā & cōsiliū tuū,vel casus potius,diutius in armis ciuilib⁹ cōmorādi,semp mihi magno dolori fuit:& hic euētus,ꝙ tardius q̄ est ęquū,& q̄ ego vellem,receperis fortunā,& dignitatē tuā, mihi nō minori curę est,q̄ tibi semper fuerint casus mei.Itaꝙ Posthumuleno,& Sextio,& sępissime Attico nostro,ꝓxime Teudę liberto tuo totū me patefeci,& hęc his singulis sępe dixi,quacunꝙ re possem me tibi,& liberis tuis satisfacere cupere:idꝙ tu ad tuos velim scribas, hęc qdē certe,q̄ in potestate mea sunt, vt operā,studiū,cōsiliū,rē,fidē meā,sibi ad oēis res parata putēt.Si auctoritate,& gratia tantū possem,quātū in ea rep.de qua ita merit⁹ sum,posse deberē,tu quoꝙ is esses q fuisti,cū oī gradu amplissimo dignissim⁹,tū certe ordinis tui facile princeps.Sed qñ eodē tēpore,eadēꝙ de causa nostrū vterꝙ cecidit,tibi & illa polliceor,q̄ supra scripsi,q̄ sunt adhuc mea, & ea q̄ ꝑterea videor mihi ex aliqua parte retinere,tāq̄ ex reliquiis pristinę dignitatis.Neꝙ.n.ipse Cęsar,vt multis reb⁹ intelligere potui,est alienus a nobis,& oēs fere familiarissimi ei⁹ quasi deuīcti meis magnis veterib⁹ officiis me diligēter obseruāt,& colūt.Itaꝙ si qs mihi erit aditus de tuis fortunis,idest de tua īcolumitate,in q̄ sunt oīa agēda,qđ qdē quotidie magis ex eorū sermonib⁹ adducor vt sperē,agā ꝑ me ipse,& moliar.singula ꝑseq nō est necesse, vniuersum studiū meū,& bñuolētiā ad te defero:sed magni mea īterest,hoc tuos oēis scire,qđ tuis lr̄is fieri pōt,vt ītelligāt oīa Cicerōis,patere Trebatio.Hoc eo ꝑtinet,vt nihil existimēt eē tā

difficile,qđ non pro te mihi ſuſceptũ,iucundũ ſit futurũ. Antea miſiſſem ad te literas,ſi genus ſcribẽdi inuenirẽ. Tali em̃ tẽpore,aut cõſolari amicorũ eſt,aut polliceri. Cõſolatione nõ vtebar,ꝙ ex multis audiebã,q̃ fortiter,ſapiẽterꝙ ferres iniuriã temporum,q̃ꝙ te vehementer conſolareꝰ cõſcientia factorũ,& cõſiliorũ tuorum,qđ quidem ſi facis,magnũ fructũ ſtudiorum optimorũ capis,in qbus te ſcio ſemp eſſe verſatum:idꝙ vt facias,etiã atꝙ etiã hortor. Simul & illud tibi homini pꝛitiſſimo rerũ & exemplorũ,& omnis vetuſtatis,ne ipſe qdem rudis,ſed in ſtudio minus fortaſſe q̃ vellẽ,& in rebus,atꝙ vſu plus etiam q̃ vellẽ verſatus,ſpondeo,tibi acerbitatẽ iſtam,& iniuriam nõ diuturnam fore. Nã & ipſe qui plurimum poteſt,quotidie mihi delabi ad ęquitatẽ,& ad rerũ naturam videtur,& ipſa cauſa ea eſt, vt iam ſimul cũ repu.quę in pꝛpętuũ iacere nõ poteſt,neceſſario reuiuiſcat,atꝙ recreetur,quotidieꝙ aliquid fiꝛ lenius,& liberalius,q̃ timebamus. Quę quãdo in tẽporũ inclinationib⁹ ſę pꝛ paruis poſita ſunt,omnia momẽta obſeruabimus,neꝙ vllũ pꝛętermittemus,tui iuuãdi,& leuandi locũ. Itaꝙ illud alterũ qđ dixi literarũ genus quotidie mihi,vt ſpꝛo,fiet pꝛcliuius, vt etiam polliceri poſſim:id re,q̃ verbis faciã libentius. Tu velim exiſtimes,& plureis te amicos habere,q̃ qui in iſto caſu ſint,ac fuerint, quantũ quidẽ ego intelligere potuerim,& me concedere eorũ nemini. Fortẽ fac animũ habeas,& magnũ,qđ eſt in vno te:q̃ ſunt in fortuna,temporibus regentur,& conſiliis noſtris prouidebuntur. Vale.

M.CICERO TREBATIO.S.D.

DOlabellam antea tãtũmodo dilígebã,obligatus ei nihil erã,nec em̃ accíderat mihi opus eſſe,& ille mihi debebat,ꝙ non defuerã eius pꝛiculis. Nũc tanto ſum deuinctus eius beneficio,ꝙ & antea in re,& hoc tẽpore in ſalute tua cumulatiſſime mihi ſatiſfecit,vt nemini plus debeã. Qua in re gratulor tibi ita vehementer,vt te quoꝙ mihi gratulari,q̃ gratias agere malim. alterũ nõ oĩno deſidero,alterũ vere facere poteris. Qđ reliquum eſt, quãdo tibi virtus,& dignitas tua reditũ ad tuos apꝛuit,eſt tuę ſapiẽtię,magnitudiniſꝙ aĩ, qd amiſeris obliuiſci,qd recupꝛaueris cogitare. viues cũ tuis,viues nobiſcũ:plus acquiſiui ſti dignitatis,q̃ amiſiſti rei familiaris,q̃ tamẽ ipſa eſſet iucũdior,ſi vlla eſſet reſp. Neſtorius noſter familiaris ad me ſcripſit,te mihi maximas gratias agere. Hęc pꝛedicatio tua mihi valde grata eſt,eaꝙ te vti facile patior,cũ apud alios,tũ mehercule apđ Syronẽ noſtrũ amicũ. Quę,n.facim⁹,ea prudẽtiſſimo cuiꝙ maxie ꝓbata eẽ volum⁹. Te cupio videre q̃primũ. Vale. Cõmẽdat Dolabellã.

M.CICERO APPIO BALBO.S.D.

GRatulor tibi mi Balbe,vereꝙ gratulor,nec ſum tã ſtultus,vt te vſura falſi gaudii fruí velim,deinde frãgi repente,atꝙ ita cadere,vt nulla res te ad ęqtatem animi poſtea poſſit extollere. Egi tuã cauſam apꝛtius, q̃ tẽpora noſtra ferebãt. Vincebatur em̃ fortuna ipſa debilitate gratię noſtrę,tui charitate,& meo pꝛpętuo erga te amore,culto a te dilígẽtiſſime. oĩa ꝓmiſſa,cõfirmata,certa,& rata ſunt,q̃ ad reditũ,& ſalutẽ tuã ptinẽt. vidí,cognouí,interfui. Etem̃ oĩneis Cęſaris familiareis ſatis opportune habeo implicatos cõſuetudine,& beneuolẽtia ſic,vt cũ ab illo diſceſſerint,me ꝓximũ habeant. Hoc Panſa,Hircius,Balbus,Oppius,Marius,Poſthumius plane ita faciũ t,vt me vnice dilígãt. Qđ ſi mihi pꝛ me efficiẽdum fuiſſet,non me pœniteret ꝓ ratione tẽporũ ita eſſe molitũ. Sed nihil eſt a me inſeruitũ temporis cauſa:veteres mihi neceſſitudines cũ his oĩbus intercedũt,qbuſcũ ego agere de te nõ deſtiti. Principẽ tamẽ habuimus Panſam tui ſtudioſiſſimum,mei cupidum,qui valet apud illum non minus auctoritate,q̃ gratia. Cimber autem Tullius mihi plane ſatiſfecit. Valent tamen apud Cęſarem non tam ambitioſę rogationes,q̃ neceſſarię:quas quia Cimber habebat,plus valuit,q̃ ꝓ vllo alio valere potuiſſet. Diploma ſtatim nõ eſt datũ,ꝙ mirifica eſt improbitas in quibuſdam,qui tuliſſent acerbius veniã tibi dari,quẽ illí appellabant tubam belli ciuilis,multaꝙ ita dicũt,quaſi nõ gaudeant id bellum incidiſſe. Quare viſum eſt occultius agendum,neꝙ vllo modo diuulgandum de te iam eſſe pꝛfectũ,ſed id erit pꝛbreui,nec dubito,quin legente te has literas confecta iam res futura ſit. Panſa quidẽ mihi gratus homo & certus nõ ſolũ confirmauit,verũ etiam recepit pꝛceleriter ſe ablaturum Diploma. Mihi tamen placuit hęc ad te pꝛſcribi,min⁹ enim te firmum ſermo Epuleię tuę,lachrymęꝙ Appiæ declarabant,q̃ ſignificant literę tuę:atꝙ illę arbitrantur,cum a te abeſſent ipſę,multo in grauiore cura te futurũ. Quare magnopere putaui angoris,& doloris tui leuãdi cauſa ꝓ certis Gratulatoria.

Cimber.

Diploma.

ad te ea,quę eſſent certa,pꝛſcribi oportere.Scis me antea ſic ſolitum eſſe ſcribere ad te, magis vt cõſolarer fortẽ virũ,atq; ſapiẽtẽ,q̃ vt exploratã ſpẽ ſalutis oſtẽderẽ,niſi eã,quã ab ipſa rep.cũ hic ardor extinct⁹ eſſet,ſpꝛari oportere cẽſerẽ.Recordare tuas literas,qb⁹ & magnũ animũ mihi ſemp oſtẽdiſti,& ad omneis caſus ferẽdos conſtantẽ,atq; paratũ.qđ ego nõ mirabar,cum recordarer te & a primis tẽporibus ętatis in rep.eſſe verſatum,& tuos magiſtratus in ipſa diſcrimina incidiſſe ſalutis,fortunarũq; communiũ,& in hoc ipſum bellũ eſſe ingreſſum,nõ ſolũ vti victor beatus,ſed etiã,vt ſi ita accidiſſet,victus & ſapiẽs eſſeꝫ. Deinde, cũ ſtudiũ tuũ cõſumas in virorũ fortiũ factis memorię pdendis,cõſiderare debes nihil tibi eſſe commitẽdũ,quãobrẽ eorũ quos laudas,nõ te ſimilẽ prębeas.Sed hęc oratio magis eſſet apta ad illa tẽpora quę iam effugiſti.Nũc vero tãtũ te para ad hęc nobiſcũ ferenda,qb⁹ ego ſi quã medicinã inuenirẽ,tibi quoq; eandẽ traderẽ:ſed eſt vnũ profugium doctrina,ac literę, quibus ſempꝛ vſi fuimus,quę ſecundis rebus delectationẽ modo habere videbantur, nunc vero etiam ſalutem.Sed vt ad initium reuertar,caue dubites,quin omnia de ſalute,ac reditu tuo pꝛfecta ſint. Vale.

M.CICERO Q.LIGARIO.S.D.

Cęſaris pla cabilitas.

Etſi tali tuo tẽpore me aut cõſolãdi, aut iuuãdi tui cauſa,ſcribere ad te aliquid p noſtra amicitia oportebat,tamẽ adhuc id nõ feci,quia neq; lenire videbar oratiõe,neq; leuare poſſe dolorẽ tuũ.Poſtea vero q̃ magnã ſpẽ habere cœpi,fore vt te breui tẽpore incolumẽ haberem⁹,facere non potui,quin tibi & ſententiã,& volũtatẽ declararẽ meã.Primũ igit ſcribã qđ ĩtelligo,& pſpicio,nõ fore ĩ te Cęſarẽ duriorẽ.nã & res eũ quotidie, & dies,& opinio hominũ,& vt mihi videt,etiã ſua natura mitiorem facit:idq; cũ de reliqs ſentio,tũ de te etiã audio ex familiariſſimis eius,qbus ego ex eo tẽpore, quo primũ ex Aphrica nuncius venit,ſupplicare vna cũ fratribus tuis nõ deſtiti,quorũ quidem & virtute,& pietate,& amore in te ſingulari,& aſſidua,& pꝛpetua ſalutis tuę cura tãtũ profecit,vt nihil ſit,qđ non ipſum Cęſarẽ tributurũ exiſtimẽ,etſi tardius ſit,q̃ volum⁹: magnis occupationibus eius,a quo omnia pꝛtuntur,aditus ad eũ difficiliores fuerunt:& ſimul Aphricanę cauſę iratior,diutius velle videtur eos habere ſollicitos,a quibus ſe putat diuturnioribus eſſem oleſtiis cõflictatũ.Sed hoc ipſum intellígimus eũ quotidie remiſſius , & placatius ferre.quare mihi crede,& memorię mãda,me tibi id affirmaſſe,te in iſtis moleſtiis diutius nõ futurũ.Quãdo quid ſentirẽ expoſui,quid vellẽ tua cauſa,re potius declarabo, q̃ oratione.Et ſi tantũ poſſem,quantũ in ea repu.de qua ita meritus ſum,vt tu exiſtimas,poſſe debebam,ne tu quidẽ in iſtis incõmodis eſſes.Eadẽ em̃ cauſa opes meas fregit,quę tuã ſalutem in diſcrimẽ adduxit.Sed tamẽ qcquid imago veteris meę dignitatis,qcqd reliquę gratię valebũt,ſtudiũ,cõſiliũ,opꝛa,gratia,fides mea,nullo loco deerit tuis optimis fratrib⁹.Tu fac habeas fortẽ animũ,quẽ ſempꝛ habuiſti,primũ ob eas cauſas,quas ſcripſi,deinde q̃ ea de repu.ſempꝛ voluiſti,atq; ſenſiſti,vt non modo ſecũda ſpꝛare debeas,ſed etiã,ſi omnia aduerſa eſſent,tamen & conſcientia,& factorum,& conſiliorum tuorum quęcũq; acciderent fortiſſimo,& maximo animo ferre deberes. Vale.

M.CICERO Q.LIGARIO.S.D.

In tua ſalute cõſumẽ

ME ſcito omnem meum laborem,omnẽ opꝛãm,curã,ſtudiũ in tua ſalute conſumere.nam cum te ſemp maxime dilexi,tum fratrũ tuorũ,quos ęque, atq; te ſumma beneuolẽtia ſum complexus,ſingularis pietas,amorq; fraternus, nullum me patitur officii erga te,ſtudiiq; munus,aut tẽpus pꝛtermittere. Sed quę faciã,fecerimq; pro te,ex illorũ te literis,q̃ ex meis malo cognoſcere.Quid autem ſpꝛem,aut confidam,& exploratum habeam de ſalute tua id tibi a me declarari volo. Nam ſi quiſq̃ eſt timidus in magnis,pꝛiculoſiſq; rebus,ſempꝛq; magis aduerſos rerum exitus metuens,q̃ ſpꝛans ſecundos,is ego ſum,& ſi hoc vitium eſt, eo me non carere confiteor.Ego idem tamen cum ad.ii.Calen.intercalareis priores , rogatu fratrum tuorum veniſſem mane ad Cæſarem,atq; omnem adeundi & conueniendi illius indignitatem , & moleſtiam pertuliſſem , cum fratres , & propinqui tui iacerent ad pedes, & ego eſſem locutus, quæ cauſa,quæ tempus tum poſtulabat,non ſolum ex oratione Cæſaris,quæ ſane mollis ,& liberalis fuit, ſed etiam ex oculis,& vultu,& multis pꝛæterea ſignis, quæ facilius pꝛſpicere potui,q̃ ſcribere,hanc in opinionem diſceſſi,vt mihi tua ſalus dubia

non esset. Quãobrẽ fac animo magno fortiq; sis, & si turbidissima sapiẽter ferebas, trãqlliora lęte feras. Ego tñ tuis rebus sic adero, vt difficillimis, neq; Cęsari solũ, sed etiã amicis eiꝰ oĩbus, quos mihi amicissimos esse cognoui, p te, sicut adhuc feci, libẽtissime supplicabo. Vale.

CICERO BASILIO. S.

TIbi gratulor, mihi gaudeo, te amo, tua tueor: a te amari, & quid agas, quidq; agatur, certior fieri volo. Vale. Gratulor. Gaudeo.

BITHYNICVS CICERONI. S.

SI mihi non tecum, & multę, & iustę causę amicitię priuatim essent, repeterẽ initia amicitię ex parentibus nostris: quod faciendum iis existimo, qui paternam amicitiam nullis ipsi officiis prosecuti sunt. Itaq; contentus ero nostra ipsorum amicitia: cuius fiducia pęto a te, vt absentem me quibuscunq; in rebus opus fuerit, tueare, si nullum officium tuum apud me intermoriturum existimas. Vale.

M. CICERO BITHYNICO. S.

CVm cęterarum rerum causa cupio esse aliquando remp. constitutam, tũ velim mihi credas, accedere id etiam, quo magis expętam promissum tuum, quo in literis tuis vteris. Scribis emꝫ si ita fit, te mecum esse victurũ. Gratissima mihi tua voluntas est, facisq; nihil alienũ necessitudine nostra, iudiciisq; patris tui de me, summi viri. Nam sic habeto, beneficiorum magnitudine, eos qui temporibus valuerunt, aut valeant, cõiunctiores tecũ esse q̃ me, necessitudine neminem. Quamobrem grata mihi est & memoria tua nostrę coniunctionis, & eius etiam augendę voluntas. Vale.

M. CICERO LEPTAE. S. D.

SImul vt accepi a Seleuco tuo literas, statim quęsiui e Balbo per codicillos quid esset in lege. Rescripsit eos, qui facerẽt pręconiũ, vetari esse in decurionibus: qui fecissent, nõ vetari. Quare bono animo sint & tui, & mei familiares. neq; emꝫ erat ferendum, cũ qui hodie aruspicinã facerent, in senatu Romę legerentꝫ, eos q aliquando pręconium fecissent, in municipiis decuriones esse non licere. De Hispanis noui nihil, magnũ tamẽ exercitum Pompęium habere constat. Nã Cęsar ipse ad nos misit exemplũ Patiatii literarum, in quo erat illas vndecim esse legiones, scripserat emꝫ Messala Qu. Salasso, P. Curtium fratrẽ eius, iussu Pompęii in spectãte exercitu interfectũ, q; cõsensisset cum Hispanis quibusdã, si in oppidũ nescio qđ Põpęius rei frumentarię causa venisset, eũ cõprehendere, ad Cęsarẽq; deducere. De negotio tuo q; sponsor es pro Pompęio, si Galba consponsor tuus redierit, homo in re familiari non parum diligens, non desinam cum illo communicare, si quid expędiri possit, qđ videbatur mihi ille confidere. Oratorem meum tantopere a te probari vehementer gaudeo. Mihi qdẽ sic persuadeo, me qcquid habuerim iudicii de dicẽdo, in illũ librũ cõtulisse. Qui si est talis, qualem tibi videri scribis, ego quoq; aliquid sum: sin aliter, nõ recuso quin quantũ de illo libro, tantundẽ de mei iudicii fama detrahatur. Leptam nostrũ cupio delectari iã talibus scriptis, etsi abest maturitas ętatis, iã tamẽ personare aureis eius huiusmodi vocibus nõ est inutile. Me Romę tenuit omnino Tullię meę partus. Sed cũ ea, quẽadmodũ spero, satis firma sit, teneor tñ dũ a Dolabellę procuratoribus exigam primam pensionem. & mehercule non tam sum peregrinator iam, q̃ solebã: ędificia mea me delectant, & otium domus est, quę nulli villarũ mearũ cedat, otiũ oĩ desertissima regione maius. Itaq; ne literę qdẽ meę ĩpediunt, in quibus sine vllo interpellatore versor. Quare vt arbitror, prius hic te nos, q̃ istic tu nos videbis. Lepta suauissimus ediscat Hesiodum, & habeat in ore, τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν, καὶ τραχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται ῥηϊδίη δ' ἔπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα. Vale. Pręconium faciẽtes ne sint in decurionibꝰ. Ciceronis Orator. Hic & istic

CICERO LEPTAE. S.

MAculam officio functũ esse gaudeo, eius Falernum mihi semper idoneum visum est diuersorio, si modo tecti satis est ad comitatũ nostrũ recipiendũ. Cęterum is mihi quidẽ locus nõ displicet, nec ea re Petrinũ tuũ deserã. Nã & villa, & amœnitas illa commorationis est, non diuersorii. De curatione aliqua munerum regiorum cum Oppio locutus sum. Nam Balbum postea q̃ Macula.

tu es profectus,non vidi:tantis pædum doloribus afficitur,vt se conueniri nolit. Omnino de tota re,vt mihi videtur,sapientius faceres si non curares.Qđ enim eo labore assequi vis nullo modo assequere.tanta est enim intimorum multitudo,ꝙ ex his potius aliquis effluat, q̃ nouo sit aditus,præsertim qui nihil afferat præter operam,in qua ille se dedisse beneficiũ putabit,si modo ipsum sciet non accepisse.Sed tamen aliquid videbimus,in quo sit spes:aliter quidem non modo non appetendum,sed etiam fugiendum puto.Ego me Asturę diuti us arbitror commoraturum ,quoad ille quandoꝙ veniat. Vale.

Dedi pueris ad te literas.

CICERO TORANO.S.

DEderam triduo ante pueris Cn.Planci literas ad te,ero nunc eo breuior,teꝙ,vt antea consolabar,hoc tempore monebo.Nihil puto tibi esse vtilius, q̃ ibidem opperiri,quoad scire possis,quid tibi agendum sit. Nam præter nauigationis longę,& hyemalis,& minime portuosę periculum , qđ vitaris,ne illud quidem negligendum,q̃ vis subito,cum certi aliquid audieris, te istinc posse proficisci.Nihil est præterea cur adueniẽtibus te offerre gestias.Multa præterea metuo,quę cum Milone nostro communicaui.quid multa?Loco oportuniore in his malis nullo esse potuisti,ex quo te quocunꝙ opus erit,facillime,& expeditissime conferas: ꝙ si recipiet ille se,ad tempus aderis:sin(quoniam multa accidere possunt)aliqua res eum vel impediet,vel morabitur,tu ibi eris,vbi omnia scire possis.Hoc mihi prorsus valde placet.De reliquo,vt te sępe per literas hortatus sum,ita velim tibi persuadeas,te in hac causa nihil habere,qđ timendum sit,præter communem casum ciuitatis: qui etsi est grauissimus,tamen ita viximus,& id ętatis iam sumus,vt omnia quę nõ nostra culpa nobis accident,fortiter ferre debeamus. Hic tui omnes valent,summaꝙ pietate te desiderant,& diligunt,& colunt.Tu & cura vt valeas,& te istinc ne temere commoueas. Vale.

CICERO TORANO.S.D.

ETsi cum hęc ad te scriberem,aut appropinquare exitus huius calamitosissimi belli,aut iam aliquid actum,& confectum videbatur,tamẽ quotidie cõmemorabam te vnũ in tanto exercitu mihi fuisse assensorem , & me tibi,soloſꝙ nos vidisse quantum esset in eo bello mali,in quo spe pacis excluſa,ipsa victoria futura esset acerbissima,quę aut interitum allatura esset,si victus esses,aut si vicisses,seruitutem.Itaꝙ ego,quẽtum fortes illi viri,& sapientes Domitii , & Lentuli timidũ esse dicebant, eram plane,timebã em̃ ne euenirent ea,quę acciderũt,idẽ nunc nihil timeo,& ad omnẽ euẽtũ paratus sum.Cũ aliquid videbatur caueri posse,tũ id negligi dolebã.Nunc vero euersis oĩbus rebus,cũ cõsilio ꝓfici nihil possit,vna ratio videbit̃,qcquid euenerit,ferre moderate.PRAE
Proficí.
,, SERTIM CVM OMNIVM RERVM MORS SIT EXTREmum,& mihi sim conscius
me quoad licuerit,dignitati reip.cõsuluisse,& hac amissa,salutẽ retinere voluisse. Hęc scripsi,non vt de me ipse dicerẽ,sed vt tu,qui cõiũctissima fuisti mecũ & sentẽtia & volũtate,ea
,, dem cogitares.MAGNA enim cõsolatio est cũ recordare,etiã si secus acciderit,te tamẽ re-
,, cte,vereꝙ sensisse.Atꝙ vtinam liceat aliquãdo aliquo reip.statu nos frui,interꝙ nos cõferre sollicitudines nostras,quas pertulim⁹ tũ cũ timidi putabamur,quia dicebamus ea futura,q̃ facta sunt.De tuis rebus nihil esse qđ timeas,præter vniuersę reip. interitum,tibi confirmo: de me autem sic velim iudices,quantum ego possim,me tibi,saluti tuę,libertatiꝙ tuis summo cum studio præsto sempęr futurum. Vale.

CICERO DOMITIO.S.D.

NOn ea res me deterruit,quo minus posteaq̃ in Italiã venisti,lr̃as ad te mitterem,ꝙ tu ad me nullas miseras,sed qa nec qd tibi pollicerer ipse egẽs rebus oĩb⁹,nec qd suaderẽ,cũ mihimetipsi cõsiliũ deesset,nec qd cõsolatiõis afferrẽ ĩ tãtis malis repiebã.Hęc q̃q̃ nihilo meliora sunt,nũc etiã atꝙ etiã multo desperatiora,tamẽ inaneis esse meas literas,q̃ nullas malui.Ego si te intelligerem plus conatum esse suscipęre Reipublicę causa muneris,q̃ quantum prestare potuisses,tamen quibuscunꝙ rebus possem,ad eam conditionẽ te viuẽdi,q̃ daretur queꝙ esset,hortarer.Sed cũ consilii tui bene fortiterꝙ suscepti,eũ tibi finẽ statueris,quẽ ipa

fortuna terminũ nostrarũ cõtentionũ esse voluisset, oro,obtestorq; te p nostra vetere cõiũ Pro.
ctione,ac necessitudine,pq; summa mea ĩ te bñuolẽtia,& tua ĩ me pariter,te vt nobis,parẽ=
ti,cõiugi,tuisq; oĩbus,qb⁹ es,fuistiq; semp charissim⁹,saluũ cõserues: incolumitati tuę tuo
rũq; q ex te pẽdẽt,cõsulas:quę didicisti, quęq; ab adolescẽtia pulcherrime a sapiẽtissimis vi=
ris tradita memoria,& sciẽtia cõprehẽdisti,iis hoc tpe vtare:quos cõiunctos summa bene=
uolẽtia,plurimisq; officiis amasti,eor̃ desiderium,si nõ equo aĩo, at forti feras.Ego qd pos At.
sim nescio,vel potius me parũ posse sentio:illud tñ tibi polliceor, me q̃cũq; saluti,dignita=
tiq; tuę cõducere arbitrabor,tãto studio eẽ facturũ,quãto sẽp tu & studio,& officio ĩ meis
rebus fuisti.Hãc meã voluntatẽ ad matrem tuã optimã fœminã,tuiq; amãtissimã detuli.Si
quid ad me scripseris, ita faciã,vt te velle intellexero. Sin tu minime scripseris, ego tñ oĩa
quę tibi vtilia esse arbitrabor,summo studio,diligenterq; curabo. Vale.

M.T.C.EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER SEPTIMVS.

M.CICERO.M.MARIO.S.D.



I te dolor aliquis corporis, aut infirmitas valetudinis tuę tenuit,
quo minus ad ludos venires,fortunę magis tribuo,q̃ sapiẽtię tuę.
Sin hęc,q̃ cęteri mirãtur, cõtẽnenda & duxisti, & cũ p valetudinẽ Ludos pu=
posses venire,tñ noluisti, vtrũq; lętor,& sine dolore corpis te fuis= bl.recte cõ
se,& aĩo valuisse, cũ ea q̃ sine causa mirãtur alii,neglexeris:modo tẽni.
vt tibi cõstiterit fructus otii tui,quo qdem tibi pærfrui mirifice li
cuit,cũ esses in ista amœnitate,pene solus relictus. Neq; tñ dubito
quin tu ex illo cubiculo tuo,ex quo tibi Stabianũ perforasti,& pa=
tefecisti Seianũ , per eos dies matutina tpa lectiunculis consumpse
ris,cũ illi interea qui te istic reliquerũt,spectarẽt cõmuneis mimos
semisomni.Reliquas vero parteis diei tu cõsumebas his delectationibus,quas tibi ipsi ad ar
bitriũ tuũ cõparas.Nobis aũt erãt ea pærpetiẽda,quę scilicet SP.Metius probauisset.Oĩno si
quęris,ludi apparatissimi,sed nõ tui stomachi.coniecturã em̃ facio de meo.Nã primũ hono Ludorum
ris causa in scenã redierãt ii, quos ego honoris causa de scena decessisse arbitrabar: delitiæ qualitas.
vero tuę noster Aesopus eiusmodi fuit, vt ei desinere pær omneis hoĩes liceret. is iurare cũ Aesopus.
cœpisset,vox eũ defecit in illo loco.Si sciens fallo.qd tibi ego alia narrẽ! Nosti em̃ reliquos
ludos.quid!ne id qdem leporis habuerũt,qđ solent mediocres ludi.Apparatus em̃ spectatio
tollebat oẽm hilaritatẽ,quo quidẽ apparatu nõ dubito qn animo equissimo caruerís. Quid
em̃ delectatiõis habẽt sexcẽti muli in Clytęmnestra!aut in equo Troiano craterarũ tria mi=
lia! & armatura varia pẽditatus, & equitatus in aliqua pugna! Quę populare admiratione
habuerũt,delectationẽ tibi nullã attulissent. Q; si tu pær eos dies operam dedisti Protogeni
tuo, dũmodo is tibi qduis potius,q̃ oratiões meas legerit,nę tu haud paulo plus,q̃ qsq; no= Nę.
strũ delectatiõis habuisti.Nõ em̃ te puto Græcos,aut Oscos ludos desiderasse,pręsertim cũ
Oscos ludos vel in senatu nostro spectare possis, Gręcos vero ita ames,vt ne ad villã quidẽ
tuã via Gręca ire soleas.Nã quid ego te Athletas putẽ desiderare,qui gladiatores contẽpse
ris!in qbus ipse Põpeius cõfitetur se & operã & oleũ pærdidisse.Relinquę sunt venationes,bi= Operam &
nę p dies quinq; magnifice,nemo negat.Sed quę potest eẽ homini politico delectatio,cũ aut oleũ pærde
homo imbecillus a valẽtissima bestia laniatur,aut preclara bestia venabulo trãsuerberatur! re.
Quę tñ si vidẽda sint,sepe vidisti,neq; nos qui hęc spectamus,qcq̃ vidimus noui. Extremus
Elephantor̃ dies fuit,in quo admiratio magna vulgi,atq; turbę,delectatio nulla extitit,qn Elephãti.
etiã misericordia quędã cõsecuta est,atq; opinio eiusmodi,esse QVANDAM illi belluę cũ
gñe hũano societatẽ.His ego tñ dieb⁹,ludis scenicis, ne forte videar tibi nõ modo†beatus, †nõ btũs.
sed ne liber oĩno fuisse,dirupi pene me in iudicio Galli Caninii familiaris tui. q; si tam faci
lem populũ haberẽ,q̃ Aesopus habuit,libẽter mehercule artẽ desinerẽ, tecũq; & cũ similib⁹ Artẽ desi=
nostri viuerẽ.Nã me cũ antea tędebat,tũ & ętas,& ambitio me hortabant̃,& licebat deniq; nere.
quẽ nolebã,nõ defendere,tũ vero hoc tpe vita nulla est.Neq;.n.fructũ vllũ laboris ex his pe
to,& cogor nõnunq̃ hoĩes nõ optime de me meritos,rogatu eor̃ q bene meriti sunt,defen
dere.Itaq; quęro causas oñeis aliqñ viuẽdi arbitratu meo,teq; & istã rationẽ otii tui,& lau Laudo &
do vehemẽter & probo, q̃q; nos minus interuisis,hoc fero aĩo equiore, q; si Romę esses,tñ probo.

neq; nos lepore tuo, neq; te, si qs est ī me, meo frui liceret, ꝓpter molestissimas occupationes meas: qb⁹ si me relaxaro (nā vt plane exoluā nō postulo, & ipm qdē multos annos, nihil aliud cōmētor) docebo pfecto qd sit hūaniter viuere. Tu modo istā imbecillitatē valetudinis tuę sustenta, & tuere, vt facis, vt nostras villas obire, & mecū simul lectícula concursare possis. Hęc ad te pluríb⁹ verbis scripsi q̄ soleo, nō otii abūdātia, sed amoris erga te, quo me quadā epistola subinuitaras, si memoria tenes, vt aliqd ad te hmōi scriberē, quo mín⁹ te ptermississe ludos pœniteret. Qđ si assecutus sum, gaudeo: sin mín⁹, hoc me tñ cōsolabor, q; posthac ad ludos venies, nosq; vises, neq; in epistolis relinques meis spē aliquā delectatiōis tuę. Vale.

Hūaniter.

Argute.

M.T.CICERO.M.MARIO S.D.

Andatū tuū curabo diligēter. Sed homo acutus ei mandasti potissimū, cui expędiret illud venire q̄plurimo. Sed eo vidisti multū, q; pfinisti, quo ne pluris emerē. Qđ si mihi pmisisses, q meus amor in te est, cōfecissem cū cohęredibus. Nūc qm tuū pciū noui, in licitatorē potius ponā, q̄ illud minoris veneat, sed de ioco satis est. Tuū negotiū agā sicuti debeo, diligēter. De Bursa te gaudere certo scio, sed nimis verecūde mihi gratularis. Putas. n. vt scribis, ꝓpter hoīs sordes minus me magnā illā lętitiā putare. Credas mihi velim, magis me iudicio hoc q̄ morte inimici lętatū. Primū. n. iudicio malo, q̄ gladio: deinde gloria potius amici, q̄ calamitate. In primisq; me delectauit, tantū studiū bonor; in me extitisse cōtra incredibilem cōtētionē clarissimi, & potētissimi viri. Postremo, qđ vix verisimile videt, fortasse oderā multo pius hūc, q̄ illū ipm Clodiū. Illū. n. oppugnarā, hūc defenderā. Et ille, cū oīs respu. in meo capite discrimē esset habitura, magnū quiddā spectauit, nec sua qdē spōte, sed eor; auxilio, q me stāte, stare nō poterāt. Hic Simiolus animi causa, me in quē iueheretur, delegerat, persuaseratq; nōnullis inuidis meis, se in me emissariū semp fore. Quāobrē valde iubeo gaudere te, magna res gesta est, nunq̄ vlli fortiores ciues fuerūt, q̄ qui ausi sunt eū cōtra tantas opes eius, a quo ipsi lecti iudices erant, condēnare. Quod fecissent nunq̄, nisi iis dolori meus fuisset dolor. Nos hic multitudine, & celebritate iudicior;, & nouis legibus ita distinemur, vt quotidie vota faciamus, ne intercaletur, vt q̄primū te videre possimus. Vale.

Venire. i. vendi.

Peius oderam.

Simiolus.

Intercaleť.

M.CICERO.M.MARIO.S.D.

Ersępe mihi cogitāti de cōibus miseriis, in qbus tot annos versamur, & (vt video) versabimur, solet in mētē venire illius tpis, quo pxime fuimus vna, quin etiā ipsum diē memoria teneo. Nā ad. III. Idus Maias Lētulo & Marcello cōsulibus, cū in Pompęianū vesperi venissem, tu mihi sollicito aīo pręsto fuisti. Sollicitū aūt te habebat cogitatio, tū officii, tū etiā periculi mei. Si manerem in Italia, verebare ne officio deessem: si proficiscerer ad bellū, pericu-

Factu.

lum te meū cōmouebat. Quo tēpore vidisti pfecto me quoq; ita cōturbatum, vt nō explicarem quid esset optimū factu. Pudori tamen maluí, famęq; cedere, q̄ salutis meę rationem ducere. Cuius me mei facti pœnituit, nō tā propter periculum meū, q̄ propter vitia multa, quę ibi offendi, quo venerā. Primū neq; magnas copias, neq; bellicosas: deinde extra ducē, paucos q; pręterea (de principibus loquor) reliquí primū in ipso bello rapaces, deinde in oratiōe ita crudeles, vt ipsam victoriā horrerē: maximū aūt es alienū amplissimor; viror;. quid quęris? nihil boni pręter causam. Quæ cū vidissem, desperās victoriā, primū cœpi suadere pacē, cui⁹ fuerā semp auctor. deinde cū ab ea sentētia Pōpeius valde abhorreret, suadere īstituí, vt bellū duceret. Hoc interdū probabat, & in ea sentētia videbatur fore, & fuisset fortasse, nisi quadam ex pugna cœpisset suis militibus cōfidere. Ex eo tpe vir ille summus, nullus imperator fuit. Signa tirone, & collectitio exercitu cū legionibus robustissimis cōtulit: victus turpissime, amissis etiā castris, solus fugit. Hūc ego belli mihi finē feci, nec putaui, cum integri pares nō fuissem⁹, fractos superiores fore. Discessi ab eo bello, in quo aut in acie cadendū fuit, aut in aliquas insidias incidendū, aut deueniendū in victoris manus, aut ad Iubam cōfugiēdum, aut capiendus tanq̄ exilio locus, aut conscíscenda mors voluntaria. Certe nihil fuit pręterea, si te victori nolles, aut nō auderes cōmittere. Ex oībus aūt iis quę dixi incōmodis, nihil tolerabilius exilio, pręsertim innocēti, vbi nulla adiuncta est turpitudo: addo etiā, cū ea vrbe careas, in qua nihil sit qđ videre possis sine dolore. Ego cū meis (si quicq̄ nūc cuiuspiā est) etiā in meis, esse maluí. quę acciderūt, oīa dixi eē futura. Veni domū, nō quo optima viuēdi cōditio esset, sed tñ, si esset aliqua forma reip. tanq̄ in patria vt essem: si nulla, tanq̄ in

Ducere bellum.

Pompęius imperator nullus.

exilio.Mortẽ mihi cur cõſciſcerẽ,cauſa nõ viſa eſt:cur optarẽ,multæ cauſæ. VETVS EST ENIM, VBI NON SIS QVI FVERIS, NON ESSE cur velis viuere.Sed tñ,vacare culpa magnũ eſt ſolatiũ,preſertim cũ habeã duas res,qbus me ſuſtentẽ,optimarũ artiũ ſciẽtiã, & maximarũ rerũ gloriã:quarũ altera mihi viuo nunq̃ eripiet,altera ne mortuo qdẽ. Hæc ad te ſcripſi verboſius,& tibi moleſtus fui,q̃ te, cũ mei,tũ reip.cognoui amãtiſſimũ. Notũ tibi omne cõſiliũ meũ eſſe volui,vt primum ſcires me nunq̃ voluiſſe plus quẽq̃ poſſe,q̃ vniuerſam rẽpu.Poſtea aũt q̃ alicuius culpa tantũ valeret vnus,vt obſiſti nõ poſſet,me voluiſſe pacẽ:amiſſo exercitu,& eo duce,in quo ſpes fuerat vno,me voluiſſe etiã:reliqs oĩb9 poſtq̃ nõ potuerim,mihi ipſi finẽ feciſſe belli:nũc aũt,ſi hæc ciuitas eſt,ciuem eſſe me: ſi nõ,exulẽ eſſe nõ incõmodiore loco,q̃ ſi Rhodũ,aut Mitylenas cõtuliſſem. Hæc tecũ corã maluerã, ſed qa longius fiebat, volui per literas eadẽ,vt haberes qd diceres, ſiquando in vituperato res meos incidiſſes.Sunt emñ,q cũ meus interitus nihil fuerit reip.profuturus, criminis loco putãt eſſe,q̃ viuam.Quibus ego certo ſcio nõ videri ſatis multos periſſe,qui ſi me audiſſent,q̃is iniqua pace,honeſte tamen viuerẽt.Armis emñ inferiores,nõ cauſa fuiſſent.Habes epiſtolã verboſiorẽ fortaſſe,q̃ velles,qđ tibi ita videri putabo,niſi mihi longiorẽ remiſeris. Ego,ſi quę volo,expediero,breui tẽpore te,vt ſpero,videbo. Vale. Mortẽ conſciſcere.

M.T.CICERO.M.MARIO.S.D.

AD.IX. Calend.Iulias in Cumanũ veni cũ Libone tuo, vel noſtro potius,in Põpeianũ ſtati cogito.Sed faciã te ante certiorẽ. Te,cũ ſemp valere cupio, tum certe,dum hic ſumus.Vides emñ quãto poſt vna futuri ſumus. Quare ſi quid conſtitutũ cũ podagra habes, fac in alium diem differas.Cura igitur vt valeas,& me hoc biduo,aut triduo expecta. Vale.

M.T.CICERO.C.CAESARI IMPERATORI.S.D.

IDe q̃ mihi pſuaſerim,te me eſſe alterũ,nõ modo in iis rebus,quę ad me ipm,ſed etiã in iis,q̃ ad meos pertinẽt.C.Trebatiũ cogitarã,quocũq; exirem,mecũ ducere,vt eum meis cõmunibus ſtudiis,beneficiiſq; ornatiſſimũ domũ reducerẽ. Sed poſteaq̃ & Pompeii cõmoratio diuturnior erat q̃ putarã,& mea quędã tibi nõ ignota dubitatio,aut impedire pfectionẽ meã videbat, aut certe tardare,vide qd mihi ſumpſerim.Cœpi velle ea Trebatium expectare a te,quæ ſperaſſet a me. Neq; mehercule minus ei prolixe de tua voluntate promiſi,q̃ erã ſolitus de mea polliceri. Caſus vero mirificus qdã interuenit,quaſi vel teſtis opinionis meę, vel ſpõſor hũanitatis tuę.Nã cũ de hoc ipſo Trebatio cũ Balbo noſtro loquerer accuratius domi meę,literę mihi dãtur a te,qbus in extremis ſcriptũ erat.M.Furiũ,quẽ mihi cõmendas,vel regem Gallię faciã,vel Leptę legatum. Si vis tu,ad me aliũ mitte,quẽ ornẽ.Suſtulimus manus & ego & Balbus, tãta fuit opportunitas, vt illud neſcio qd nõ fortuitũ,ſed diuinũ videretur.Mitto igit ad te Trebatiũ, atq; ita mitto,vt initio mea ſpõte,poſt aũt inuitatu tuo mittendũ duxerim. Hũc mi Cęſar ſic velim omni tua comitate cõplectare, vt oĩa,quę per me poſſis adduci vt in meos conferre velis, in vnũ hũc cõferas.de quo tibi hoĩe hęc ſpondeo,nõ illo vetere verbo meo,qđ cũ ad te de Milone ſcripſiſſem,iure luſiſti,ſed more Romano,quomodo hoĩes nõ inepti loquũtur,probiorem hoĩem,meliorẽ virũ,prudentiorẽ eſſe neminẽ.Accedit etiã qđ familiaritatẽ inducit,in iure ciuili ſingularis memoria,ſumma ſcientia.Huic ego neq; tribunatũ,neq; pręfecturã,neq; vllius beneficii certũ nomẽ peto,beneuolentiã tuã, & liberalitatẽ peto,neq; impedio, quo minus,ſi tibi ita placuerit,etiã hiſce eũ ornes gloriolę inſignib9: totũ deniq; hoĩem tibi trado de manu(vt aiũt)in manũ tuã iſtã & victoria, & fide pręſtantẽ.Sumus.n.†putidiuſculi, q̃ per te vix licet:verũ,vt video,licebit.Cura vt valeas,& me,vt amas,ama. Cõmendat Trebatiũ Cęſari. Prolixe. Rex Gallię. De manu in manum. †impudentiuſculi.

M.CICERO TREBATIO.S.D.

IN oĩbus meis epiſtolis,quas ad Cęſarẽ,aut ad Balbũ mitto,legitima quędã eſt acceſſio cõmẽdationis tuę,nec ea vulgaris, ſed cũ aliquo inſigni indicio meę erga te beneuolentiæ.Tu modo ineptias iſtas,& defideria vrbis,& vrbanitatis depone,& quo cõſilio pfect9 es,id aſſiduitate & virtute cõſequere.Hoc tibi tã ignoſcemus nos amici,q̃ ignouerũt Medeę, quę Corinthum arcẽ altã habebãt matronę opulẽtę optimates,qbus illa manibus gypſatiſſimis perſuaſit,ne ſibi illę vitio verterẽt, q̃ abeſſet a patria. Nam multi ſuã rẽ bene geſſere,& Medea gypſatis manibus.

,, publicam patria ꝑcul,multi qui domi ętatē agerēt,ꝓpterea sunt improbati.Quo ī numero tu certe fuisses,nisi te extrusissemus.Sed plura scribemus alias.Tu qui cęteris cauere didicisti in Britānia, ne ab essedariis decipiaris,caueto.& qñ Medeā agere cœpi,illud semꝑ memē to,QVI IPSE SIBI SAPIENS PRODESSE Nequit,nequicq̄ sapit.Cura vt valeas.

Essedarii Britānici.

M.CICERO TREBATIO.S.D.

Auri & argēti in Britānia nihil

IGo te cōmēdare nō desisto,sed quid ꝑficiam,ex te scire cupio. Spem maximā habeo ī Balbo, ad quē de te diligētissime & sępissime scribo. Illud soleo mirari,nō me toties accipere tuas literas,quoties a Qu. fratre mihi afferuntur. In Britānia nihil esse audio neq; auri, neq; argenti. Id si ita est, essedū aliquod suadeo capias,& ad nos q̄primū recurras. Sin sine Britānia tamen assequi id qđ volumus,possumus,ꝑfice vt sis in familiaribus Cęsaris.multum em̄ te in eo frater adiuuabit meus,multū Balbus, sed mihi crede tuus pudor,& labor plurimum.Imperatorē liberalissimū,ętatem opportunissimam,cōmendationē certe singularem habes,vt tibi vnum timendum sit,ne ipse tibi defuisse videare. Vale.

CICERO TREBATIO.S.D.

Perhumaniter. Confero in te.

SCripsit ad me Cęsar perhumaniter, nōdum te sibi satis esse familiarē ꝓpter occupationes suas,sed certe fore:cui quidē ego rescripsi,q̄ mihi gratū esset futurū,si q̄plurimū ī te studii,officii,liberalitatis suę cōtulisset.Sed ex tuis literis cognoui prępropera quādā festinationē tuā,& simul sum admiratus, cur tribunatus cōmoda,dēpto prędertim labore militię,cōtēpseris. Querar cū Vacerra,& Manilio,nā Cornelio nihil audeo dicere,cuius tu piculo stultus es,qñ te ab eo sapere didicisse ꝑfiteris,quin tu vrges istā occasionē, & facultatē,qua melior nunq̄ reperietur:Qđ scribis de illo Prętiano iureconsulto,ego te ei nō desino cōmendare.Scribit em̄ ipse mihi,te sibi gratias agere debere.De eo quid sit,cura vt sciā. Ego vestras Britānicas literas expecto. Vale.

CICERO TREBATIO.S.D.

Terrę filiꝰ.

TAndiu ignoro,quid agas.Nihil.n.scribis, neq; ego ad te his duobus mensibus scripserā:qa cū Qu.fratre meo nō eras,quo mittērē,aut cui darē,nescie bā.Cupio scire qd agas,& vbi sis hyematurus. Equidē velim cū Cęsare,sed ad eū ꝓpter eius occupatiōes nihil sum ausus scribere, ad Balbū tñ scripsi, tu tibi deesse noli: serius potius ad nos,dū plenior. qd huc properes, nihil est,prędertim Vacerra mortuo.sed tibi cōsiliū nō deest.Quid cōstitueris,cupio scire.Cn.Octauius tuus familiaris,summo genere natus,terrę filius,is me,qa scit tuū familiarē eē,crebro ad cœnā inuitat,adhuc nō potuit perducere,sed mihi tñ gratū est. Vale.

CICERO TREBATIO.S.D.

Iocatur. †videare.

LEgi tuas literas,ex quibus intellexi te Cæsari nostro valde iureconsultum videri.Est qđ gaudeas, te in ista loca venisse,vbi aliqd sapere †viderere.Qz si in Britāniam quoq; profectus esses,profecto nemo in illa tāta insula peritior te fuisset.Verūtamē rideamus licet,sum em̄ a te inuitatus.Subiuideo tibi,vltro te etiā accersitū ab eo,ad quem cęteri,non ꝓpter eius superbiam, sed ꝓpter occupationē aspirare nō possunt.Sed tu in ista epistola nihil mihi scripsisti de tuis rebus,quę mehercule mihi nō minori curę sunt,q̄ meę.Valde metuo ne frigeas in hybernis,quāobrē camino luculento vtendū censeo. Idē & Mutio,& Manilio placebat,prędertim qui sagis nō abūdares,q̄q̄ vos nunc istic satis calere audio,quo quidē nūcio valde mehercule de te timuerā:sed tu in re militari multo es cautior, q̄ in aduocationibus, qui neq; in Oceano natare volueris studiosissimꝰ homo natādi,neq; spectare essedarios, quē antea ne Andabatā quidē defraudare poteramus.Sed iā satis iocati sumus.Ego de te ad Cæsarē q̄ diligēter scripserim tute scis, q̄ sępe,ego. Sed mehercule iā intermiserā,ne viderer liberalissimi hoīs,meiq; amātissimi voluntati erga me diffidere.Sed tñ his literis,quas ꝓxime dedi,putaui esse hominē cōmonēdum,id feci,qd profecerim facias me velim certiorem, & si mul de toto statu tuo,cōsiliisq; oībus.Scire enim cupio quid agas,qd expectes, q̄ lōgū istum tuum discessum a nobis futurū putes.Sic.n.tibi persuadeas velim,vnū mihi esse solatiū,quare facilius possem pati te esse sine nobis,si tibi id esse emolumēto sciā:sin aūt id non est,nihil duobus nobis est stultiꝰ:me,q̄ te nō Romā attrahā:te,q̄ nō huc aduoles.Vna mehercule no

Saga.

ſtra vel ſeuera,vel iocoſa cõgreſſio pluris erit,q̃ nõ mõ hoſtes,ſed etiam fratres nſi Heduí. Quare oĩbus de rebus fac q̃primũ ſciã,aut conſolãdo,aut cõſilio,aut re iuuero. Vale. Heduí.

CICERO TREBATIO.S.D.

Sic tu inquis Hirrum tractasti? Immo si scias q̃ facile, q̃ve contentionis quidẽ minimę fuerit, pudeat te ausum illum vnq̃ esse incedere tanq̃ tuũ cõpetitorẽ. Post repulsam vero risus facit, ciuẽ bonũ ludit, & contra Cæsarẽ sententias dicit, expectationẽ corripit, Curionẽ prorsus non mediocriter obiurgatus, hac repulsa se mutauit. Pręterea qui nunq̃ in foro apparuerit, nõ multũ in iudiciis versatus sit, agit causam liberaliter, sed raro post meridiẽ. De prouinciis quod tibi scripserã Idibus Sextilis actum iri, interpellat. Iudiciũ Marcelli consul. designati in Cal. reiectũ ne frequentiã quidem efficere potuerat. Has literas ad. iiii. Non. Septẽbris dedi, cũ ad eã diẽ ne †promulgatũ quidẽ quicq̃ esset. Vt video, causa hæc integra in proximũ annũ transferetur, & quantũ diuino, relinquendus tibi erit, qui prouinciã obtineat. Nam non expeditur successio, quando Galliæ, quæ habent intercessorẽ, in eandẽ condi tionem, quã cæterę prouinciæ, vocantur. Hoc mihi non est dubiũ, quo tibi magis scripsi, vt ad hunc euentũ te parares. Fere literis omnibus tibi de Pantheris scripsi, turpe tibi erit Patischum Curioni decẽ pantheras misisse, te non multis partib⁹ plureis, quas ipas Curio mihi, & alias Aphricanas decẽ donauit, ne putes illũ tantũ prędia rustica dare scire. Tu si mõ memoria tenueris, & Cybiratas accersieris, itemq; in Pamphyliã literas miseris (Nã ibi plureis capi aiunt) quod voles, efficies. Hoc vehementius laboro nunc, q; seorsum a collega puto mihi omnia paranda. Amabo te, impera tibi, hoc cura: soles libenter, vt ego maiorem partẽ, nihil curare. In hoc negotio nulla tua nisi loquendi cura est, hoc est imperandi, & mãdandi. Nam simulatq; erunt captæ, qui alant eas, & deportent habes eos, quos ad Sitianam syngrapham misi. puto etiam si vllã spem mihi literis ostenderis, me isto missurum alios.

†pfugatũ. Diuino.

Accersieris an accerseris.

†Fitidium

Marcum †Fetidium equitẽ Romanũ amici mei filiũ, bonũ, & strenuũ adolescẽtẽ, qui ad suũ negotiũ istuc venit, tibi cõmendo, & te rogo, vt eum in tuorũ numero habeas. Agros quos fructuarios habent ciuitates, vult tuo beneficio, quod tibi facile, & honestũ factu est, immuneis esse: gratos, & bonos viros tibi obligaris. Nolo te putare Fauoniũ a columnariis præteritũ esse, optimus quisq; eũ non fecit. Pompęius tuus aperte Cæsarẽ, & prouinciam tenere cum exercitu, & Consul ipse tamen hanc sententiã dixit, nullũ hoc tẽpore senatusconsultũ faciendũ. Scipio hanc, vt Calen. Martiis de prouinciis Galliis, neu quid cõiunctim referret. Contristauit hęc sententia Balbum Cornelium, & scio eum conquestum esse cum Scipione. Callidius in defensione sua fuit disertissimus, in accusatione satis frigidus. Vale.

M. CAELIVS. M. CICERONI. S. D.

Saneq̃ literis C. Cassii, & Deiotari sumus cõmoti. Nam Cassius cis Euphratem copias Parthorũ esse scripsit, Deiotarus ꝓfectas per Comagenẽ in prouinciam nostrã. Ego quidẽ pręcipuũ metũ, quod ad te attinebat, habui, qui scirẽ q̃ paratus ab exercitu esses, ne quod hic tumultus dignitati tuæ periculũ afferret. Nã de vita, si paratior ab exercitu esses, timuissem. Nunc exiguitas copiarũ recessum non dimicationẽ mihi tuã præsagiebat. Hæc quõ acciperent homines, q̃ probabilis necessitas futura esset, vereor etiam nunc, neq; prius desinã formidare, q̃ tetigisse te Italiã audiero. Sed de Parthorũ trãsitu nuncii varios sermones excitarunt. Alius enĩ Pompeiũ mittẽdũ, alius ab vrbe nõ remouendũ, alius Cæsarẽ cum suo exercitu, alius consules, nemo tamen ex senatusconsulto priuatos: Consules autẽ, quia verẽtur ne illud senatusconsultum fiat, vt paludati exeant, & contumeliose pręter eos ad alium

res transferaꝛ,omnino ſenatũ haberi nolũt:vſq; eo,vt parũ diligẽtes in rep.videanꝫ. ſed honeſte,ſiue negligẽtia,ſiue inertia eſt,ſiue ille quẽ ꝓpoſui,metus,latet ſub hac tẽperãtię exiſtimatione,nolle ꝓuinciã.A te literę nõ venerũt,& niſi Deiotari ſubſecutę eſſent,ĩ eã opinionẽ Caſſius venerat,q̃ diripuiſſet ipſe,vt viderenꝫ ab hoſte vaſtata,finxiſſe bellũ,& Arabas ĩ prouinciã ĩmiſiſſe,eoſq; Parthos eẽ ſenatui renũciaſſe. Quare tibi ſuadeo,quicũq; eſt iſtic ſtatus rerũ,diligenter,& caute ꝓſcribas,ne aut velificatus alicui dicaris,aut aliqd qđ referret ſcire, reticuiſſe.Nũc exitus eſt anni.nã ego has literas ad.xiiii.Calẽ.Decẽbris ſcripſi. plane nihil video ante Cal.Ianuarias agi poſſe.Noſti Marcellũ q̃ tardus,& parũ efficax ſit,itẽq; Seruius q̃ cũctator.Cuiuſmodi putas hoc eſſe:aut q id qđ nolint conficere poſſe,q q̃ cupiũt,ita frigide agũt,vt nolle exiſtimenꝫ!Nouis magiſtratibus aũt,ſi Parthicum bellũ erit,hęc cauſa primos menſeis occupabit. Sin aũt aut nõ erit iſtic bellũ,aut tum erit,vt vos,aut ſucceſſores paruis additis copiis ſuſtinere poſſint,Curionẽ video ſe dupliciter iactaturũ:primũ vt aliqd Cęſari adimat:inde,vt aliquod Põpęio tribuat,quoduis q̃libet tenue munuſculũ.Paulus porro non humane de prouincia loquiꝫ. huius cupiditati occurſurus eſt Furnius noſter,plureis ſuſpicari nõ poſſum. hæc noui.Alia q̃ poſſunt accidere,nõ cerno. Multa tẽpus afferre,& ꝓparata multa eſſe ſcio: ſed intra fines hos q̃cũq; acciderint,vertenꝫ.Illud addo ad actiones C.Curionis de agro Campano,de quo negãt Cæſarẽ laborare, ſed Põpęiũ valde nolle,ne vacuus aduenienti Cæſari pateat.Qđ ad tuũ deceſſum attinet,illud tibi nõ poſſum polliceri me curaturũ,vt tibi ſuccedatur,illud certe ꝓſtabo,ne amplius prorogeꝫ.Tui cõſilii eſt,ſi tẽpus,ſi ſenatus coget,ſi honeſte a nobis recuſari nõ poterit,velis ne ꝓſeuerare: mei officii eſt,meminiſſe qua obteſtatione decedens mihi ne paterer fieri mandaris. Vale. Velificat⁹.

CAELIVS M.CICERONI.S.D.

NOn diu,ſed acriter nos tuę ſupplicationes torſerunt. Incideramus enim in difficilem nodũ. Nã Curio tui cupidiſſimus, cui oĩbus rationibus comitiales eripiebãtur,negabat ſe vllo modo pati poſſe decerni ſupplicationes:ne ſi quid furore Pauli adeptũ eſſet boni,ſua culpa videretur amiſiſſe, & prævaricator cauſę publicę exiſtimareꝫ.Itaq; ad pactionẽ deſcẽdimus, & confirmarũt Cõſules ſe his ſupplicationibus in hũc annũ nõ vſuros.Plane qđ vtriſq; conſulibus gratias agas,eſt:Paulo magis certe.Nã Marcellus ſic reſpõdit ei,ſpem in iſtis ſupplicationibus non habere:Paulus ſe omnino in hunc annũ non edicturũ.Renũciatum nobis erat Hirrum diutius dicturũ,prendimus eũ, nõ modo nõ fecit,ſed cũ de hoſtibus ageretur, & poſſet rẽ impędire,ſi vt numeraretur,poſtularet,tacuit. Tantũ Catoni aſſenſus eſt, qui & locutus honorifice non decreuerat ſupplicationes.Tertius ad hos Fauonius acceſſit.Quare pro cuiuſq; natura,& inſtituto gratię ſunt agendę.His q; tãtũ volũtatẽ oſtẽderũt: pro ſententia,cũ impędire poſſent,nõ pugnarũt.Curioni vero,q; de ſuarũ actionũ curſu, tua cauſa deflexit.Nã Furnius, & Lentulus,vt debuerũt,quaſi eorũ res eſſet,vna nobiſcũ circumierũt,& laborarũt.Balbi quoq; Cornelii operã,& ſedulitatẽ laudare poſſum. Nã cũ Curione vehemẽter locutus eſt:& eum,ſi aliter feciſſet,iniuriam Cæſari facturũ dixit:tũ eius fidem in ſuſpitionẽ adduxit. Nõ deerant quidem q inique tranſigi volebant Domitii,Scipiones:q̃bus hac re ad interceſſionẽ euocandã interpellantibus,venuſtiſſime Curio reſpõdit, ſe eo libẽtius nõ intercedere,q; quoſdam qui decernerẽt,videret confici nolle.Qđ ad rẽpublicã attinet,in vnã cauſam omnis cõtẽtio coniecta eſt, de prouinciis inquã adhuc incubuiſſe cũ ſenatu Põpęius videtur,vt Cæſar ante Idus Nouẽbreis decedat.Curio omnia potius ſubire cõſtituit,q̃ id pati. cæteras ſuas abiecit actiones.Noſtri porro,quos tu bene noſti,ad extremũ certamẽ rẽ deducere nõ audent.Scena rei totius hæc.Pompęius tãq̃ Cæſarẽ nõ impugnet,ſed qđ illi ęquũ putet,conſtituat,ait Curionem quęrere diſcordias.Valde autẽ nõ vult,& plane timet Cęſarem cõſulẽ deſignari prius,q̃ exercitũ,& prouinciã tradiderit. Accipitur ſatis male a Curione,& totus eius ſecũdus cõſulatus exagitatur.Hoc tibi dico,ſi omnibus rebus prement Curionẽ,Cæſar defendeꝫ: interceſſorẽ ſi (qđ vidẽtur) reformidarint, Cæſar quoad volet,manebit.Quã quiſq; ſententiã dixerit,in cõmentario eſt rerũ vrbanarũ,e quo tu quę digna ſunt, ſelige, multa tranſi, in primis ludoꝝ exploſiones,& funerũ,& cæterarũ ineptiarũ.plura habet vtilia.Deniq; malo in hãc partẽ errare,vt quæ nõ deſideres audias,q̃ quicq̃,qđ opus eſt,prętermittatur.Tibi curę fuiſſe de Sitiano negotio,gaudeo. Sed quando ſuſpicaris minus certa fide eos tibi viſos,tanq̃ procurator ſic agas rogo. Vale. Eorum.

Epistolarum familiarium

CAELIVS CICERONI.S.D.

Male cogitare.

DVdet me tibi cõfiteri,& q̃ri de Appii hominis ingratissimi iniuriis, qui me odisse,qa magna mihi debebat beneficia,cœpit: & cum homo auarus,vt ea solueret, sibi impare nõ posset,occultũ bellũ mihi indixit,ita occultũ tñ,vt multi mihi renũciarẽt,& ipse facile animaduerterẽ male eũ de me cogitare. Posteaq̃ vero cõperi eũ collegiũ tẽtasse,deinde aperte cũ quibusdam locutũ, cũ L.Domitio (vt nũc est) mihi inimicissimo homine deliberare velle hoc munusculum deferre,Cn.Põpeio tũ ipsum reprehendẽte,vt ab eo deprecarer iniuriã, quẽ vitã mihi debere putarẽ,impetrare nõ potui.Quid ergo est?Tum quidẽ aliquot amicis,qui testes erant meorũ i illũ meritorũ,locutus sum:postea q̃ illũ,ne cui satisfaceret quidẽ,me dignũ habere sensi,malui collegę eius homini alienissimo mihi,& propter amicitiã tuã nõ æquissimo me obligare,q̃ illius simiæ vultũ subire.Id postq̃ resciit,excanduit, & me causam inimicitiarũ q̃rere clamitauit,vt si mihi in pecunia minus satisfeciisset, per hãc speciẽ simultatis eũ cõsectarer.Postea nõ destitit accersere palam Seruiũ accusatorẽ,inire cũ Domitio consilia. quibus cũ parũ procederet,vt vlla lege mihi poneret accusatorẽ, cõpellari ea lege me voluerũt, qua dicere nõ poterãt:insolentissimi homines summis Circensibus ludis meis postulandum me lege Scãtinia curant.Vix hoc erat prelocutus, cũ ego Appiũ cẽsorẽ eadẽ lege postulaui. Qd melius caderet,nihil vidi. Nã sic est a populo & nõ infimo quoq; approbatũ,vt maiorẽ Appio dolorẽ fama,q̃ postulatio attulerit.Preterea cœpi sacellũ in domo qd est,ab eo petere. Cõturbat me mora serui huius, q tibi literas attulit. Nã acceptis prioribus literis amplius quadraginta dies mansit.Quid tibi scribam,nescio.Scis Domitio diem timori esse,expecto te valde,& q̃primũ videre cupio.A te peto,vt meas iniurias perinde doleas, vt me existimas,& dolere,& tuas vlcisci solere. Vale.

Simia.

Postulare lege Scãtinia.

CAELIVS M.CICERONI.S.D.

Dolabellæ affinitas.

GRatulor tibi affinitate viri mediusfidius optimi. Nã hoc ego de illo existimo.Cętera porro,qbus adhuc ille sibi parũ vtilis fuit,& ętate iã sunt decursa,& cõsuetudine,atq; auctoritate tua:pudore Tullię,siqua restabũt,cõfido celeriter sublatũ iri.Nõ est em̃ pugnax in vitiis,neq; hebes ad id qd melius sit intelligẽdũ.Deinde (qd maximũ est)ego illũ valde amo.Velles C.Curionẽ nostrũ lautũ intercessionis de prouinciis exitũ habuisse.Nã cũ de intercessione referret,q̃ relatio fiebat ex senatusconsulto,primaq; M.Marcelli sentẽtia pronũciata esset,q agendũ cũ tribunis plebis cẽsebat,frequẽs senatus in alia oĩa iit.Stomacho est scilicet Põpeius Magnus nũc ita languẽti,vt vix id qd sibi placeat,reperiat.Trãsierat illuc,vt nec ratio esset eius habẽda,q neq; exercitũ,neq; prouincias traderet. Quẽadmodũ hoc Põpeius laturus sit,cũ cognoscat quidnã reipu.futurũ sit,si aut nõ possit,aut nõ curet,vos senes diuites videritis.Q.Hortensius,cum has literas scripsi,animam agebat. Vale.

Animam agere.

CAELIVS CICERONI.S.D.

Domitii repulsa.

ANti nõ fuit Arsacen capere,Seleuciã expugnare, vt earũ rerũ quę hic gestę sunt,spectaculo careres.nũq̃ tibi oculi doluissent,si in repulsa, Domitii vultũ vidisses.magna illa comitia fuerũt, & plane studia ex partiũ sensu apparuerũt.perpauci necessitudinẽ secuti officiũ pstiterũt.Itaq; mihi est Domitius inimicissimus,vt ne familiarẽ qdẽ suũ quẽq̃ tã oderit, q̃ me:atq; eo magis q̃ p iniuriã sibi putat ereptũ,cuius ego auctor fuerim. Nunc furit tam gauisos homines suũ dolorẽ,vnũq; me studiosiorẽ Antonii. Nã Cn.Saturninũ adolescẽtem ipse Cn.Domitius reum fecit, saneq̃ superiore vita inuidiosum,qd iudiciũ nũc in expectatione,ineat etiã in bona spe,post Sex.Peducei absolutionẽ.De sũma reip.sæpe tibi scripsi,me annũ pacẽ nõ videre: & quo ppius ea contẽtio q̃ fieri necesse est accedit,eo clarius id periculũ apparet.Propositũ hoc est,de quo q rerũ potiunt,sunt dimicaturi,q; Cn.Põpeius constituit nõ pati C.Cæsarẽ cõsulẽ aliter fieri,nisi exercitũ,& prouincias tradiderit : Cæsari aũt pstat sum est,se saluũ esse nõ posse,si ab exercitu recesserit.Fert illã tñ cõditionẽ, vt ambo exercitus tradãt.Sic illi iã amores,& inuidiosa cõiũctio,non ad occultã recedit obtrectationẽ,sed ad bellũ se rũpit: neq; mearũ rerũ qd cõsilii capiã,reperio,q; ne dubito qn te quoq; hęc deliberatio sit pturbatura.Nã mihi cũ hoĩb9 his & gratia & necessitudo ẽ,tũ cãm illã,nõ hoĩes

Põpęii & Cæsaris dissensionis causę.

22 odi.Illud te nõ arbitror fugere,qn hoĩes i dissensiõe domestica debeãt,q̃diu ciuiliter sine ar-

mis certeť,honeſtiorē ſeq partē:vbi ad bellū,& caſtra vētū ſit,firmiorē:& id melius ſtatuere, qđ tutius ſit.In hac diſcordia,video Põpeiū,Senatū,qꝙ res iudicāt,ſecū habiturū:ad Cæſarē oēs,q cū timore,aut mala ſpe viuāt, acceſſuros:exercitū cōferēdū nō eē oīno:ſat ſpatii ſit,ad cōſiderādas vtriuſq copias,& eligēdā partē.Propę oblitus ſum,qđ maxime fuit ſcribēdū.Scis Appiū cenſorē hic oſtenta facere de ſignis,& tabulis, de agris modo, de ære alieno acerrime agere.Perſuaſum eſt ei,cenſurā lomentum,aut vitrū eſſe,errare mihi videť.Nā ſordeſcit vere vultu,& venas ſibi omneis,& viſcera aperit.Curre p deos,atq hoīes,& q̄primū hęc riſum veni,Legis Scātiniæ iudiciū apud Druſum fieri,Appiū de tabulis,& ſignis agere.crede mihi eſt ꝓpērādū.Curio noſter ſapiēter id qđ remiſit de ſtipendio Põpęii,feciſſe exiſtimať.Ad ſummā q̄ris quid putē futurū?ſi alteruter eorꝝ ad Parthicū bellū nō eat, video magnas impēdere diſcordias,quas ferrū,& vis vindicabit.vterq & animo,& copiis eſt paratus.Si ſine ſuo pęriculo fieri poſſet,magnū & iucundū tibi fortuna ſpectaculum parabit. Vale.

CAELIVS CICERONI.S.D.

SCquādo tu hominē ineptiorem, q̄ tuū Cn.Pompęiū vidiſti,qui tātas turbas,q tā nugax eſſet,cōmorit? Ecquem aūt Cæſare noſtro acriorē in rebus gerēdis,eodē ī victoria tēperatiorem aut legiſti,aut audiſti? Quid eſt?nunc tibi noſtri milites,qui duriſſimis,& frigidiſſimis locis teterrima hyeme bellum ambulando cōfecerūt,malis orbiculatis eſſe paſti videnť?Quid iam inquis?glorioſe omnia,ſi ſcias q̄ ſollicitus ſum, tū hāc meam gloriam quæ ad me nihil pertinet,derideas.Quæ tibi exponere niſi coram nō poſſum, idq celeriter fore ſpero. Nam me cum expuliſſet ex Italia,Pompęiū cōſtituit ad Vrbem vocare,idq iam exiſtimo cōfectū,niſi maluit Põpeiū Brūduſii circūſedere. Pereā ſi minima cauſa eſt ꝓpērādi iſto mihi, q te videre,& oīa intima cōferre diſcupio. habeo aūt q̄multa.Hui vereor(qđ ſolet fieri) ne cū te videro,oīa obliuiſcar.Sed tū quodnā ob ſcelus iter mihi neceſſariū retro ad alpeis verſus incidit?adeo q Intemelii ī armis ſunt,neq de magna cauſa. Bellienus verna Demetrii q ibi cū p̄ſidio erat, Domitiū quēdā nobilē illic Cæſaris hoſpitē a cōtraria factione nūmis acceptis cōpĕdit,& ſtrāgulauit.Ciuitas ad arma iit.eo cū q̄ttuor cohortibus mihi p niueis eūdū eſt.Vſquequaq,ings,ſe Domitii male habēt.Vellē qdē verna ꝓpugnatur9 tātū animi habuiſſet in veſtro Domitio,quantū ipſe catenatus in hoc habuit.Ciceroni F.S.D. Vale.

Pōpeius.

Mala orbiculata.

Q̄multa.

CAELIVS CICERONI.S.D.

IXanimatus ſum tuis literis,quibus te nihil niſi triſte cogitare oſtēdiſti,neq id quid eſſet,perſcripſiſti.Non†em quale eſſet qđ cogitares,aperuiſti.Has illico ad te literas ſcripſi.Per fortunas tuas Cicero,per liberos oro,obſecro, ne quid grauius de ſalute,& incolumitate tua conſulas.Nā deos,homines, amicitiāq noſtrā teſtificor, me neq temere p̄dixiſſe, neq temere monuiſſe: ſed poſtq̄ Cæſarē cōuenerim, ſententiāq eius,qualis futura eſſet, parta victoria cognouerim,te certiorē feciſſe.Si exiſtimas eādē rationē fore Cæſari in dimittēdis aduerſariis,& cōditionibus ferēdis,erras.Nihil niſi atrox,& ſæuū cogitat,atq etiā loquiť. Iratus ſenatui exilit: his interceſſionibus plane incitatus eſt:non erit depcationi locus.Quare ſi tibi tu,ſi filius vnicus,ſi domus,ſi ſpes tuæ reliquę tibi charę ſunt,ſi aliqd apud te nos,ſi vir optimus gener tuus valet,eorꝝ fortunas nō debes velle cōturbare, vt eā cauſam in cuius victoria ſalus noſtra eſt,aut odiſſe,aut relinquere cogamur,aut impiā cupiditatē contra ſalutē tuā habeamus.Deniq illud cogita,quid offenſę fuerit in iſta cūctatione te prius ſubiiſſe.Nūc te contra victorem facere , quem dubiis rebus lædere noluiſti , & ad eos fugatos accedere, quos reſiſtenteis ſequi nolueris,ſummę ſtultitiæ eſt.Vide ne dū pudet te parū optimatē eſſe, parum dilīgenter quid optimū ſit,eligas.Qđ ſi totum tibi perſuadere nō poſſum, ſaltem dū quid de Hiſpaniis agamus,ſcitur,expecta,quas tibi nūcio aduentu Cæſaris fore noſtras.Quā iſti ſpem habeant amiſſis Hiſpaniis,neſcio.Quod porro tuū cōſiliū ſit ad deſperatos accedere,nō mediuſfidius reperio.Hoc qđ tu non dicendo mihi ſignificaſti, Cæſar audierat: ac ſimulatq hæc mihi dixit, ſtatim quid de te audiſſet,expoſuit.negaui me ſcire, ſed tamē ab eo petii,vt ad te literas mitteret,qbus maxime ad remanēdū cōmoueri poſſes.Me ſecū in Hiſpaniā ducit. Nā niſi ita faceret,ego prius,q̄ ad vrbē accederē,vbicūq eſſes,ad te pcurriſſem,& hoc a te p̄ſens cōtēdiſſem,atq omni vi te retinuiſſem.Etiā atq etiā Cicero cogita,ne te tuoſq omneis funditus euertas,ne te ſciēs,prudēſq eo demittas,vnde exitum vides nullum eſſe.

†tñ

Q; si te aut voces optimatum cõmouent,aut nonnullorum hominũ insolentiã,& iactationẽ ferre nõ potes,eligas censeo aliquod oppidũ vacuũ a bello,dũ hæc decernũtur,quæ cũ conscris,& ego te sapienter fecisse iudicabo,& Cæsarem non offendes. Vale.

CAELIVS CICERONI.S.D.

ERgo me potius proficisci in Hispaniam fuisset,q̃ Formiis esse, anteq̃ tu profectus es ad Pompeiũ?qđ vtinã aut Appius Claudius in ista parte prohibuisset,aut C.Curio,cuius amicitia me paulatim in hanc partẽ causę imposuit.nam mihi sentio bonã mentẽ iracũdiæ timore ablatam. Tũ tu porro,cum ad te proficiscens noctu Ariminũ venissem, dum mihi pacis mãdata das ad Cæsarem,& mirificũ ciuem agis,amici officiũ neglexisti, neq; mihi consuluisti. Neq; hęc dico,q; diffidam huic causæ, sed crede mihi,perire satius est,q̃ hos videre. Q; si timor vestrę crudelitatis non esset,eiecti iam pridẽ hinc essemus. Nã hic nũc pręter fœneratores paucos,nec homo,nec ordo quisq̃ est, nisi Põpeianus. Equidẽ iam effeci,vt maxime plebs,& qui antea noster fuit populus,vester esset. Cur hoc inquis? immo reliquias expectant. Vos inuitos vincere coegero,irritaui in me Catonem. Vos dormitis,nec hęc adhuc mihi videmini intelligere,q̃ nos pateamus,& q̃ simus imbecilli. Atq; hoc nullius pręmii spe faciam,sed,qđ apud me plurimũ solet valere,doloris,atq; indignitatis causa. Quid istic facitis? prælium expectatis, qđ firmissimum est? Vestras copias non noui,nostri valde depugnare,& facile algere,& exurire consuerunt. Vale.

M.T.C.EPISTOLARVM FAMILIARIVM
LIBER NONVS.

M.T.CICERO M.TERENTIO VARRONI.S.D.

EX his literis quas Atticus a te missas mihi legit,quid ageres,& vbi esses,cognoui: quando autem te visuri essemus, nihil sane ex eisdẽ literis potui suspicari. In spem tamen venio appropinquare tuũ aduentum, qui mihi vtinam solatio sit. etsi tot, tantisq; rebus vrgemur,vt nullam alleuationem quisq̃ non stultissimus sperare debeat. Sed tamen aut tu potes me,aut ego te fortasse aliqua re iuuare. Sci to enim me,postea q̃ in vrbem venerim,rediisse cum veteribus amicis,idest cum libris nostris in gratiam, etsi nõ idcirco eorum vsum dimiseram,q; iis succẽserem,sed q; eorum me subpudebat. Videbar enim mihi, cum me in res turbulentissimas infidelissimis sociis demisissem,præceptis illorum non satis paruisse. Ignoscunt mihi, & reuocant in consuetudinẽ pristinam,teq; q; in eo permanseris,sapientiorem q̃ me dicunt fuisse. Quamobrẽ quando placatis his vtor,videor sperare debere,si te viderim,& ea quæ premãt,& ea quę impendeãt,me facile transiturum. Quamobrẽ siue in Tusculano,siue in Cumano adire te placebit, siue (qđ minime velim) Romæ,dummodo simul simus,perficiam profecto,vt id vtriq; nostrum commodissimum esse †videatur. Vale.

Libri amici veteres.

†diiudicet

CICERO VARRONI.S.D.

CAninius idẽ tuus, & idẽ noster,cũ ad me nup vespi venisset, & se postridie mane ad te iturũ esse dixisset,dixi ei me daturũ aliqd mane,& vt peteret,rogaui. Conscripsi epistolã noctu,nec ille ad me rediit,oblitũ credidi. Attamẽ eã ipsam epistolã misissem p meos,nisi audissem ex eodẽ,postridie te mane e Tusculano exiturũ. At ibi repente paucis post diebus,cũ minime expectarẽ, venit ad me Caninius mane, proficisci ad te statim dixit: etsi erat ἑωλὸν illa epistola,pśertim tantis postea nouis rebus allatis,tñ perire meã lucubratiõnẽ nolui,& eã ipsam Caninio dedi. Sed cũ eo & hoie docto,& amãtissimo tui,locutus ea sũ,q̃ ptulisse illũ ad te existimo. Tibi aũt idẽ cõsilii do,qđ mihimetipsi, vt vitemus oculos hoim,si linguas min⁹ facile possumus. Qui.n.victoria se efferũt,quasi victos nos intuẽtur. Qui aũt victos esse nostros molestę ferũt,nos dolent viuere. Quęres fortasse,cur cũ hęc in vrbe sint,non absim quẽ admodũ tu. Tu eñ ipse,q & me & alios prudẽtia vicis,oĩa credo vidisti,nihil oĩno te fefellit.

Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusq̃ incurrat? Ac mihi quidem iam pridem venit in mentem, bellum esse aliquo exire, vt ea quæ agebantur hic, quæq; dicebantur, nec viderem, nec audirem. Sed calumniabar ipse, putabam, qui obuiam mihi venisset, vt cuiq; commodum esset, suspicaturum, aut dicturum etiam, si non suspicaretur. Hic aut metuit, & ea refugit: aut aliquid cogitat, & habet nauem paratam. Deniq; leuissime qui suspicaretur, & qui fortasse me nouisset optime, putaret me idcirco discedere, ꝙ quosdã homines oculi mei ferre non possent. Hæc ego suspicans adhuc Romæ maneo, & tamen λεληθότως consuetudo diuturna callum iam obduxit stomacho meo. Habes rationẽ mei consilii. Tibi igitur hæc, censeo latẽdum tantisper ibidem, dum efferuescit hæc gratulatio, & simul dum audiamus, quemadmodũ negotium confectum sit. confectum enim esse existimo. Magni autem intererit, qui fuerit victoris animus, qui exitus rerum. q̃q̃ quo me coniectura ducat, habeo, sed expecto tamen. Te vero nolo, nisi ipse rumor iam raucus erit factus, ad Baias venire. Erit enim nobis honestius etiam, cum hinc discesserimus, videri venisse in illa loca ploratum potius, q̃ natatum. Sed hæc tu melius, modo nobis stet illud, vna viuere in studiis nostris, a quibus antea delectationem, modo solatium petebamus, nunc vero etiam salutem deesse non arbitramur. Si quis adhibere volet, nõ modo vt architectos, verum etiam vt fabros ad ædificandam rempublicam, poterimus & nos libenter accurrere. Sin nemo vtetur opera, tamen & scribere, & legere πολιτείας, & si minus in curia, atq; in foro, at in literis, & libris, vt doctissimi veteres fecerunt, nauare reip. & de moribus, ac legibus q̃rere. Mihi hæc videntur. Tu quid sis acturus, & quid tibi placeat, pergratum erit, si ad me scripseris. Vale.

Incurro.

Callum obducere.

CICERO VARRONI.S.D.

ETsi quid scriberem non haberem, tamen amico ad te eunti non potui nihil dare. Quid ergo potissimum scribam? qđ velle te puto, cito me ad te esse venturum. Etsi vide quæso satis ne rectum sit nos hoc tanto incendio ciuitatis in istis locis esse. Dabimus sermonem iis, qui nesciũt nobis, quocunq; in loco simus, eundem cultum, eundem victum esse. Quid refert? tamen in sermonem incidemus. Valde, id credo, laborandum est, ne cum omnes in omni genere, & scelerum, & flagitiorum volutentur, nostra nobiscum, aut inter nos cessatio vituperetur. Ego vero neglecta barbarorum inscitia te persequar. q̃uis enim hæc sint misera, quæ sunt miserrima, tamen artes nostræ nescio quo modo nunc vberiores fructus ferre videntur, q̃ olim ferebant, siue quia nulla nunc in re alia acquiescimus, siue ꝙ grauitas morbi facit, vt medicinæ egeamus, eaq; nunc appareat, cuius vim non sentiebamus, cum valebamus. Sed quid ego hæc ad te, cuius domi nascuntur? γλαῦκα εἰς ἀθήνας? nihil scilicet nisi vt rescribens aliquid me expectares. sic igitur facies. Vale.

M.T.C. VARRONI.S.D.

PEρὶ δυνατῶν me scito κατὰ Διόδωρον κρίνειν. Quapropter si venturus es, scito necesse esse te venire. Sin autem non, τῶν ἀδυνάτων est te venire. Nũc vide vtra te κρίσις magis delectet, χρυσιππεία ne, an hęc quã noster Diodorus non concoquebat. Sed de his etiam rebus otiosi cum erimus loquemur. hoc etiam est κατὰ χρύσιππον δυνατόν. De Costio mihi gratum est. Nam id etiam Attico mandaram. Tu si minus ad nos, nos accurremus ad te. si hortum in bibliotheca habes, nihil deerit. Vale.

Crisis.

M.T.C. VARRONI.S.D.

MIhi vero ad No. bene maturum videtur fore, neq; solum propter reipublicę, sed etiam propter anni tempus. Quare diem istum probo, itaq; eũdem ipse sequar. Consilii nostri, nisi eos quidem qui id secuti non sunt, nõ pœniteret, nobis pœnitendum putarem. Secuti enim sumus non spem, sed officiũ. Reliquimus autẽ non officiũ, sed desperationẽ. Itaq; verecũdiores fuimus, q̃ qui se domo nõ cõmouerũt: saniores, q̃ qui amissis opibus domũ nõ reuerterũt. Sed nihil minus fero, q̃ seueritatẽ otiosorum: & quoquo modo res se haberẽt, magis illos vereor qui in bello occiderint, q̃ hos curo, quibus nõ satisfacimus, quia viuimus. Mihi si spatiũ fuerit in Tusculanũ ante Nonas veniendi, istic te videbo: sin minus, persequar in Cumanũ, & ante te certiorem faciam, vt lauatio parata sit. Vale.

Lauatio.

CICERO VARRONI.S.D.

Tuis verbis.

CAninius noster me tuis verbis admonuit,vt scriberē ad te,si qd esset,qđ putarē te scire oportere.Est igit aduentus Cæsaris in expectatione, neq; tu id ignoras.Sed tñ cū ille scripsisset,vt opinor,se in Alsiense vēturū,scripserūt ad eū sui,ne id faceret,multos ei molestos fore,ipsumq; multis.In Pontinū videri cōmodius eū exire posse.Id ego nō intelligebam,quid interesset.Sed tamē Hircius mihi dixit,& se ad eū,& Balbum,& Oppium scripsisse,vt ita faceret,homines,vt cognoui,amantes tui.Hoc ego idcirco nosse te volui, vt scires hospitiū tibi vbi parares,vel potius vtrobiq; . quid em̄ ille facturus,incertū est.& simul ostentaui me istis esse familiarē,& cōsiliis eoꝝ interesse.Qđ ego cur nolim,nihil video. NON ENIM est idē ferre,si quid ferendū est,& probare,si quid probandū nō est. etsi qd non probē! Quid em̄ iam scio p̄ter initia rerū!Nā hęc in volūtate fuerūt.Vidi em̄ (nā tu aberas) nostros amicos cupere bellū: hūc autē nō tā cupere,q̄ nō timere. Ergo hęc consilii fuerūt,reliqua necessaria. Vincere autē aut hos,aut illos necesse est.Scio te semp mecū in luctu fuisse,cū videremus q̄ illud ingens malū alterutrius exercitus ex ducū ĩteritu.Tū vero extremū maloꝝ omniū esse ciuilis belli victoriā:quā qdē ego etiā illoꝝ timebā,ad quos veneramus. Crudeliter em̄ otiosis minabātur,eratq; iis & tua inuisa volūtas,& mea oratio.Nūc vero si essent nostri potiti, valde intēperantes fuissent.Erāt em̄ nobis pērirati,quasi quicq̄ de nostra salute decreuissem⁹, qđ nō idē illis cēsuissemus:vt quasi vtilius reip.fuerit, eos etiā ad bestiarū auxiliū cōfugere, q̄ vel mori,vel cū spe,si nō optima,at aliqua tñ viuere.At in pturbata repu.viuimus,quis negat!Sed hæc viderint ii q nulla sibi subsidia ad omneis vitę status parauerūt.Huc em̄ vt venirē,superior lōgius q̄ volui,fluxit oratio. Cū em̄ te semp magnū hominē duxerim,tū q̄ his tēpestatibus es propę solus in portu,fructusq; doctrinę percipis eos, q maximi sunt,vt ea cōsiderēs,eaq; tractes,quoꝝ & vsus,& delectatio est oībus istoꝝ & actis,& voluptatibus antepoēnda.Equidē hos tuos Tusculanenseis dies instar esse vitę puto, libenterq; omnibus omneis opes cōcesserim,vt mihi liceat, vi nulla interpellāte,isto modo viuere. Qđ nos quoq; imitamur vt possumus,& in nostris studiis libētissime cōquiescimus. QVIS ENIM hoc nō dederit nobis,vt cū opa nostra patria siue nō possit vti,siue nolit,ad eā vitā reuertamur,quā multi docti hoies,fortasse nō recte,sed tñ multi,etiā reip.p̄ponendā putauerūt! Quæ igit studia magnoꝝ hoim sentētia vacationē habēt, eandē publici muneris iis cōcedēte repub.cur non aburamur!Sed plus facio,q̄ Caninius mandauit. Is.n.si qd ego scirē,rogarat,qđ tu nescires: ego tibi ea narro,quę tu melius scis,q̄ ipse qui narro.Faciā ergo illud qđ rogatus sum,vt eorum quæ temporis huius sint,quæ tua esse audiero,ne quid ignores. Vale.

Cum & tū.

Instar vitę.

CICERO VARRONI.S.D.

COenabam apud Seium,cū vtriq; nostrū reddit æ sunt a te literę.Mihi vero iam maturū videt.Nā q̄ antea te calumniatus sum,indicabo malitiā meā. Volebā propę alicubi esset, si qd bonæ salutis σὺν δὺ ἐρχομένῳ: nūc quādo confecta sunt omnia,dubitandū nō est,quin ęquis viris. Nam vt audiui de Lucio Cæsaris filio,mecū ipse.Quid hic mihi faciet patri!Itaq; non desino apud istos q nūc dominant,cœnitare.Quid faciā! tempori seruiēdū est.Sed ridicula missa faciamus,pręsertim cū sit nihil,qđ rideamus.Aphrica terribili tremit horrida terra tumultu.Itaq; nullū est ἀπροσκλώμενον,qđ nō verear.Sed qđ q̄ris,quādo,qua,quo,nihil adhuc scimus. Istuc ipm de Baiis nōnulli dubitāt,an p Sardiniā veniat. Illud.n.adhuc p̄dictū suū nō inspexit,nec vllū habet deterius,sed tñ nō cōtemnit. Ego oīno magis arbitror p Siciliā,vel iā sciemus,aduentat em̄ Dolabella,eū puto magistrū fore . πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων . Sed tamē si sciā quid tu cōstitueris,meū consiliū potissimū accōmodabo ad tuū, quare expecto tuas literas. Vale.

Versus.

CICERO VARRONI.S.D.

STi munus flagitare, q̄uis qs ostēderit,& ne popul⁹ qdē solet, nisi cōcitat⁹, tñ ego expectatione p̄missi tui moueor,vt admoneā te,nō vt flagitem.Misi aūt ad te quattuor admonitores nō nimis verecūdos.Nosti enim p̄fecto os adolescentioris eius Academiæ.Ex ea igitur media excitatos misi, q metuo ne te forte flagitent,ego aūt mādaui,vt rogarent. Expectabā omnino iādiu, meq; sustinebam, ne ad te prius ipse quid scriberem, q̄ aliquid accepissem,

Flagito.
Rogo.

vt posſem te remunerari q̃ simillimo munere.Sed cũ tu tardius faceres,idest vt ego interpretor,diligẽtius,teneri nõ potui,quin cõiũctionẽ studioꝝ,amorisq; nostri,quo posſem literarũ genere declararẽ.Feci igit̃ sermonẽ inter nos habitũ in Cumano,cũ esset vna Põponius: tibi dedi parteis Antiochianas,quas a te probari intellexisse mihi videbar:mihi sumpsi Philonis, puto fore,vt cũ legeris,mirere id nos locutos esse inter nos,qđ nũq̃ locuti sumus, sed nostri morẽ dialogoꝝ.Post hæc aũt mi Varro q̃plurima,si videbit̃, & de nobis inter nos, sero fortasse,sed ſuperioꝝ tẽpoꝝ fortuna reip.causam sustineat.Hæc ipsi pstare debemus: atq; vtinã quietis tẽporibus,atq; aliquo si nõ bono,at saltem certo statu ciuitatis, hæc inter nos studia exercere possemus.Q̃q̃ tũ quidẽ vel alię quępiã rationes,honestas nobis & curas,& actiones darent:nũc autẽ quid est sine his cur viuere velimus?Mihi vero cũ his ipsis vix:his autẽ detractis,nec vix quidẽ.Sed hæc corã,& sępius.Migrationẽ,& emptionẽ feliciter euenire volo, tuũq; in ea re consilium probo.Cura vt valeas.

DOLABELLA CICERONI.S.D.

SI vales gaudeo,& ipse valeo,& Tullia nostra recte valet.Terẽtia minus belle habuit,sed certũ scio iã cõualuisse eã. Præterea rectissime sunt apud te oĩa. Etsi nullo tẽpore in suspitionẽ tibi debui venire partiũ causa potius, q̃ tua tibi suadere,vt te aut cũ Cæsare,nobiscũq; cõiũgeres,aut certe in otiũ referres,præcipue nũc iam inclinata victoria,ne possum qdẽ in vllã aliã incidere opinionem,nisi in eã,in quam scilicet tibi suadere videar,qđ pie tacere non possum.Tu aũt mi Cicero,sic hęc accipies,vt siue probabunt̃ tibi,siue nõ ꝓbabũtur, ab optimo certe animo,ac deditissimo tibi & cogitata,& scripta esse iudices.Animaduertis Cn.Põpeiũ,nec nominis sui,nec rerũ gestarũ gloria,nec etiã regũ,ac nationũ clientelis,quas ostenta re crebro solebat,esse tutũ:& hoc etiã qđ infimo cuiq; cõtigit,illi nõ posse cõtingere,vt honeste effugere possit,pulso Italia,amissis Hispaniis,capto exercitu veterano,circũuallato nũc deniq;.qđ nescio an vlli vnq̃ nostro acciderit imperatori.In quã rẽ, q̃d aut ille spærare possit, aut tu,†animũ aduerte ꝓ tua prudẽtia.Sic eñ facillime qđ tibi vtilissimũ erit,cõsilii capies. Illud aũt a te pęto,vt si iã ille euitauerit hoc pęriculũ,& se abdiderit ĩ classem, tu tuis rebus cõsulas,& aliquãdo tibi potius,q̃ cuiuis sis amicus.Satisfactũ est iam a te vel officio, vel familiaritati,satisfactũ etiã ptibus,& reipu.quã tu ꝓbabas.Reliquũ est,vbi nũc est resp.ibi sim9 potius,q̃ dũ illã veterẽ sequamur,simus ĩ nulla.Quare velim mi iucũdissime Cicero, si forte Põpęius pulsus his quoq; locis,rursus alias regiones pętere cogat̃, vt tu te vel Athenas, vel in quãuis quietã recipias ciuitatẽ.Qđ si eris facturus,velim mihi scribas,vt ego,si vllo modo potero,ad te aduolẽ.Quęcũq; de tua dignitate ab impatore erũt impętrãda,qua est humanitate Cæsar,facillimũ erit ab eo tibi ipsi impętrare, & meas tamẽ preces apud eũ non minimũ auctoritatis habituras puto.Erit tuę quoq; fidei,& humanitatis, curare vt is tabellari9 quẽ ad te misi,reuerti possit ad me,& a te mihi literas referat. Vale.

Pompeii pericula.

†animaduerte.

CICERO.P.DOLABELLAE.S.D.

NOn sum ausus Saluio nostro nihil literarum dare, nec mehercule habebam quid scriberem, nisi te a me mirabiliter amari, de quo etiam nihil scribente me,te non dubitare certo scio.Omnino mihi literæ magis sunt expectandæ a te,q̃ a me tibi. Nihil enim Romæ geritur,quod te putem scire curare.nisi forte scire vis me inter Niciam nostrum,& Vidium iudicem esse.Profert alter (vt opinor) duobus versiculis expensum Niciæ, alter Aristarchus hos ὀβελίζει.Ego tanq̃ criticus antiquus iudicaturus sum,vtrum sint τῦ πριστῦ, an παρεμβεβλημένοι.Puto nunc dicere,oblitus ne es igitur fungorum illoꝝ,quos apud Niciam?& ingentium culinarum cum Sophia Septimæ?Quid ergo?adeon tu mihi excussam seueritatem veterẽ putas,vt ne in foro reliquię pristinæ frontis appareant?Sed tñ suauissimũ συμβιώτλω nostrum præstabo integellum,nec cõmittam,vt si ego eum condemnaro,tu restituas,ne habeat Plancus Bursa,apud quem literas discat.Sed quid ago?cum mihi sit incertũ tranquillo ne sis animo,an vt in bello,in aliqua maiuscula cura,negotioue versere,labor longius. Cum igitur mihi erit exploratum te libenter esse risurum,scribam ad te pluribus. Te tamen hoc scire volo,vehementer populum sollicitum fuisse de P.Syllæ morte ante q̃ certũ scierit.Nũc quęrere desierunt,quomodo pęrierit.Satis putant se scire,qđ sciunt. Ego cætera qui animo æquo fero,vnum vereor, ne hasta Cæsaris†refrixerit. Vale.

Amari a me.

†non refrixerit.

Epistolarum familiarium

CICERO DOLABELLAE SVO.S.D.

Meo ipsius

VEl meo ipsius interitu mallem literas meas desiderares, q̃ eo casu, quo sum grauissime afflictus: quẽ ferrem certe moderatius, si te haberem. Nam & oratio tua prudens, & amor erga me singularis, multum leuaret. Sed quoniam breui tempore, vt opinio nostra est, te sum visurus, ita me affectũ offendes, vt multum a te possim iuuari: non quo ita sim fractus, vt aut hominem me esse oblitus sim, aut fortunę succumbendum putem, sed tamen hilaritas illa nostra & suauitas, quæ te præter cæteros delectabat, erepta mihi omnino est. Firmitatẽ tamẽ & constantiam, si modo fuit aliquando in nobis, eãdem cognosces, quã reliquisti. Qđ scribis prędia te mea causa sustinere, non tam id laboro, vt si qui mihi obtrectent, a te refutentur, q̃ intelligi cupio, qđ certe intelligitur, me a te amari. qđ vt facias, te etiam atq; etiã rogo. Ignoscasq; breuitati mearum literarum: nam & celeriter vna futuros nos arbitror, & nondũ satis confirmatus sum ad scribendum. Vale.

CICERO DOLABELLAE.S.D.

GRatulor Baiis nostris, si quidẽ, vt scribis, salubres repẽte factę sunt. nisi forte te amãt, & tibi assentãtur, & tãdiu dũ ades, sunt oblitę sui. Qđ quidẽ si ita est, minime miror, cælũ etiã, & terras vim suã, si tibi ita cõueniat, dimittere. Oratiunculã pro Deiotaro, quã requirebas, habebã mecũ, qđ non putaram. Itaq; eã tibi misi: velim sic legas, vt causam tenuẽ, & inopem, nec scriptione magnope dignã, sed ego hospiti veteri, & amico munusculũ mittere volui leuidense crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera. Tu velim animo sapienti, fortiq; sis, vt tua moderatio, & grauitas aliorum infamet iniuriam. Vale.

CICERO DOLABELLAE.S.D.

CSuberinus Calenus, & meus est familiaris, & Leptę nostri familiarissimi per necessarius. Is cum vitãdi belli causa profectus esset in Hispaniam cum M. Varrone ante bellũ, vt in ea prouincia esset, in qua nemo nostrũ post Afraniũ superatũ bellũ vllũ fore putarat, incidit in ea ipsa mala, qua summo studio vitauerat. Oppressus est enĩ bello repẽtino: qđ bellũ cõmotũ a Scapula, ita postea confirmatũ est a Pompęio, vt nulla ratione se ab illa miseria eripere posset. Eadem causa fere est M. Planii hæredis, qui est item Calenus, Leptæ nostri familiarissimus. Hosce igitur ambos sic tibi cõmẽdo, vt maiore cura, studio, sollicitudine animi cõmendare nõ possim. Volo ipsoꝝ causa, meq; in eo vehemẽter, & amicitia mouet, & humanitas. Lepta vero cũ ita laboret, vt eius fortunę videãtur in discrimen venire, non possum ego nõ aut proxime atq; ille, aut etiã æque laborare. Quapropter etsi sæpe expertus sum, quantũ me amares, tamẽ sic velim tibi persuadeas, id me in hac re maxime iudicaturũ. Peto igit a te, vel si pateris, oro, vt homines miseros, & fortuna, quã vitare nemo potest, magis q̃ culpa calamitosos, cõserues incolumeis, velisq; per te me hoc muneris cũ ipsis amicis hominibus municipio Caleno, quicũ mihi magna necessitudo est, tum Leptæ, quẽ omnibus antepono, dare. Qđ dicturus sum puto equidẽ nõ valde ad rem pertinere, sed tamẽ nihil obest dicere, res familiaris alteri eoꝝ valde exigua est, alteri vix equestris. Quapropter qñ his Cæsar vitam sua liberalitate cõcessit, nec est qđ iis pręterea magnopere possit adimi, reditũ, si me tantũ amas, quãtũ certe amas, hominibus confice. In quo nihil est, pręter viã longã, quã idcirco non fugiũt, vt & viuant cum suis, & moriantur domi. Qđ vt enitare, contendasq;, vel potius vt perficias (posse enim te mihi persuasi) vehementer te etiam atq; etiam rogo. Vale.

Cõmend.

Volo ipsorũ causa.

Peto & oro.

Municipiũ

CICERO DOLABELLAE.S.D.

STsi cõtẽtus erã mi Dolabella tua gloria, satisq; ex ea magnã lętitiã, voluptatẽq; capiebã, tñ nõ possum nõ cõfiteri cumulari me maximo gaudio, q̃ vulgo hoĩm opinio sociũ me ascribat tuis laudibus. Neminẽ cõueni, cõuenio aũt quotidie plurimos: sunt.n. pmulti optimi viri, q̃ valetudinis causa in hęc loca veniãt: pręterea ex municipiis frequẽtes necessarii mei: quin oẽs cũ te summis laudibus ad cælũ extulerint, mihi cõtinuo maximas gratias agant. Negant enĩ se dubitare, qn tu meis præceptis, & consiliis obtẽperans prestantissimũ te ciuẽ, & singularem consulẽ p̃beas. Quibus ego q̃q̃ verissime possum respondere te, quę facias, tuo iudicio, & tua sponte facere, nec cuiusq̃ egere consilio,

Acute.

tñ neq; plane assentior, ne iminuã laudẽ tuã, si ois a meis cõsiliis ꝓfecta videaꝫ, neq; valde nego. Sũ.n. auidior etiã, q̃ satis est, glorię. Est tñ nõ alienũ a dignitate tua, qđ ipsi Agamemnoni regi regũ fuit honestũ, habere aliquẽ in cõsiliis capiũdis Nestorẽ: mihi vero gloriosum, te iuuenem consulẽ florere laudibus, quasi alũnũ disciplinę meę. L. quidẽ Cęs. cum ad eũ ægrotum Neapolim venissem, q̃q̃ erat oppressus toti⁹ corporis doloribꝰ, tñ ante, q̃ me plane salutarit, o mi Cicero, inqt, gratulor tibi, cũ tãtũ vales apud Dolabellã, quãtũ si ego apud sororis filiũ valerẽ, iã salui esse possem⁹. Dolabellę vero tuo & gratulor, & gratias ago: quẽ quidẽ post te cõsulẽ, solũ possumus vere cõsulẽ dicere. Deinde multa de facto, ac de re gesta, tum nihil magnificẽtius, nihil ꝑclarius actũ vnq̃, nihil reip. salutarius. Atq; hęc vna vox oĩm est. A te aũt peto, vt me hãc quasi falsam hęreditatẽ alienę glorię finas cernere, meq; aliqua ex parte in so cietatẽ tuarũ laudũ venire patiare. q̃q̃ mi Dolabella (hęc.n. ꝛocatꝰ sum) libẽtiꝰ omneis meas, si modo sunt aliq̃ meę laudes, ad te trãsfuderim, q̃ aliquã partẽ exhauserim ex tuis. Nã cũ te sempęr tantũ dilexerim, quantũ tu intelligere potuisti, tum his tuis factis sic incẽsus ꝛum, vt nihil vnq̃ in amore fuerit ardẽtius. NIHIL est em̃ (mihi crede) virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Semp amaui M. Brutũ propter eius summũ ingeniũ, suauissimos mores, singularẽ probitatẽ, atq; cõstantiã: tñ Idibus Martiis tantũ accessit ad amorẽ, vt mirarer locũ fuisse augẽdi in eo, qđ mihi iampridẽ cumulatũ etiã videbaꝫ. Quis erat, qui putaret ad eũ amorẽ, quẽ erga te habebã, posse aliquid accedere! tantũ accessit, vt mihi nũc deniq; amare videar, antea dilexisse. Quare qd est qđ ego te horter, vt dignitati, & glorię seruias! ꝓponã tibi claros viros, qđ facere solẽt, q̃ hortantur! Neminẽ habeo clariorẽ, q̃ te ipsum, te imitere oportet, tecũ ipse certes, nec licet qdẽ tibi iã tãtis rebꝰ gestis nõ tui similẽ esse. Qđ cũ ita sit, hortatio nõ est necessaria, gratulatione magis vtendũ est. Cõtigit.n. tibi, qđ haud scio an nemini, vt summa seueritas aiaduersionis nõ modo nõ inuidiosa, sed etiã popularis esset, & cũ bonis oĩbus, tũ infimo cuiq; gratissima. Hoc si tibi fortuna quadã cõtigisset, gratularer felicitati tuę, sed cõtigit magnitudine tũ animi, tũ etiã ingenii, atq; cõsilii. Legi.n. cõcionẽ tuã, nihil illa sapiẽtius, ita pedetẽtim, & gradatim tũ accessus a te ad causam facti, tũ recessus, vt res ipa maturitatẽ tibi aiaduertẽdi oĩm cõcessu daret. Liberasti igit & Vrbẽ ꝑriculo, & ciuitatẽ metu: neq; solum ad tẽpus maximã vtilitatem attulisti, sed etiã ad exemplũ facti. Intelligere debes in te repositã esse rẽpu. tibiq; nõ modo tuendos, sed etiã ornandos esse illos viros, a qbus initium libertatis profectũ est. Sed his de rebus corã plura propediẽ, vt spęro. Tu quãdo rẽp. nosq; conseruas, fac vt diligentissime te ipsum mi Dolabella custodias. Vale.

Cernere.

Hís tuís.

Virtutis laus.

Amare.

Diligere.

An nemini pro cuiq̃.

CICERO PAPIRIO PAETO. S.D.

DVabus tuis epistolis respõdebo. vni quã triduo ante acceperã a Zeto, alteri quã attulerat Phileros tabellarius. Ex priorib⁹ tuis literis intellexi ꝓgratã tibi esse sententiã meã, & animũ meũ ꝑspectũ circa curã valetudinis tuæ, quã tibi esse gaudeo. Sed, mihi crede, nõ ꝑinde vt est re, absens literis ꝑspicere potuisti. Nam cũ satis a multis (nõ em̃ possum aliter dicere) & coli me videã, & dilĩgi, nemo est illorũ oĩm mihi te iucundior. Nã q; me amas, q; id etiã pridem & cõstãter facis, est id quidẽ magnũ, atq; haud scio, an maximũ, sed tibi cõmune cum multis: q; tu ipse tam amandus es, tamq; dulcis, tãq; in omni genere iucundus, id est proprie tuum. Accedunt nõ Attici, sed salsiores, q̃ illi Atticorũ, Romani veteres, atq; vrbani sales. Ego aũt (existimes licet quod lubet) mirifice capior facetiis maxime nostratibus, ꝑsertim cum eas videã primum oblitas Latio, tum, cũ in Vrbem nostrã est infusa ꝑegrinitas, nunc vero etiã brachatis, & transalpinis nationibus, vt nullum veteris leporis vestigium appareat. Itaq; te cũ video, omneis mihi Gracchos, oĩneis Lucilios, vere vt dicã, Crassos quoq;, & Lęlios videre videor. Moriar, si ꝑter te quẽq̃ reliquũ habeo, in quo possim imaginẽ antiquę, & vernaculę festiuitatis agnoscere. Ad hos lepores cũ amor erga me tãtus accedat, miraris me tanta ꝑturbatione valetudinis tuę tã grauiter exanimatũ fuisse! Q; aũt altera epistola purgas te, nõ dissuasorẽ mihi emptionis Neapolitanę fuisse, sed auctorẽ moderationis vrbanę, neq; ego aliter accepi, intellexi tñ idem, qđ his intelligo literis, non existimasse te mihi licere id, quod ego arbitrabar, res has nõ omnino quidẽ, sed magnã partẽ relinquere. Catulũ mihi narras, & illa tempora, quid simile! ne mihi quidẽ ipi tũc placebat diutius abesse ab reipu. custodia. Sedebamus.n. in puppi, clauũq; tenebamꝰ, nũc aũt vix est in sentina locus. Annus multa senatus cõsulta futura putas, si ego sim Neapoli! Romę cum sum, & vrgeo forum,

Sales.

Brachati.

Allusio ad nauclerũ.

senatusconsulta scribunt apud amatorẽ tuũ familiarẽ meũ. Equidẽ,cũ in mentẽ venit,ponor ad scribendũ,& ante audio senatuscõsultũ in Armeniã,& Syriam esse perlatũ,qđ in meã sen
Ciceronis fama. tentiam factum esse dicatur,q̃ omnino mentionem vllam de ea re esse factã. Atq; hoc nolim me iocari putes.Nã mihi scito iã a regib⁹ vltimis allatas esse literas,qbus mihi gratias agãt, q̃ se mea sentẽtia reges appellauerim,quos ego nõ modo reges appellatos,sed oĩno natos nesciebam.Quid ergo est?tñ q̃diu hic erit noster hic prefectus morib⁹,parebo auctoritati tuę: cum vero aberit,ad fungos me tuos conferã.Domũ si habebo,in denos dies,singulos sumptuariæ legis conferam.Sin minus inuenero,qđ placeat,decreui habitare apud te.Scio enim me nihil gratius tibi facere posse.Domum Sullanam desperabam iam,vt tibi proxime scripsi, sed tamen non abiecí.Tu velim,vt scribis,cum fabris eam perspicias.Si em̃ nihil est in parietibus,aut in tecto vitii,cætera probantur. Vale.

M.C.PAPIRIO PAETO.S.D.

Eodẽ exemplo bis. Electauerunt me literę tuę,in quibus primũ amaui amorẽ tuum, qui te ad scribendũ incitauit,verentẽ ne Silius suo nuncio aliquid mihi sollicitudinis attulisset,de quo etiã tu mihi antea scripseras, bis quidem eodẽ exemplo,facile vt intelligerẽ te esse commotũ:& ego tibi accurate rescripseram, vt quoquo modo in tali re,atq; tẽpore,aut liberarẽ te ista cura,aut certe leuarem.Sed qñ proximis quoq; literis ostendis quantæ curæ tibi sit ea res, sic mihi Pęte habeto,quicquid arte fierí potuerit,(Non.n. iam satis est cõsilio pugnare,artificiũ quoddã excogitandũ est.)Sed tñ quicqd elaborari,aut effici potuerit, ad istorum beneuolentiã conciliandã,& colligendã,summo studio me consecutũ esse,nec frustra,vt arbitror.sic em̃ color,sic obseruor ab oĩbus iis qui a Cęsare diligunt,vt ab eis me amarí putem.NAM ETSI non facile diiudicat amor verus,& fictus,nisi aliquod incidat eiusmodí tẽpus,vt quasi aurũ igne,sic beneuolẽtia fidelis periculo aliquo perspicí possit,cętera sunt signa cõmunia.Sed ego vno vtor argumẽto, quãobrẽ me ex aĩo vereq; arbitror diligi, quia & nostra fortuna ea est,& illoꝝ,vt simulãdi causa nõ sit.De illo aũt,quẽ pœnes ẽ oĩs potestas, nihil video qđ timeã,nisi q̃ oĩa sunt incerta,cũ a iure discessum est, nec pstari quicq̃ potest,
Libído. quale futurũ sit qđ positũ est in alterius volũtate,ne dicã libidine.Sed tñ ei⁹ ipsius nulla re a me offẽsus est anim⁹.Est em̃ adhibita in ea re ipsa summa a nobis moderatio. vt em̃ olim arbitrabar esse meũ libere loq,cuius opera esset in ciuitate libertas,sic ea nunc amissa, nihil loq qđ offendat,aut illius,aut eorũ q̃ ab illo diligunt,voluntatẽ.Effugere aũt si velim nonnullorum acute,aut facete dictorũ offensionẽ,fama ingenii mihi est abiiciẽda: qđ si id possem,non recusarẽ.Sed tñ ipse Cęsar habet peracre iudiciũ, & vt Seruius frater tuus, quẽ literatissimũ
Plautinum quid. fuisse iudico,facile diceret,hic versus Plauti non est,hic est,q̃ tritas haberet aureis notandis
Ciceronianũ quid. generibus poetarum,& consuetudine legendi,sic audio Cęsarem cũ volumina iam cõfecerit ἀποφθεγμάτων,si quid afferatur ad eum pro meo,quod meũ non fit,reiicere solere.qđ eo nũc magis facit,quia viuunt mecũ fere quotidie illius familiares.Incidunt autem in sermone vario multa,quæ fortasse illis cũ dixi,nec illiterata,nec insulsa esse videantur. Hæc ad illum cũ reliquis actis perferunt,ita em̃ ipe mandauit.Sic fit,vt si quid pręterea de me audiat, non audiendũ putet.Quamobrem Oenomao tuo nihil vtor,etsi posuisti†ioco versus Accianos.Sed
Oenomaus Accii. quæ est inuidia!aut quid nũc mihi inuideri põt!Verũ fac esse oĩa. Sic video philosophis placuisse iis,q̃ mihi soli videnť vim virtutis tenere, NIHIL esse sapiẽtis p̃stare,nisi culpã:qua videor mihi dupliciter carere,& q̃ ea senserim q̃ rectissima fuerũt,& q̃ cũ viderem pręsidii nõ
† loco. Philosophorũ sententia. satis esse ad ea obtinẽda,virib⁹ certandũ cũ valẽtioribus nõ putarim.Ergo in officio boni ciuis,certe nõ sum reprehendẽdus.Reliquũ est ne qd stulte,ne qd temere dicã,faciãve cõtra po-
Culpa carere. tenteis.Id quoq; puto esse sapiẽtis.Cętera vero,qd quisq; me dixisse dicat, aut quomodo ille accipiat,aut qua fide mecũ viuãt ii,q̃ me assidue colũt,& obseruãt,p̃stare nõ possum. Ita fit, vt & superiorum consiliorũ conscientia,& præsentis temporis moderatione,me consoler, & illã Accii similitudinem non modo iã ad inuidiam,sed ad fortunam transferã, quã existimo leuem,& imbecillẽ,ab animo firmo,& graui,tanq̃ fluctum a saxo frãgi oportere.Etem̃ cũ plena sint monimenta Grecorum,quẽadmodũ sapientissimi viri regna tulerint vel Athenis,vel Syracusis,cum seruientibus suis ciuitatibus fuerint ipsi quodammodo liberi,ego me non putem tueri meum statum sic posse,vt neq; offendam animum cuiusq̃, nec frangam dignitatẽ meã!Nũc venio ad iocationes tuas,quando tu secundũ Oenomaũ Accii,non vt olim solebat

Atellanũ,ſed vt nũc fit,Mimũ introduxiſti. Quẽ tu mihi Põpiliũ,quẽ Denariũ narras?quam Tyrotarichi patinã?facilitate mea iſta ferebant antea,nũc mutata res eſt.Hirciũ ego,& Dola bellam dicendi diſcipulos habeo,cœnãdi magiſtros. Puto.n.te audiſſe(ſi forte ad vos omnia pferunt)illos apud me declamitare,me apud eos cœnitare.Tu aũt,ꝙ mihi bonã copiã eiures nihil eſt:tum.n.cũ rẽ habebas q̃ſtiũculis te faciebã attentiorẽ,nũc cum tã ęquo aĩo bona pꝛ das,nõ eo ſis cõſilio,vt cũ me hoſpitio recipias,exiſtimationẽ te aliquã putes accipꝛe,etiam hęc leuior eſt plaga ab amico,q̃ a debitore.Nec tĩ eas cœnas q̃ro,vt magnę reliquię fiãt: qđ erit,magnificũ ſit,& lautũ.Memini te mihi Phameę cœnã narrare, tẽperius fiat:cætera eodẽ modo.Q; ſi pꝛſeueras me ad matris tuę cœnã vocare,ferã id quoꝙ. Volo.n. videre animũ, qui mihi audeat iſta q̃ ſcribis,apponere,aut etiã polypũ Miniani Iouis ſimilẽ.Crede mihi,nõ audebis.Ante meũ aduentũ fama ad te de mea noua lautitia veniet, eã extimeſces. Neꝙ eſt, ꝙ in Promulſide ſpꝛi ponas aliqd,quã totã ſuſtuli.Solebã.n.antea delectari oleis,& Lucanicis tuis.Sed quid hęc loqmur?liceat modo iſto venire.Tu vero(volo.n.abſtergere animi tui me tum)ad Tyrotarichũ antiquũ redi.Ego tibi vnũ ſumptũ afferã,ꝙ balneum calfacias oportebit,cętera more noſtro.ſupꝛiora illa luſimus.De villa†Cęciliana,& curaſti diligenter,& ſcripſiſti facetiſſime,Itaꝙ puto me pꝛętermiſſurum.ſalis.n.ſatis eſt,†Sannionum parum. Vale.

Memini narrare,

†Seciliana.

†Sannonũ.

M.CICERO PAPIRIO PAETO.S.D.

NVm tu homo ridiculus es?q cũ Balbus noſter apud te fuerit,ex me q̃ras,qđ de iſtis municipiis,& agris futurũ putẽ?q̃ſi aut ego qcq̃ ſciã, qđ iſte neſciat, aut ſi qd aliqñ ſcio,nõ ex iſto ſoleam ſcire. Immo vero, ſi me amas, tu fac vt ſciam,quid de nobis futurũ ſit.Habuiſti.n.in tua poteſtate,ex quo vel ex ſobrio,vel certe ex ebrio ſcire poſſes.Sed ego iſta mi Pęte nõ quæro, primũ qa de lucro propꝛ iam quadrienniũ viuimus,ſi aut hoc lucrũ eſt, aut hęc vita, ſupꝛſtitẽ reip.viuere.Deinde ꝙ ſcire quoꝙ mihi videor,quid futurũ ſit.ffet.n. quodcũꝙ volent q valebunt,valebunt aũt ſemp arma.Nobis igitur ſatis eſſe debet quicquid conceditur. hoc ſi quis pati non potuit,mori debuit. Veientem quidẽ agrum, & Capenatẽ metiunt,hic nõ longe abeſt a Tuſculano.Nihil tĩ timeo,fruor dum licet:opto,vt ſemper liceat. Si id minus contigerit,tĩ quando ego vir fortis,idemꝙ philoſophus viuere pulcherrimũ duxi, nõ poſſum eum nõ diligere,cuius beneficio id cõſecutus ſum:qui ſi cupiat eſſe rẽpu. qualẽ fortaſſe & ille vult,& oẽs optare debemus,quid faciat tĩ nõ habet,ita ſe cum multis colligauit. Sed longius progredior.ſcribo.n.ad te.Hoc tĩ ſcito,non modo non me,qui cõſiliis nõ interſum,ſed ne ipm quidẽ pꝛincipẽ ſcire quid futurũ ſit.Nos.n.illi ſeruimus,ipſe temporibꝰ. ita nec ille,quid tẽpora poſtulatura ſint,nec nos,quid ille cogitet,ſcire poſſumus.Hęc tibi antea nõ reſcripſi,nõ quo ceſſator eſſe ſolerẽ,pꝛſertim in literis,ſed cũ exploratí nihil haberẽ,nec tibi ſollicitudinẽ ex dubitatione mea,nec ſpem ex affirmatiõe afferre volui. Illud tĩ aſcribam, qđ eſt veriſſimum, me his tẽporibus adhuc de iſto pꝛiculo nihil audiſſe. Tu tĩ pro tua ſapientia debebis optare optima,cogitare difficillima,ferre quęcunꝙ erunt. Vale.

Ex ebrio arcana ſciri.

Fruor dũ licet.

CICERO.S.D.PAPIRIO PAETO.

CVm eſſem otioſus in Tuſculano,propterea ꝙ diſcipulos obuiã miſerã, vt iidẽ me q̃maxie cõciliarẽt familiari ſuo, accepi tuas literas pleniſſimas ſuauitatis:ex qbus intellexi probari tibi meũ conſiliũ,ꝙ vt Dionyſius tyrãnus cũ Syracuſis expulſus eſſet, Corinthi dicit ludũ apꝛuiſſe, ſic ego ſublatis iudiciis,amiſſo regno forẽſi,ludũ quaſi habere cœperim. Quid quæris? me quoꝙ delectat cõſiliũ.multa em cõſequor,primũ id,qđ maxie nũc opus eſt, munio me ad hęc tẽpora.Id cuiuſmodi ſit,neſcio,tantũ video,nulliꝰ adhuc cõſilia me huic anteponere.niſi forte mori melius fuit,in lectulo fateor,ſed nõ accidit,in acie nõ fui.Cæteri qdẽ,Põpeius,Lentulus tuus,Scipio,Afranius fœde pꝛierunt,at Cato pclare.Iam iſtuc quidẽ cum volemus,licebit.Demus modo operam,ne tam neceſſe nobis ſit,q̃ illi fuit,id quod agimus.Ergo hoc primũ ſequitur illud,ipe melior fio.Primũ valetudine, quã intermiſſis exercitationibus amiſerã.Deinde ipſa illa,ſiqua fuit in me facultas orationis,niſi me ad has exercitatiões retuliſſem,exaruiſſet.Extremũ illud eſt,qđ tu neſcio an primũ putes,plureis iã pauones cõfeci,q̃ tu pullos colũbinos.Tu iſtic te Atteriano iure delectato, ego me hic Hirciano. Veni igitẽ,ſi vir es,& diſce πꝛολεγομένας,quas q̃ris,etſi ſus Mineruam.Sed quando,vt video, eſtimationes tuas vẽdere nõ potes,neꝙ olam denariorum implere,Romã tibi remigrandum

Declamare docet Cic.

Memini narrare,

Dionyſius Tyrannus ludi magiſter,

Mors fœda & clara,

Fruor dũ licet.

Sus Mineruam.

Cruditas. Canterium comedisti.

est. Satius est hic cruditate, q̃ istic fame. Video te bona perdidisse, spero idẽ istuc, familiareis tuos. Actum igitur de te est, nisi prouides. Potes mulo isto, quẽ tibi reliquũ dicis esse, quãdo canterium comedisti, Romã peruehi. Sella tibi erit in ludo, tanq̃ Hypodidascalo proxima, cã puluinus sequetur. Vale.

M.C.PAPIRIO PAETO.S.D.

Locus.

AMen a malitia non discedis: tenuiculo apparatu significas Balbũ fuisse contentum, hoc videris dicere, cũ reges tã sint continentes, multo magis cõsulareis esse oportere. nescis me ab illo oia expiscatũ? recta. n. a porta domũ meã venisse. neq; hoc admiror, q̃ nõ ad tuã potius, sed illud, q̃ nec ad suam. Ego autem tribus primis verbis, quid noster Pætus? at ille adiurans, nusq̃ se vnq̃ libentius. Hoc si verbis assecutus es, aureis ad te afferam nõ min⁹ elegãteis. Sin autẽ obsonio, peto a te, ne pluris esse balbos, q̃ disertos putes. Me quotidie aliud ex alio impedit. Sed si me expediero, vt in ista loca venire possim, non cõmittam, vt te sero a me certiorem factum putes. Vale.

M.C.PAPIRIO PAETO.S.D.

Scurra veles.

Ad ouum.

VPliciter delectatus sum tuis literis, & q̃ ipse risi, & q̃ te intellexi iam posse ridere. Me aũt a te, vt Scurrã velitẽ, malis oneratũ esse, nõ molestẽ tuli. Illud doleo, in ista loca venire me, vt cõstituerã, nõ potuisse. Habuisses. n. nõ hospitẽ, sed cõtubernalẽ. At quẽ virũ? nõ eũ, quẽ tu es solitus p̃mulsi de cõficere. Integrã famẽ ad ouũ affero, ita vsq̃ ad assum vitellinũ opera perdu cit. Illa mea, q̃ solebas antea laudare, o hominẽ facilẽ, o hospitẽ nõ grauem, abierunt. Nã oẽm nostrã de repu. curã, cogitationẽ de dicenda in senatu sentẽtia, cõmẽtationem causarũ, abiecimus. In Epicuri nos aduersarii nostri castra cõiecimus. Nec tñ ad hãc insolentiã, sed ad illã tuã lautitiã, veterẽ dico, cũ mecũ sumptus habebas, etsi nunq̃ plura p̃dia habuisti. Proinde te para, cũ hoie edaci tibi res est, & qui iã aliquid intelligat. ὀψιμαθὴς autẽ homines scis q̃ insolentes sint: dediscendæ tibi sunt sportellæ, & artolagani tui. Nos iam exareis tantũ habemus, vt Veriũ tuũ, & Camillũ, qua munditia hoies? qua elegantia? vocare sæpius audeam⁹. Sed vide audaciã, etiã Hircio cœnã dedi fine pauone, tñ in ea cœna cocus me⁹ prẽter ius feruẽs nihil potuit imitari. Hęc igit̃ est nunc vita nostra. Mane salutamus domi & bonos viros multos, sed tristeis, & hos lętos victores, qui me quidẽ pærofficiose, & pæramãter obseruant. Vbi salutatio defluxit, literis me inuoluo, aut scribo, aut lego. Veniũt etiã, q me audiunt, quasi doctũ hominẽ, quia paulo sum, q̃ ipi doctior. Inde corpori omne tẽpus datur. Patriam eluxi iam & grauius & diutius, q̃ vlla mater vnicum filiũ. Sed cura, si me amas, vt valeas, ne ego te iacente, bona tua comedam. Statui enim tibi ne ægroto quidem parcere. Vale.

Sportellæ.

Eluxi.

M.C.PAPIRIO PAETO.S.D.

Apophthegma.

Epistolaris stylus.

Papirii.

AIn tandẽ? insanire tibi videris, q̃ imitere verborum meorum, vt scribis, fulmina? tum insanires, si cõsequi nõ posses: cũ vero etiã vincas, me prius irrideas, q̃ te, oportet. Quare nihil tibi opus est illud a Trabea, sed potius ἀπόφθεγμα meũ. Verũtamẽ quid tibi ego videor in epistolis? nõne plebeio sermone agere tecũ? nec em̃ semp eodẽ modo. Quid em̃ simile habet epistola, aut iudicio, aut cõcioni? qn ipsa iudicia nõ solemus oia tractare vno modo. Priuatas causas & eas tenueis, agimus subtilius: capitis, aut famę scilicet ornatius. Epistolas vero quotidianis verbis texere solem⁹. Sed tñ mi Pęte quid tibi venit in mentẽ, negare Papiriũ quẽq̃ vnq̃ nisi plebeiũ fuisse? fuerunt em̃ patricii minorũ gentiũ, quorũ princeps Lucius Papirius Mugilanus, q cõsul cũ Lucio Sẽpronio Atracino fuit, cũ antea cẽsor cũ eodẽ fuisset annis post Romã cõditã trecẽtis. xii. sed tũ Papisii dicebamini. Post hunc. xiii. fuerũt Sella cu ruli ante Lucium Papirium Crassum, qui primus Papisius est vocari desitus. Is dictator cum Lucio Papirio Cursore magistro equitũ factus est, annis post Romã cõditam quadrin. quind. & quadriennio post consul cum C. Duillio. Hũc secutus est Cursor homo valde honoratus, deinde Lucius Masso ædilitius, inde multi Massones. quorũ quidẽ tu oim patriciorũ imagines habeas volo. Deide Carbones & Turdi insequunt̃. Hi plebeii fuerũt, quos cõtẽnas cẽseo. Nã prẽter hunc Cn. Carbonẽ, quẽ Damasippus occidit, ciuis e repu. Carbonũ nemo fuit. Cognouimus Cn. Carbonẽ, & eius fratrẽ Scurrã. Quid his ĩprobius? De hoc amico meo Rubriç

Carbones.

filio nihil dico,tres illi fratres fuere.P.C.M.Carbones.Publius Flacco accusante cõdemnat9. fugit Marcus ex Sicilia.Caius accusante L.Crasso cãtaridas sumpsisse dicitur,is trib.ple. sedi tiosus,& P.Aphricano vim attulisse existimat9 est. Hoc vero, qui Lilybæi a Pompeio nostro interfectus est,improbior nemo meo iudicio fuit.Iam pater eius accusatus a M.Antonio, sutorio atramento absolutus putatur. Quare ad patres censeo reuertare, plebeii q̃ fuerint importuni,vides. Vale. Cantarides. Atramẽtũ sutorium.

M.C.PAPIRIO PAETO.S.D.

AMo verecundiam,vel potius libertatem loquẽdi:atqui hoc Zenoni placuit homini mehercule acuto,etsi Academiæ nostræ cum eo magna rixa est.Sed vt dico,placet Stoicis suo quãq; rem nomine appellare.Sic.n.disserunt,nihil esse obscœnum,nihil turpe dictu.Nam si quod sit in obscœnitate flagitium, id aut in re esse,aut in verbo,nihil esse tertium.In re non est.Itaq; non modo in Comœdiis res ipsa narrat,vt ille in Trinũmo,Virgo modo (forte nosti cantícum,meministi Roscium) ita me destituit nudum. totus est sermo verbis tectus, re impudentior.sed etiã in Tragœdiis.quid est.n.illud?Quę mulier vna?qd inquã est?Vsurpato duplex cubile.Quid illud?Pheræi hic cubile inire est ausus. Quid est? Virginẽ me quõdã in uitam per vim violat.Iupiter bone violat? Atqui idem significat, sed alterum nemo tulisset. Vides igitur cum eadem res sit,quia verba non sint,nihil videri turpe: ergo in re nõ est.multo minus in verbis.Si enim quod verbo significatur,id turpe nõ est,verbum quod significat turpe esse non potest.Anum appellas alieno nomine,cur non suo potius?Si turpe est, ne alieno quidem : si non est, suo potius. Caudam antiqui penem vocabant, ex quo est propter similitudinem penicillus.At hodie pœnis est in obscœnis. At vero Piso ille Frugi in annalibus suis queritur,adolescentes pœni deditos esse . Quod tu in epistola appellas suo nomine, ille tectius pœnem:sed iam multis factum est tam obscœnum,q̃ id verbum, quo tu vsus es.Quid quod vulgo dicitur, Cum nos te volumus conuenire, num obscœnum est ? Memini in senatu disertum consularem ita eloqui. Hanc culpam maiorem, an illam dicam. potuit obscœnius?non inquis . Non enim ita sensit . Non ergo in verbo est, docui autem in re non esse, nusq̃ igitur est . Liberis dare operam q̃honeste dicitur, etiam patres rogant filios, eius opere nomen non audent dicere.Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen, is Connus vocitatus est.num id obscœnũ putas?Cum loquimur terni,nihil flagitii dicimus,at cũ bini, obscœnum est.Græcis quidem inquies.nihil est ergo in verbo,quando & ego græce scio,& tamẽ tibi dico bini,idq; tu facis,quasi ego græce,non latine dixerim.Ruta & mẽta recte vtrũq;.Volo mentam pusillam ita appellare,vt rutulam,nõ licet. Bella tectoriola,dic ergo etiã pauimẽta isto modo,non potes. Video igitur nihil esse nisi ineptias,turpitudinem nec in verbo esse, nec in re,itaq; nusq̃ esse.Ergo in verbis honestis obscœna ponimus. Quid enim, num honestum verbum est diuisio?At inest obscœnum,cui respõdet intercapedo:num hęc ergo obscœna sunt?Nos autẽ ridicule si dicimus, ille patrẽ strãgulauit,honorẽ non prefamur.sin de Aurelia aliquid,aut Lolia,honos præfandus est. Et quidem iam nõ etiã obscœna verba,pro obscœnis sunt. batuit inquit impudenter,depressit multo impudentius. Atqui neutrum est obscœnũ.STVLTORVM plena sunt omnia. Testes verbum honestissimum in iudicio,alio loco non nimis:at honesti colei lanuuini,cliterniní non honesti.Quid ipsa res modo honesta, modo turpis?suppellere,flagitium est:iam erit nudus in balneo,non reprehẽdes. Habes scholam Stoicam ὁ σοφὸς ἐυθυρήμων ἔστι,q̃ multa ex vno verbo tuo?Te aduersus me omnia audere gratum est.Ego seruo & seruabo,sic enim assueui,Platonis verecũdiam.Itaq; tectis verbis ad te scripsi,quę apertissimis agunt Stoici.Sed illi etiam crepitus aiũt eque liberos,ac ructus esse oportere.Honor est igitur. Calẽ.Martiis.Tu me diliges,& valebis. Anus podex. Penis. Memini. Mentula. Intercapedo. Prefari honorẽ. Testes. Colei. Lanuuini. Cliterniní. Crepitus liberi.

M.CICERO PAPIRIO PAETO.S.P.D.

HEri veni in Cumanum,cras ad te fortasse. Sed cũ certum sciã, faciã te paulo ante certiorem.Etsi Marcus Ceparius,cũ mihi in sylua gallinaria obuiã venisset,quęsissemq; quid ageres,dixit te in lecto esse, q̃ ex pedibus laborares,tuli scilicet moleste,vt debui,sed tamen constitui ad te venire, vt & viderem te, & viserem, & cœnarem etiam.Non enim arbitror cocum etiam te Arthricum habere.Expecta igitur hospitem cũ minime edacem,tum inimicum cœnis sumptuosis. Vale. Ex pedibus laboro.

Epistolarum familiarium

M.C.PAPIRIO PAETO.S.

RVfum istum amicum tuũ,de quo iterum iam ad me scribis,adiuuarẽ quantum possem,etiam si ab eo lęsus essem,cũ te tantopere viderẽ eius causa laborare.Cum vero & ex tuis literis,& illius ad me missis intelligã, & iudicẽ magnæ curæ ei salutem meã fuisse,non possum ei non amicus esse, neq; solum tua commendatione,quę apud me, vt debet, valet plurimum,sed etiã voluntate,ac iudicio meo.Volo enim te scire mi Pęte,initium mihi suspitionis,& cautionis,& diligẽtię fuisse literas tuas:qbus literis congruentes fuerũt alię postea multorũ.Nam & Aquini,& Frabaterię cõsilia sunt inita de me,q̃ te video inaudisse: & quasi diuinarent,q̃ his molestus essem futurus,nihil aliud egerũt,nisi me vt opprimerent. Quod ego nõ suspicans incautior fuissem,nisi a te admonitus essem:quãobrẽ iste tu⁹ amicus apud me cõmendatione nõ eget.Vtinam ea fortuna reipu.sit,vt ille me q̃gratissimũ possit cognoscere.Sed hęc hactenus.Te ad cœnas ire desisse moleste fero.Magna em̃ te delectatione & voluptate priuasti.Deinde etiã vereor(licet em̃ verũ dicere)ne,nescio quid illud qđ solebas,discas,& obliuiscare cœnulas facere.nam si tum,cũ habebas quos imitarere,non multũ proficiebas,quid nũc te facturũ putẽ!Spurina quidẽ,cũ ei rem demõstrassem, & vitã tuã superiorem expositurum,magnũ periculũ summę reip.demõstrabat,nisi ad superiorẽ consuetudinem tum,cũ Fauonius flaret,reuertisses:hoc tpe fieri posse,si forte tu frigus ferre non posses. Sed mehercule mi Pęte extra iocũ moneo te,qđ pertinere ad beate viuendum arbitror, vt cũ viris bonis,iucundis,amantibus tui viuas.Nihil est aptius vitę, nihil ad beate viuendũ accommodatius.Nec id ad voluptatẽ refero,sed ad cõmunitatẽ vitæ,atq; victus, remissionẽq; aiorum,q̃ maxime sermone efficit familiari,qui est in cõuiuiis dulcissimus:vt sapientius nostri q̃ greci:illi συμπόσια,aut σύνδειπνα,idest compotationes, aut concœnationes, nos conuiuia, q̃ rum maxime simul viuitur.Vides vt te philosophãdo reuocare coner ad cœnas! Cura vt valeas,id foris cœnitando facillime cõsequere.Sed caue,si me amas, existimes me, q̃ iocosius scribam,abiecisse curã reip.sic tibi mi Pęte persuade,me dies & noctes nihil aliud agere, nihil curare,nisi vt mei ciues salui,liberiq; sint.Nullum locum prętermitto monendi,agendi,prouidendi.Hoc deniq; animo sum,vt si in hac cura,atq; administratione vita mihi ponẽda sit, pręclare actum mecum putem. Vale.

M.T.C.IMP.PAPIRIO PAETO.S.

Locatur.

SVmmum me ducem literę tuę reddidere. plane nesciebam te tam peritum esse rei militaris.Pyrrhi te libros,& Cineę video lectitasse. Itaq; obtẽperare cogito pręceptis tuis:hoc amplius,nauicularum habere aliquid in ora maritima:cõtra equitẽ Parthũ negant vllã armaturã meliorem inueniri posse.

Cyri pędia.

Sed quid ludimus:nescis quo cũ imperatore tibi negotiũ sit!κύρου παιδείαν, quam contrieram legendo,totam in hoc imperio explicaui. Sed iocabimur alias coram,vt spero,breui.Nunc ades ad imperandum,vel ad parendum potius.Sic enim antiqui loquebantur.Cum M.Fabio(qđ scire te arbitror)summus mihi est vsus,valdeq; eũ diligo,cum propter summã probitatẽ eius ac singularẽ modestiã,tũ q̃ in his controuersiis quas habeo cũ tuis cõbiboníbus Epicureis,optima opera ei⁹ vti soleo. Is cũ ad me Laodiceã venisset,mecũq; eum ego esse vellem,repente percussus est atrocissimis literis,in quibus scriptum erat fundum Herculanẽsem a Qu. Fabio fratre proscriptũ esse, qui fundus cum eo cõmunis esset.Id M.Fabius pergrauiter tulit,existimauitq; fratrẽ suũ hominẽ non sapientem impulsu inimicorũ suorum eo progressum esse.Nunc si me amas mi Pęte,negotiũ totũ suscipe,molestia Fabium libera. Auctoritate tua nobis opus est,& consilio, & etiã gratia. Noli pati litigare fratres,& iudiciis turpib⁹ conflictari.Mathonẽ,& Pollionem inimicos habet Fabius, quid multa!non mehercule tam perscribere possum,q̃ mihi gratum feceris,si otiosum Fabiũ reddideris.id ille in te positum esse putat,mihiq; persuadet. Vale.

Cõmendat M.Fab.

M.CICERO PAPIRIO PAETO.S.D.

Attícus. Verríus.

ACcubueram hora nona,cum ad te harum exemplum in codicillis exaraui. dices vbi!apud Volumnium Eutrapelum,& quidẽ supra me Atticus,infra Verrius,familiares tui.Miraris tã exhilaratã esse seruitutẽ nostrã! Quid ergo faciã!te cõsulo,q̃ philosophũ audis.Angar,excruciẽ ne me!Quid asseq̃r? Deide quẽ ad finẽ!Viuas ings in literis.An q̃ q̃ me aliud agere cẽses!Hauq̃

posſem viuere,niſi in literis viuerem.Sed eſt earum etiam nõ ſatietas,ſed quidam modus. A quibus cum diſceſſi,etſi minimum mihi eſſet in cœna,qđ tu vnũ ζήθημα Dioni philoſopho poſuiſti,tamen quid potius faciam prius,q̃ me dormitum conferam,non reperio.Audi reliqua.Infra Eutrapelum Cytheris accubuit.In eo igitur inquis conuiuio Cicero ille,quem ſpectabam!cuius ob os Graii ora obuertebant ſua!Non mehercule ſuſpicat⁹ ſum illã affore:ſed tamen Ariſtippus quidem ille Socraticus non erubuit, cum eſſet obiectum habere eũ Laida. Habeo,inquit,non habeor a Laide.Greçe hoc melius tu,ſi voles,interpretabere.Me vero nihil iſtorum ne iuuenem quidẽ mouit vnq̃,ne nunc ſenem. conuiuio delector, ibi loquor aliquid,qđ in ſolum,vt dicitur, & gemitum, & riſus maximos tranſfero. An tu id melius, qui etiam philoſophum irriſeris!Cum ille,ſi quis quid quęreret,dixiſſet,cœnam te quęrere a me dixeris.Ille vero te putabat quęſiturum,nũ vnũ cęlum eſſet,an innumerabilia.quid ad te!At hercule cœna nũquid ad te!Tibi pręſertim.Sic igitur viuitur, quotidie aliquid legiť,aut ſcribitur.Deinde ne amicis nihil tribuamus,epulamur vna non modo non contra legem, ſi vlla nunc lex eſt,ſed etiam intra legem,& quidem aliquanto.quare nihil eſt,qđ aduentum noſtrũ extimeſcas.Non multi cibi hoſpitem accipies,ſed multi ioci. Vale.

Cytheris. Cic.laus. Lais. Iocatur.

M.T.C.EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER DECIMVS.

M.T.CICERO CN.PLANCO IMP. CONS.DESI.S.P.D.

TAbfui proficiſcens in Greciam,& poſtea q̃ de meo curſu reip.ſum voce reuocatus,nunq̃ per M.Antonium quietus fui.cuius tanta eſt non inſolẽtia,nam id quidem vulgare vitium eſt,ſed immanitas, nõ modo vt vocem,ſed ne vultum quidẽ liberũ poſſit ferre cuiuſq̃. Ita q̃ mihi maxime curę eſt non de mea quidẽ vita,cui ſatiſſeci vel ętate,vel factis,vel(ſi quid etiã hoc ad rem pertinet)gloria,ſed me patria ſollicitat,in primiſq̃ mi Plance expectatio cõſulatus tui,quę ita longa eſt,vt optandũ ſit,vt poſſimus ad id tẽpus reipu.ſpiritũ ducere.Quæ poteſt eñ ſpes eſſe in ea repu. in qua hoĩs impudentiſſimi, atq̃ intemperatiſſimi armis oppreſſa ſunt omnia! & in qua nec ſenatus,nec populus vim habet vllam! nec leges vllæ ſunt,nec iudicia, nec omnino ſimulacrum aliquod,aut veſtigium ciuitatis!Sed quãdo acta omnia mitti ad te arbitrabar,nihil erat, qđ ſingulis de rebus ſcriberem.Illud autem erat amoris mei,quem a tua pueritia ſuſceptum nõ ſeruaui ſolum,ſed etiam auxi,monere te,atq̃ hortari,vt in rempu.omni cogitatione,curaq̃ incumberes.quę ſi ad tuum tempus perducitur,facilis gubernatio eſt:vt perducatur autem, magnę cum diligentię eſt,tum etiam fortunę.Sed & te aliquanto ante(vt ſpero)habebimus: & prętereq̃ q̃ reipu.conſulere debemus,tamen tuę dignitati ita fauemus,vt omne noſtrũ conſilium,ſtudium,officium,operam,laborem,diligentiam,ad amplitudinem tuam conferamus. Ita facillime & reipublicę,quę mihi chariſſima eſt,& amicitię noſtrę,quã ſanctiſſime nobis colendam puto,me intelligo ſatiſfacturum.Furnium noſtrum tanti a te fieri, quantũ ipſius humanitas,& dignitas poſtulat,nec miror,& gaudeo, teq̃ hoc exiſtimare volo, quicquid in eũ iudicii,officiiq̃ contuleris,id ita me accipere,vt in me ipſum te putem contuliſſe. Vale.

M.T.C.EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER DECIMVS.

M.Anto. inſolentia & immanitas.

M.CICERO CN.PLANCO.IMPE. CON.DESI.S.

MEum ſtudium honori tuo non defuiſſet pro neceſſitudine noſtra, ſi aut tuto in ſenatum,aut honeſte venire potuiſſem. Sed nec ſine pęriculo quiſq̃ libere de rep.ſentiens verſari poteſt in ſumma impunitate gladiorum,nec noſtrę dignitatis videtur eſſe ibi ſententiam de repu.dicere, vbi me & melius & propius audiant armati,q̃ ſenatores.Quapropter in priuatis rebus nullum neq̃ officium,neq̃ ſtudium meum deſiderabis:nec in publicis quidem,ſi quid erit in quo me intereſſe neceſſe ſit:nunq̃ deero,ne cum periculo quidẽ meo,dignitati tuæ. In his autem rebus,quę nihilo minus vt ego abſim,confici poſſunt,peto a te,vt me rationem habere velis,& ſalutis,& dignitatis meę. Vale.

Ratio.

M.T.CICERO CN.PLANCO IMPE.CON.DES.S.P.D.

Furnius.

CVm ipsum Furniũ p se vidi libẽtissime,tũ hoc libẽtius,q̃ illũ audiẽs te vide bar audire.Nam & in re militari virtutẽ,& in administranda prouincia iu stitiam,& in omni genere prudentiã mihi tuam exposuit: & prẽterea mihi non ignotã in cõsuetudine,& familiaritate suauitatem tuam adiunxit. Præ terea sũmã erga se liberalitatẽ. Quæ oĩa mihi iucũda,hoc extremũ etiã gra tum fuit.Ego Plance necessitudinẽ cõstitutã habui cũ domo vestra,ante ali quanto,q̃ natus tu es:amorẽ aũt erga te ab ineunte pueritia tua, cõfirmata iã ætate familia ritatem,cum studio meo,tum iudicio tuo cõstitutam. His de causis mirabiliter faueo digni tati tuę,quã mihi tecũ statuo habere cõmunem.Omnia summa consecutus es, virtute duce, comite fortuna:eaq; es adeptus adolescens multis inuidẽtibus,quos ingenio,industriaq; fre gisti.Nũc me amantissimũ tui,nemini concedẽtẽ,q̃ tibi vetustate necessitudinis potior possit esse,si audies,oẽm tibi reliquę vitę dignitatẽ ex optimo reipu.statu acquires.Scis profecto(ni hil em̃ te fugere potuit)fuisse quoddã tẽpus,cum homines existimarent,te nimis seruire tẽ poribus:qd ego quoq; existimarem,te,si ea quæ patiebare,probare etiam arbitrarer.Sed cum intelligerẽ quid sentires,te arbitrabar videre,quid posses.Nũc alia ratio est oĩm rerũ, tuum iudiciũ est,idq; liberum,cõsul es designatus optima ętate,summa eloquẽtia,maxima orbita te reipu.virorũ taliũ.Incumbe per deos immortaleis in eã curã & cogitationẽ, q̃ tibi summã dignitatem & gloriam afferat. Vnus autẽ est,hoc præsertim tẽpore,per tot annos repu. deue xata,reip.bene gerendę cursus ad gloriã.Hęc amore magis impulsus scribenda ad te putaui, q̃ q; arbitrarer te monitis,& præceptis meis egere. Sciebã em̃ ex iisdẽ te hęc haurire fontib⁹, ex quibus ipse hauserã.Quare modũ faciã.Nunc tm̃ significandũ putaui,vt potius amorem tibi ostenderẽ meum,q̃ ostentarem prudentiã.Interea,quę ad dignitatẽ tuam pertinere arbi trabor,studiose,diligenterq; curabo. Vale.

PLANCVS CICERONI.S.D.

Amatoria.

RAtissimę mihi tuę literę fuerũt,quas ex Furnii sermõe te scripsisse aĩaduer ti.Ego aũt præteriti tẽporis excusationẽ affero,q; te profectũ audierã,nec mul to ante rediisse sciui,q̃ ex epistola tua cognoui.Nullũ.n.in te officiũ,ne mini mũ quidẽ,sine maxima culpa videor posse præterire,in quo tuẽdo habeo cau sas plurimas,vel paternę necessitudinis,vel meę a pueritia obseruãtię,vel tui erga me mutui amoris.Quare mi Cicero qd̃ mea,tuaq; patrĩ ętas, persuade tibi te vnũ esse,in quo ego colẽdo patriã mihi cõstituerim sanctitatẽ. Omnia igit̃ tua cõsilia mihi nõ magis prudentię plena,quę summa est,videnť,q̃ fidelitatis,quã ego ex mea conscien tia metior.Quare si aut aliter sentirẽ,certe admonitio tua me reprimere,aut si dubitarẽ,hor tatio impellere posset,vt id sequerer,qd̃ tu optimũ putares.Nũc vero quid est,qd̃ me in aliã partẽ trahere possit:Quęcũq; ĩ me bona sunt,aut fortunę beneficio tributa,aut meo labore parta,etsi a te propter amorẽ charius sunt ęstimata,tñ vel inimicissimi iudicio tãta sunt, vt prẽter bonã famã nihil desiderare videãtur.Quare hoc vnũ tibi persuade,quantũ viribus eni ti,consilio prouidere,auctoritate monere potuero,hoc oẽ reip.semp futurũ. Non est ignot⁹ mihi sensus tu⁹,neq; si facultas optabilis mihi qdẽ tui p̃sentis eẽt,vnã̃ a tuis cõsiliis discrepa rem,nec nunc cõmittam,vt vllum meũ factum reprehendere iure possis.Sum in expectatiõe oĩm rerum,quid in Gallia citeriore,quid in vrbe Ianuario mense gerat̃,vt sciã. Interim ma

Gallia ci terior.

ximam hic sollicitudinem,curamq; sustineo,ne inter aliena vitia hę gẽtes nostra mala suam putent occasionem.Qd̃ si peride vt ipse mereor,mihi successerit,certe & tibi,cui maxime cu pio,& omnibus viris bonis satisfaciam.Fac valeas,meq; mutuo dilĩgas.

CICERO PLANCO IMPE.CON.DESI.S.P.D.

Amor patrię,& amicorum.

BInas a te accepi literas eodem exemplo,qd̃ ipsum argumento mihi fuit dili gentię tuę.Intellexi.n.te laborare,vt ad me mihi expectatissimę literę perfer rentur.Ex quibus cœpi fructũ duplicem, mihiq; in cõparatione difficilẽ ad iudicandũ,amorẽ ne erga me tuũ,an aĩm in rẽpu. pluris ęstimandũ putarẽ. EST oĩno patrię charitas meo qdẽ iudicio maxima, sed amor, voluntatisq; cõiunctio plus certe habet suauitatis.Itaq; cõmemoratio tua paternę neces situdinis,beneuolẽtięq; eius,quã erga me a pueritia cõtulisses,cęterarũq; rerũ,quę ad eã sen tentiam pertinebant,incredibilẽ mihi lętitiam attulerunt.Rursus declaratio animi tui,quem

haberes de rep.quẽq; habiturus esses,mihi erat iucũdissima:eoq; maior erat hęc lętitia,†quo ad illa supiora accedebat.Itaq; te nõ hortor solũ mi Plance,sed plane etiã oro,qđ feci his literis,qbus tu humanissime respõdisti,vt tota mẽte,omniq; animi ĩpetu in rẽp.incũbas.Nihil est qđ tibi maiori fructui,glorięq; esse possit,nec quicq̃ ex oĩbus rebus humanis est p̃clarius, aut p̃stantius,q̃ de Republica bene mereri.Adhuc em̃ patit tua summa humanitas,& sapientia,me,qđ sentiã,libere dicere:fortuna suffragãte videris res maximas cõsecutus. qđ q̃q̃ sine virtute nõ potuisses,tñ ex maxima parte ea quę es adeptus,fortunę, tẽporibusq; tribuũtur. His tẽporib9 difficillimis reip.quicqd subueneris, id erit totũ,& propriũ tuũ.Incredibile est omniũ ciuiũ,latronibus exceptis,odiũ in Antoniũ.Magna spes in te,& in tuo exercitu : magna expectatio.Cuius p deos gratię,gloriæq; caue tẽpus amittas.Sic moneo,vt filium.Sic faueo,vt mihi.Sic hortor,vt & pro patria & amicissimum. Vale.

†quo sup. magis.

In rẽp.incũbas.

Maiori fructu esse.

Subuenio.

CICERO PLANCO IMPE.CON.DESI.S.D.

OVæ locutus est Furnius noster de animo tuo in rẽp.ea gratissima fuerũt,S.P.Q.R.pbatissima.Quę aũt recitatę sunt literę in senatu,nequaq̃ cõsentire cũ Furnii oratione visę sunt.Pacis em̃ auctor eras, cũ collega tuus vir clarissimus a fœdissimis latronibus obsideret:q aut positis armis pacẽ pętere debẽt:aut si pugnãtes eã postulãt,victoria pax nõ pactione pariẽda est.Sed de pace literæ vel Lepidi,vel tuæ,quã in partẽ acceptę sint,ex viro optimo fratre tuo,& ex C.Furnio poteris cognoscere.Me autẽ ĩpulit tui charitas,vt q̃q̃ nec tibi ipsi consiliũ deesset,& fratris,Furniiq; beneuolẽtia,fidelisq; prudẽtia tibi prędto esset futura,vellẽ tamẽ meæ quoq; auctoritatis pro plurimis nostris necessitudinibus p̃ceptũ ad te aliquod pueire.Crede igit mihi Plance,omneis quos adhuc gradus dignitatis cõsecutus sis, (es autem adeptus amplissimos) eos honor̃ vocabula habituros,nõ dignitatis insignia,nisi te cũ libertate Po.Ro.& cũ Senatus auctoritate cõiũxeris.Seiũge te queso aliquãdo ab iis,cũ quibus te nõ tuũ iudiciũ,sed tẽpor̃ vincula coniunxerũt.Cõplures in pturbatione reip.consules dicti, quor̃ nemo consularis habitus,nisi q animo extitit in rẽp.cõsulari. Talẽ igitur te esse oportet,qui primũ te ab impiorum ciuiũ tui dissimillimorũ societate seiungas:deinde & senatui, bonisq; omnibus auctorem,principem,ducem præbeas: postremo vt pacem esse iudices nõ in armis positis,sed in abiecto armorum,& seruitutis metu.Hæc si & ages,& senties,tũ eris nõ modo consul,& consularis,sed magnus etiã cõsul,& consularis.Sin aliter,tua in istis amplissimis nominibus honorũ,non modo dignitas nulla erit,sed erit summa deformitas.Hæc impulsus beneuolentia scripsi paulo seuerius,quę tu experiendo in ea ratione quæ te digna est, vera esse cognosces.Datum.xiii.Cal.Aprilis.

Charitas tui.

Cõsules nõ cõsulares.

Tui dissi.

Datum.

PLANCVS IMPE.CONS.DES.CICERONI.S.D.

SCribã tibi de meis consiliis scribẽ, rationẽq; omniũ rerũ reddẽ verbosius, quo magis iudicares omnia me reip.causa p̃stitisse,quæ & tua exhortatione excepi,& mea affirmatione tibi recepi. Non minus em̃ a te probari, q̃ diligi semp volui:nec te magis in culpa defensorẽ mihi parauí,q̃ p̃dicatorẽ meritorũ meorũ esse volui.Sed breuiorem me duę res faciũt:vna q̃ publicis literis oĩa sum pęrsecutus: altera q̃ M.Varidisiũ equitẽ Romanũ familiarẽ meũ ad te ip̃m transire iussi,ex quo oĩa cognoscere posses . Non mediusfidius mediocri dolore afficiebar,cũ alii occupare possessionẽ laudis viderẽtur: sed vsq; mihi tẽperaui, dũ pęrducerẽ eo rẽ,vt dignũ aliquid & consulatu meo,& vestra expectatione efficerẽ.Qđ spero,si me fortuna nõ fefellerit,me cõsecuturũ,vt maximo p̃sidio reip.nos fuisse,& nũc sentiãt homines, & ĩ posterum memoria teneant.A te pęto,vt dignitati meæ suffrageris,& quarũ rerũ spe ad laudẽ me vocasti,harũ fructu in reliquũ facias alacriorem.Non minus posse te,q̃ velle,exploratum mihi est.Fac valeas:meq; mutuo diligas.

CN.PLAN.IMPE.CON.DES.S.P.D.CONS.PR.TR.PL.SENA.PO.PLEBIQVE RO.

SI cui forte videor diutius & hominũ expectationẽ,& spem reip.de mea volũtate tenuisse suspẽsam,huic prius excusandũ me esse arbitror,q̃ de insequẽti officio quicq̃ vlli pollicendũ.Nõ em̃ p̃teritã culpã videri volo redemisse, sed optimę mẽtis cogitata iã pridẽ maturo tẽpore enũciare.Nõ me p̃teribat in tanta sollicitudine hominũ, & tã pęrturbato statu ciuitatis fructuosissimã esse professionẽ bonæ volũtatis, magnosq; honores ex ea re complureis

consecutos videbã: sed cum in eũ casum me fortuna demisisset,vt aut celeriter pollicẽdo ma
gna ĩ spe ad pficiẽdũ ĩpedimẽta opponerẽ,aut si in eo mihi tẽperauissem, maiores occasiones
ad opitulãdũ haberẽ,expeditius iter cõis salutis,q̃ meę laudis esse volui. Nã qs in ea fortuna
quę mea est,& ab ea vita,quã ĩ me cognitã hoĩbus arbitror,& cũ ea spe,quã ĩ manib⁹ habeo,
aut sordidũ qcq̃ pati,aut pniciosum cõcupiscere põt? Sed aliquãtũ nobis tẽporis,& magni la
boris,& multę ipẽsę opus fuit,vt q̃ reip. bonisq; oĩbus polliceremur,exitu pstarem⁹: neq; ad
auxiliũ patrię nudi cũ bona volũtate,sed cũ facultatibus accederem⁹. Cõfirmãdus erat exer-
citus nobis magnis sæpe pmiis sollicitatus,vt ab rep. potius moderata,q̃ ab vno ĩfinita spera
ret. Cõfirmãdę cõplures ciuitates,q̃ superiore anno largitionibus,cõcessionibusq; pmioꝝ erãt
Eliciendæ volũtates. obligatę,vt & illa vana putarẽt,& eadẽ a melioribus auctorib⁹ petẽda existimarẽt. Eliciendæ
etiã volũtates reliquoꝝ,q finitimis puinciis,exercitibusq; pfuerũt,vt potius cũ plurib⁹ socie
tatẽ defendẽdę libertatis iniremus, q̃ cũ pauciorib⁹ funestã orbi terrarũ victoriã pateremur.
Muniẽdi vero nosmetipsi fuimus aucto exercitu,auxiliisq; multiplicatis,vt cũ pferrem⁹ sen-
sus apte,tũ etiã ĩuitis qbusdã sciri qd defensuri essemus,nõ esset piculosum. Itaq; nũq̃ diffi-
tebor multa me,vt ad effectũ hoꝝ cõsilioꝝ puenirẽ,& simulasse inuitũ, & dissimulasse cũ do
lore,q; pmatura denũciatio boni ciuis ĩparati,q̃ periculosa esset ex casu collegę videbã. Quo
noie etiã C. Furnio legato viro forti,atq; strenuo plura etiã verbo,q̃ scriptura mãdata dedi-
mus,vt & tectius ad vos pferrent,& nos essem⁹ tutiores: qbusq; reb⁹ & cõmunẽ salutẽ muni
ri,& nos armari cõueniret,pcepimus. Ex quo ĩtelligi põt curã reip. summę defendẽdę iã pri-
Paratiores ab omni re dẽ apud nos excubare. Nũc cũ Deũ benignitate ab oĩ re sum⁹ paratiores,nõ solũ bene sperare
de nobis hoĩes,sed explorate iudicare volum⁹. Legiones habeo qnq; sub signis,& sua fide,vir
tuteq; reip. cõiũctissimas,& nostra liberalitate nobis obsequẽteis: Prouinciã oĩm ciuitatũ cõ-
sensu paratissimã,& summa cõtẽtione ad officia certãtẽ: equitatus,auxiliorũq; tãtas copias,
quãtas hę gẽtes ad defendẽdam suam salutẽ,libertatẽq; cõficere possunt. Ipse ita sum animo
paratus,vel puinciã tueri,vel ire quo resp. vocet,vel tradere exercitũ,auxilia,prouinciãq;,vt
vel oẽm ipsũ belli in me cõuertere nõ recusem,si modo meo casu aut cõfirmare patriæ salu
tẽ,aut piculũ morari possim. Hęc si iã expeditis oĩbus rebus,tranquilloq; statu ciuitatis polli
ceor,in damno meę laudis,reip. cõmodo lętabor: sin ad societatẽ integerrimoꝝ,& maximorũ
periculoꝝ accedã, cõsilia mea equis iudicibus ab obtrectatione inuidoꝝ defendẽda cõmẽdo.
Mihi qdẽ ipsi fructus meritoꝝ meoꝝ in reip. incolumitate satis magnus est paratus. Eos ve
ro,qui meã auctoritatẽ,& multo magis vestrã fidem secuti,nec vlla spe decipi,nec vllo metu
terreri potuerũt,vt cõmẽdatos vobis habeatis,pretendum videtur. Valete.

PLANCVS IMPE. CONS. DESI. CICERONI. S. P. D.

Recipere. NIhil me tibi temere scripsisse,aut te cęteris de me frustra recepisse lętor. Cer
te hoc maius habes testimoniũ amoris mei,quo maturius tibi q̃ cæteris cõ
silia mea volui esse nota. In dies vero meritorum meorum fieri accessiones
peruidere te spero,cognoscurũ magis recipio. Qd̃ ad me attinet mi Cicero,
ita ab imminentibus malis resp. me adiuuante liberetur, sic honores,prę-
miaq; vestra suspicio conferenda certe cum immortalitate,vt sine his nihil
de meo studio,perseuerãtiaq; sim remissurus, nisi in multitudine optimorum ciuiũ impetus
animi mei fuerit singularis,& opera pcipua, nihil ad meã dignitatẽ accedere volo suffraga-
tione vestra. Concupisco autẽ nil mihi contra qd̃ ipse pugno: & tẽporis, & rei te moderato-
rem facile patior esse. NIHIL aut sero,aut exigue a patria ciui tributũ potest videri. Exercitũ
Rhodanus ad Sextũ Cal. Maias Rhodanũ traiecí magnis itineribus. Viennã equites mille via breuiore
Vienna. pmisi: ipse si a Lepido nõ impedíar,celeritate satisfaciã: sin autẽ in itinere meo se opposuerit,
ad tẽpus consiliũ capiã. Copias adduco & genere,& numero,& fidelitate firmissimas. Te,vt
diligas me,si mutuo me facturum scis,rogo. Vale.

CICERO PLANCO IMPE. CONS. DESI. S. D.

TSi satis ex Furnio nostro cognoueram, quæ tua voluntas, qd̃ consilium de
repu. esset,tamen lectis tuis literis liquidius de toto sensu tuo iudicaui. Quã
obrem q̃q̃ in tuo prælio omnis fortuna reipublicæ disceptat, quod quidem
cũ hæc legeres, iam decretum arbitrabar fore,tamen ipsa fama,quæ de tua
voluntate percrebuit,magnam es laudem consecutus. Itaq; si consulem Ro
mæ habuissemus, declaratum esset a senatu cum tuis magnis honoribus, q̃

gratus esset conatus & apparatus tuus.Cuius rei non modo non præteriit tẽpus,sed ne maturum quidẽ etiam nũc,meo quidem iudicio,fuit.IS ENIM denicꝫ honos mihi videri solet, ,,
qui non propter spem futuri beneficii,sed propter magna merita claris viris defertˉ,& datur. ,,
Quare,sit modo aliqua resp.in qua honos elucere possit,oĩbus,mihi crede,amplissimis honoribus abũdabis. IS AVTEM qui vere appellari potest honos,nõ inuitamẽtũ ad tẽpus, sed pꝑpetuę virtutis est pmiũ.Quãobrẽ mi Plãce incũbe toto pectore ad laudẽ.Subueni patrię,Opitulare collegę:oĩm gẽtiũ cõsensum,& incredibilẽ cõspirationẽ adiuua.Me tuoꝝ cõsilioꝝ adiutorẽ,dignitatis fautorẽ,oĩbus in rebus tibi amicissimũ,fidelissimũꝙ cognosces. Ad eas eñ causas quibus inter nos amore sumus,officiis,vetustate cõiũcti,patrię charitas accessit,eaꝙ effecit,vt tuam vitam anteferrem meæ.Quarto Cal. Aprilis. Vale. Incumbe ad laudẽ.

C.PLANCVS IMP.CON.DES.CICERONI.S.P.D.

IMmortales ago tibi gratias,agãꝙ dũ viuam.Nã relaturũ me affirmare nõ possum.Tãtis eñ tuis officiis nõ videor mihi respõdere posse. nisi forte, vt tu grauissime,disertissimeꝙ scripsisti,ita sensurus es, vt me referre gratiam putes,cũ memoria tenebo. Si de filii tui dignitate esset actũ,amabilius certe nihil facere potuisses. Primę tuę sententiæ infinitis cũ muneribus,posteriores ad tẽpus, arbitriũꝙ amicoꝝ meoꝝ cõpositæ,oratio assidua, & pꝑpetua de me iurgia cũ obtrectatoribus ꝓpter me,notissima mihi sunt.Quare nõ mediocris adhibẽda mihi est cura,vt reipu.me ciuẽ dignũ tuis laudibus pręstẽ,in amicitia tua memorem,atꝙ gratũ.Qđ reliquũ est,tuũ munus tuere:& me,si quẽ esse voluisti,eũ exitũ rebus quẽ cognosces,defende,ac suscipe.Cũ Rhodanũ copias traiecissem,fratrẽꝙ cũ tribus millibus equitũ pmisissem,ipse iter ad Mutinã dirigerẽ,in itinere de plio facto,Brutoꝙ, & Mutina obsidione liberatis,audiui. Animaduerti nullũ aliũ receptũ Antoniũ,reliquiasꝙ quæ cũ eo essent,habere,nisi in his paribus.Duasꝙ ei spes esse ꝓpositas,vnã Lepidi,ipsius alterã exercitus.Qꝫ quędam pars exercitus nõ minus furiosa est,qꝫ qui cũ Antonio fuerũt,equitatũ reuocaui.Ipse in Allobrogibus constiti,vt proinde ad omnia paratus essem,ac res me moneret.Si nudus huc se Antonius conferet , facile mihi videor pęr me suscipere posse,remꝙ publicã ex vestra sententia administrare,qꝫis ab exercitu Lepidi recipiatur.Si vero copiarũ aliquid secum adducet,& si decima legio veterana, quæ nostra opera reuocata cũ reliquis est,ad eũdem furorem redierit,tamẽ ne quid detrimẽti fiat,dabitur opera a me,idꝙ me † præstiturũ spero,dũ istinc copiæ traiiciantur,cõiũctęꝙ nobiscũ facilius perditos opprimant.Hoc tibi spondeo mi Cicero,neꝙ animũ,nec diligentiã mihi defuturam. Cupio mehercules nullam residuã sollicitudinem esse.Sed si fuerit,nec animo,nec beneuolentiæ,nec patientiæ cuiusqꝫ pro vobis cedã. Do quidẽ ego operã,vt etiã Lepidum ad huius rei societatẽ incitẽ,omniaꝙ ei obsequia polliceor si modo rẽpublicã respicere volet.Vtor in hac re adiutoribus,interpretibusꝙ fratre meo, & Laterense,& Furnio nostro.Non me impędiẽt priuatę offensiones,quo minus pro reip.salute etiã cũ inimicissimo cõsentiã.Qꝫ si nihil ꝓfecero,nihilominus maximo sum animo,& maiore fortasse,cum mea gloria vobis satisfaciam.Fac valeas,meꝙ mutuo diligas. Agere,Referre gras. Ad Mutinam Receptus. †pręstaturum. Laterensis.

CICERO PLANCO IMPE.CON.DES.S.

TSi reip.causa maxime gaudere debeo, tãtũ ei te pfidii,tãtũ opis attulisse extremis pene tẽporibus,tñ ita te victorẽ cõplectar rep.recuperata, vt magnam partẽ mihi lętitiæ tua dignitas afferat, quã & esse iam,& futurã amplissimã intelligo.Caue enim putes vllas literas vnꝙ grauiores, qꝫ tuas in senatu esse recitatas.Idꝙ contingit tum meritorum tuorũ in republica eximia quadam magnitudine,tum verborũ sententiarũꝙ grauitate.Qđ mihi quidẽ minime nouũ,qui & te nossem,& tuarum literarum ad me missarum promissa meminissem,& haberem a Furnio nostro tua penitus consilia cognita:sed senatui maiora visa sunt,qꝫ erant expectata,nõ quo vnꝙ de tua volũtate dubitasset,sed nec quantũ facere posses, nec quo progredi velles,exploratũ satis habebat.Itaꝙ cũ ad.VIII.Idus Aprileis mane mihi tuas literas Marcus Varisidius reddidisset,easꝙ legissem,incredibili gaudio sum elatus. Cũꝙ magna multitudo optimoꝝ viroꝝ,& ciuiũ me de domo deduceret,feci cõtinuo omneis pticipes meæ voluptatis.Interi ad me venit Munatius noster,vt cõsueuerat,& ego ei literas tuas dedi,nihil dũ eñ sciebat.Nã ad me primũ Varisidius, idꝙ sibi a te mãdatũ esse dicebat.Paulo post idem mihi Munatius eas literas legẽdas dedit,quas ipsi miseras,& eas quas publice.Placuit nobis,vt sta- Memini pmissa. Dũ.i.adhuc. Ipi miseras

tim ad Cornutũ Prętorẽ vrbis, literas deferremus, q̃ ꝓ cõsules aberãt, cõsulare munus susti-
nebat, more maiorũ. Senatus est cõtinuo cõuocatus, frequẽsq; cõuenit ꝓpter famã, atq; exꝑ-
Pullarii. ctationẽ tuarũ lfarũ. Recitatis lfis oblata religio Cornuto est, pullariorũ admonitu, non satis
Nostro. s. diligẽter eũ auspiciis operã dedisse. Idq; a nostro collegio cõprobatũ est. Itaq; res dilata est in
augurum. posterũ. Eo aũt die magna mihi ꝓ tua dignitate cõtẽtio cũ Seruilio: q̃ cũ gra effecisset, vt sua
sentẽtia prima pnũciaret, frequẽs eũ senatus reliqt, & i alia oia discessit: meęq; sentẽtię, q̃ secũ
Intercessor da pnũciata erat, cũ frequẽs assentiret senatus, rogatu Seruilii P. Titius intercessit. Res i po-
sterũ dilata. Venit paratus Seruilius Ioui ipsi iniquus, cui⁹ i tẽplo res agebat. Hũc quẽadmo
dũ fregerim, quãtaq; cõtẽtione Titiũ intercessorẽ abiecerim, ex alioꝝ te literis malo cogno-
Amicior. scere. Vnũ hoc ex meis. Senatus grauior, cõstãtior, amicior tuis laudibus esse nõ potuit, q̃ tũ
fuit. Nec vero tibi Senatus amicior, q̃ cuncta ciuitas. Mirabiliter. n. Po. Ro. vniuersus, & oĩm
Perge. generũ, ordinũq; cõsensus ad liberãdã rẽp. cõspirauit. Perge igit, vt agis, nomẽq; tuũ cõmẽda
immortalitati: atq; hęc oĩa, quæ habẽt speciem gloriæ, collecta inanissimis splẽdoris isignib⁹
cõtẽne, breuia, fugacia, & caduca existima. Verũ decus i virtute positũ est, q̃ maxime illustrat
magnis i rẽp. meritis. Eã facultatẽ habes maximã: quã qñ cõplexus es, tene, pfice, vt ne minus
resp. tibi, q̃ tu reip. debeas. Me tuę dignitatis nõ modo fautorẽ, sed etiã amplificatorẽ cogno-
sces. Id tũ reip. q̃ mihi est mea vita charior, tũ nostræ necessitudini debere me iudico. Atq; in
his curis, quas cõtuli ad dignitatẽ tuam, cepi magnã voluptatem, ꝙ bene cognitam mihi T.
Munatii prudentiã & fidem, magis etiã pærspexi in eius incredibili erga te beneuolentia & di-
ligentia. Quarto Idus Aprilis. Vale.

CICERO PLANCO IMP. CONS. DESI. S. P. D.

VT primũ potestas data est augẽdę dignitatis tuæ, nihil ptermisi in te or
nando, qđ positũ esset, aut in pmio virtutis, aut in honore verborũ. Id ex
ipo senatuscõsulto poteris cognoscere. Ita. n. est pscriptũ, vt a me de scri
pto dicta sentẽtia est, quã senatus frequẽs secutus est summo studio, ma
gnoq; cõsensu. Ego q̃q̃ ex tuis literis, quas mihi misisti, pærspexerã te ma
gis iudicio bonorũ, q̃ insignibus glorię delectari, tñ cõsiderãdũ nobis exi
stimaui, etiã si tu nihil postulares, quãtũ tibi a rep. deberet. Tu contexes
extrema cũ primis. Qui enim M. Antoniũ oppresserit, is bellũ confecerit. Itaq; Homerus non
Aiacẽ, nec Achillẽ, sed Vlyssem appellauit πολύτροπον. Vale.

CICERO PLANCO IMP. CONS. DESIG. S. P. D.

GRatam famam biduo ante victoriã, de subsidio tuo, de studio, de celerita-
te, de copiis, atq; etiã hostibus fusis. Spes omnis est in te. Fugisse em̃ ex ꝓlio
Mutinensi dicuntur notissimi latronũ duces. EST ENIM non minus gra-
tũ extrema delere, q̃ prima depellere. Equidẽ expectabã iam tuas literas, idq;
Incumbo. cũ multis. Sperabãq; etiam Lepidum temporibus admonitũ, tecum & reip.
satis esse facturũ. In illam igitur curam incũbe mi Plance, vt ne qua scintil-
la reterrimi belli relinquatur. Qđ si erit factũ, & remp. diuino beneficio affeceris, & ipse æter
nam gloriam consequere. Tertio Idus Maii. Vale.

PLANCVS PRAE. CICERONI. S.

HIs literis scriptis, q̃ postea accidissent, scire te ad rẽp. putaui ptinere. Sedulí-
tas mea (vt spero) & mihi, & reipub. tulit fructum. Nãq; assiduis internun
ciis cũ Lepido egi, vt omissa oĩ cõtẽtione, reconciliataq; voluntate nostra, cõi
cõsilio reip. succurreret: se, liberos, vrbẽ pluris, q̃ vnũ pditũ, abiectũq; latronẽ
putaret, obseqoq; meo si ita faceret, ad omneis res abutereť. Profeci itaq; per
Laterẽsem internũciũ, fidẽ mihi dedit se, Antoniũ si ꝓhibere sua ꝓuincia nõ
potuisset, bello psecuturũ. Me, vt venirẽ, copiasq; cõiũgerẽ rogauit, eoq; magis q̃ & Antoni⁹
Firmus ab ab equitatu firmus eẽ dicebať, & Lepidus ne mediocrẽ qdẽ equitatũ habebat. Nã etiã ex pau
equitatu. citate eius, nõ multis ante diebus, decẽ, q̃ optimi fuerãt, ad me trãsierũt. Quibus reb⁹ ego co
gnitis, cũctatus nõ sum i cursu bonorũ cõsiliorũ, Lepidũ adiuuãdũ putaui. Aduẽtus meus qđ
profecturus esset vidi, vel ꝙ eqtatu meo psequi, atq; opprimere equitatũ eius possem, vel ꝙ
exercitus Lepidi eã ptẽ, quæ corrupta est, & ab repub. alienata, & corrigere, & coercere pśen-
Hisara tia mei exercitus possem. Itaq; in Hisara flumine maximo, qđ in finibus est Allobrogum, pon
Allobrogũ te vno die facto, exercitum ad Quartum Idus Maii traduxi. Cum vero mihi nũciatum esset

Lucium Antonĩũ præmiſſum cum equitibus,& cohortibus ad Forũ Iulíi veníſſe,fratrem cũ equitũ quattuor míllibus, vt occurreret ei, míſi ad prid.Idus Maíi. Ipſe maximis ítineribus cũ quattuor legionibus expeditis,& reliquo equitatu ſubſequar. Si nos mediocris modo fortuna reip.adiuuerit,& audacię ꝑditorꝫ,& noſtrę ſollicitudinis hic finẽ repiem⁹. Qꝫ ſi latro ꝑ cognito noſtro aduẽtu,rurſus in Italiã ſe recipere cœperit,Brutí erit officiũ occurrere ei,cuí ſcio,nec cõſiliũ,nec animũ defuturũ.Ego tñ ſi id acciderit,fratrẽ cũ eqtatu mittã,qui ſequat, Italíam a vaſtatione defendat.Fac valeas,meqꝫ mutuo díligas.

Vaſtatio.

CICERO PLANCO SVO.S.P.D.

NIhil poſt hominũ memoriã glorioſius, níhil gratius, ne tempore quidẽ ípſo opportunius accidere vídi,q̃ tuas Plance literas. Redditæ ſunt em̃ frequẽtí Senatu Cornuto,cum ís frigidas ſane,& incõſtãteis recitaſſet literas Lepidí, ſub eas ſtatim recitatę ſunt tuæ,non ſine magnis quidem clamoribus. Cum rebus em̃ ipſis eſſent,& ſtudíis,beneficiiſqꝫ in remp.gratiſſimę, tum erãt grauiſſimis verbis,& ſẽtentiis plenę.Flagitare Senatus inſtituit Cornutum,vt referret ſtatim de tuis literís,ille ſe conſiderare ait velle.Cum ei magnũ conuitium fieret cũ cto a Senatu,quinqꝫ tribuni pl.retulerunt.Seruílius rogatus rem díſtulit.Ego eam ſentẽtiam dixi,cui ſunt aſſenſi ad vnũ.Ea quæ fuerit,ex ſenatuſconſulto cognoſces. Tu q̃q̃ conſilio nõ eges,vel abundas potius,tamẽ hoc animo eſſe debes,vt nihil huc reiícias,neve in rebus tam ſubitis,tãqꝫ anguſtis a Senatu conſiliũ pętendũ putes.Ipſe tibí ſis Senatus: quocunqꝫ te ratio reip.ducet,ſequere.Cures,vt ante factũ alíquod a te egregiũ audíamus,q̃ futurũ putarímus. Illud tibi promitto,quicquid a te erit factum,id ſenatũ non modo vt fideliter,ſed etiã vt ſapienter factum comprobaturum. Vale.

Exhortatio.

PLANCVS CICERONI.S.P.D.

ANtonius Idíbus Maiis ad Forũ Iulíi cũ primis copiís venit. Vẽtidíus bíduí ſpatio abeſt ab eo.Lepidꝰ ad Forũ Voconíi caſtra habet,q locus a Foro Iulíi quattuor & vigíti míllia paſſuũ abeſt: ibiqꝫ me expectare cõſtituit,quẽadmodũ ipſe mihi ſcripſit.Qꝫ ſi oĩa mihi ítegra,& ípſe,& fortuna ſeruauerit,recípio vobis celeríter me negotiũ ex ſentẽtia cõfecturũ. Fratrẽ meũ aſſíduis laboríbus, cõcurſatiónibuſqꝫ cõfectũ grauíter ſe habuiſſe antea tibí ſcripſi. Sed tamẽ cũ primũ poſſe ingredí cœpit,nõ magis ſibi,q̃ reip.conualuiſſe ſe exiſtímans,ad oĩa ꝑícula prínceps eſſe nõ recuſabat.Sed ego eũ non ſolũ hortatus ſum,verũ etiam coegí iſto proficíſci,ꝙ illa valetudíne magis cõficere ſe,q̃ me tueri poſſet ín caſtrís, & ꝙ acerbiſſimo interítu conſulũ remp.nudatã, tali ciue Prætore in vrbanis officiís indígere exiſtímabã. Qđ ſi quís veſtrũ nõ ꝓbabít,míhí prudẽtiã in cõſilio defuiſſe ſciã,nõ illí erga patriã fidelitatẽ.Lepidus tñ,qđ ego deſiderabã,fecit,vt Apellã ad me mitteret,quo obſide,fide illíus,& ſocietate ĩ rep.adminiſtrãda vterer.Studiũ in ea re ſuũ míhí L.Gellius de tribus fratríbus Segauíano ꝓbauit,quo ego interꝑte nouiſſime ad Lepidũ ſum vſus.amicũ eũ reip.cognoſcere videor,libẽ terqꝫ ei ſum teſtímonío,& oĩbus ero,q bene merent.Fac valeas,meqꝫ mutuo diligas,dígnitatẽ qꝫ meam,ſi mereor,tuearís,ſicut adhuc ſingulari cum beneuolentía feciſtí.

Graúiter ſe habuiſſe.

Nouiſſime.

PLANCVS CICERONI.S.

OVíd ín animo habuerím cũ Leernus,Neruaqꝫ diſceſſerũt a me, & ex líterís, quas eis dedí,& ex ipſis cognoſcere potuiſtí,q oĩbus rebus,cõſiliiſqꝫ meis interfuerũt.Accidit míhí, qđ homíní pudẽti,& cupído ſatisfaciẽdí reipu.bonísqꝫ oĩbus accidere ſolet,vt cõſiliũ ſeqrer ꝑículoſum magis,dũ me ꝓbarẽ,q̃ tutũ,qđ habere poſſet obtrectationẽ . Itaqꝫ poſt diſceſſum legatorꝫ cũ bínis cõtinuis literis & Lepidus me,vt venirẽ,rogaret,& Laterẽſis multo etiã magis ꝓpe implorans obteſtaret, nullã rẽ aliã extimeſcens, q̃ eãdẽ quæ míhí quoqꝫ facit timorẽ varietatẽ,atqꝫ infidelitatẽ exercitus eius,nõ dubitãdũ putauí,quin ſuccurrerẽ,meqꝫ cõmuni ꝑículo offerrẽ.Sciebã em̃,& cautius illud erat cõſiliũ,expectare me ad Hiſaram,dũ Brutus traiíceret exercitum,& cum collega conſentiente,ſicut mílites faciunt,hoſtibus obuiam ire. Tamẽ ſi qd Lepidus bene ſentiẽs,detrimẽti cepiſſet, hoc omne aſſignatum iri aut pertinaciæ meę,aut timorí videbã,ſi aut hominẽ offenſum míhí,cõiũctũ cũ rep.nõ ſubleuaſſem,aut ipe a certamine belli tã neceſſarii me remouiſſem.Itaqꝫ potius ꝑiclitari volui,ſi poſſem mea ꝑſentia & Lepidũ tueri,& exercitũ facere meliorẽ,q̃ nimis cautus víderi,Sollícitiorẽ certe hoíem

Periclitari.

non ſuis contractis,neminē puto fuiſſe.Nā quæ res nullam habebat dubitationē,ſi exercitus Lepidi abſit,ea nūc magnā affert ſollicitudinē,magnūq; habet caſum.Mihi eñ ſi contigiſſet, vt prior occurrerē Antonio,nō mehercule horā cōſtitiſſet:rātū ego & mihi cōfido, & ſic pculſas illius copias,Vētidiiq; Mulionis caſtra deſpicio. Sed nō poſſum nō exhorreſcere, ſi qd intra cutē ſubeſt vulneris,qd prius nocere poteſt,q̄ ſciri,curariq; poſſit. Sed certe, niſi vno loco me tenerē,magnū pericului ipe Lepidus,magnū ea pars exercit⁹ adiret,q̄ bene de rep.ſentiret.Magnā etiā pērditi hoſtes acceſſionē ſibi feciſſent, ſi quas copias a Lepido abſtraxiſſent. Quæ ſi aduētus meus repreſſerit,agā gratias fortunæ,cōſtātięq; meæ,quæ ad hāc experiētiā excitauit.Itaq; ad.xii.Cal.Iunias ab Hiſara caſtra moui, pontē tamē, quē in Hiſara feceram, caſtellis duobus ad capita poſitis reliqui,præſidiaq; ibi firma poſui,vt venienti Bruto,exercituiq; eius ſine mora tranſitus eſſet paratus.Ipſe,vt ſpero,diebus octo,quibus has literas dabam,cum Lepidi copiis me coniungam. Vale.

CICERO PLANCO.S.P.D.

Vide.
Cerno.

OVanq̄ gratiarū actionē a te nō deſiderābā,cū te re ipſa,atq; animo ſcirē eſſe gratiſſimū,tamē (fatēdū eſt eñ) fuit mihi periucunda.Sic eñ vidi quaſi ea quę oculis cernunt,me a te amari.Dices,quid antea?Semp qdē,ſed nūq̄ illuſtrius.Literæ tuæ mirabiliter gratę ſunt ſenatui cū rebus ipſis quę erāt gratiſſimę,& maxīe fortiſſimi animi,ſūmiq; cōſilii,tū etiā grauitatę ſentētiarū atq; verboꝝ.Sed mi Plance incūbe,vt belli extrema pficias:in hoc erit ſumma & gratia,& gloria. Cupio oīa reip.cauſa,ſed mehercule in ea cōſeruāda iam defatigatus nō multo plus faueo patriæ,q̄ tuæ glorię,cuius maximā facultatem tibi Dii immortales,vt ſpero,dedere,quā cōplectere obſecro.Qui enim Antoniū oppreſſerit,is hoc teterrimū bellū, periculoſiſſimūq; confecerit. Vale.

CICERO PLANCO.S.P.D.

TAta erāt oīa,q̄ iſtinc afferebanť,īcerta,vt qd ad te ſcríberē,nō occurreret.Modo.n.q̄ vellem⁹ de Lepido,mō cōtra nūciabanť:de te tñ cōſtās fama,nec decipi poſſe,nec vinci:quoꝝ alterius fortuna quandā ptē habet,alterū ppriū eſt prudētię tuę.Sed accepi lras a collega tuo datas Idibus Maiis,in qb⁹ erat te adſcripſiſſe,a Lepido nō recipi Antoniū.Qd erit certius,ſi tu ad nos idē ſcripſeris,ſed minus audes fortaſſe ppter inanē lętitiā lrarū ſupioꝝ.Verū vt erarē,id Plance noluiſti.Quis.n.id effugerit?Sic decipi te nō potuiſſe,qs nō videt?Nunc vero
,, etiā iā erroris cā ſublata eſt.Culpa.n.illa,bis ad eūdē,vulgari rephēſa ꝓuerbio eſt. Sin,vt ſcripſiſti ad collegā, ita ſe res habet,oī cura liberati ſumus,nec tñ erim⁹ prius,q̄ ita eſſe,tu nos feceris certiores.Mea qdē,vt ad te ſępius ſcripſi,hęc ſentētia eſt.Qui reliqas hui⁹ belli oppſſerit,eū toti⁹ belli cōfectorē fore,quē te & opto eſſe,& cōfido futurū.Studia mea erga te,qbus certe nulla eē maiora potuerūt,tibi tā grata eē,q̄ ego putaui fore,minime miror, vehemēter lętor.Quę qdē tu,ſi recte iſtic erit,maiora,& grauiora cognoſces.Quarto Cal.Iunias.

PLANCVS CICERONI.S.

VIderet me inconſtantiæ mearū literarum,ſi nō ex aliena leuitate penderēt. Omnia feci,quare Lepido coniūcto ad remp.defendendam minore ſollicitudine veſtra perditis reſiſterem.Omnia ei & pętenti recepi,& vltro pollicitus ſum,ſcripſiq; tibi biduo ante,confidere me bono Lepido eſſe vſurum, cōmuniq; conſilio bellū adminiſtraturū. Credidi chirographis eius, affirmationi præſentis Laterenſis,qui tum apud me erat,reconciliarēq; me Lepido,fidēq; haberē,orabat.Non licuit diutius bene de eo ſperare.Illud certe caui,& cauebo, ne mea credulitate reip.ſumma fallatur.Cū Hiſarā flumē vno die ponte effecto,exercitū traduxiſſem,p

Maturarē venire.

magnitudine rei celeritatē adhibēs,q̄ petierat p literas ipſe,vt maturarē venire, pręſto mihi fuit Stator eius cū literis,quibus ne venirē denūciabat:ſe poſſe cōficere p ſe negotiū.Interea

Stator.

ad Hiſaram expectarē.Indicabo temerarium meū cōſilium tibi, nihilominus ire decreueram exiſtimans eū ſociū glorię vitare.Putabā poſſe me nec de laude ieiuni hominis delibare qcq̄, & ſubeſſe tamen propinquis locis,vt ſi durius aliquid eſſet,ſuccurrere celeriter poſſem.Ego

Laterenſis.

nō malus homo hoc ſuſpicabar.At Laterenſis vir ſanctiſſimus ſuo chirographo mittit mihi literas,meiſq;,deſperās de ſe,de exercitu,de Lepidi fide,q̄renſq; ſe deſtitutū.In quibus aperte denunciat videam ne fallar,ſuam fidem ſolutam eſſe, reipub.ne deſim.Exemplar eius chiro-

graphi Titio dedi.Ipsa chirographa oĩa ex qbus credidi, & ea qbus fidẽ nõ habẽdã putaui, Leuocispio dabo pferenda,qui oĩbus his interfuit rebus.Accessit eo,vt milites eius, cũ Lepidus concionaret, improbi p se, corrupti etiã p eos q psunt Canidios,Rufrenosq;,& cæteros quos cũ opus erit scietis,cõclamarẽt viri boni pacẽ se velle,neq; esse cũ vllis pugnaturos,duobus iã consulibus singularibus occisis,tot ciuibus pro patria amissis,hostibus denicp oĩbus iudicatis,bonisq; publicatis:neq; hoc aut vindicarat Lepidus,aut sanarat.Huc me venire, & duobus exercitibus cõiũctis obiicere exercitũ fidelissimũ, maxima auxilia, principes Galliæ, prouinciã cũctã,summę demẽtię,& temeritatis eẽ vidi, mihiq;,si ita oppressus essem,rẽq; publicã mecũ pdidissem,mortuo nõ modo honorẽ,sed misericordiã quoq; defuturã.Itaq; rediturus sum,nec tãta munera pditis hoĩbus dari posse sinam.Exercitũ locis habebo opportunis,prouinciã tuear:etiã si ille exercitus desciuerit,oĩa vt integra seruem,dabo operã,quoad exercitus huc summittatis,pariq; felicitate rẽpublicã hic vindicetis. Nec depugnare,si occasio tulerit:nec obsideri,si necesse fuerit:nec mori,si casus iciderit,p vobis paratior fuerit qsq;. Quare hortor te mi Cicero,exercitũ huc traiiciẽdũ q̃primũ cures,& matures prius,q̃ hostes corroborentur,& nostri pturbẽtur.In quo si celeritas erit adhibita,resp.in possessione victorię deletis sceleratis pmanebit.Fac valeas,meq; diligas.Fratrẽ meũ tibi fortissimũ ciuẽ, & ad oĩa paratissimũ excuses literis,q ex labore in febriculã incidit assiduã,& satis molestã.Cũ primũ poterit istuc recurrere,nõ dubitabit,ne quo loco reip.desit.Meã dignitatẽ cõmẽdatã habeas,rogo.Cõcupiscere me nihil oportet,habeo te & amantissimũ mei,& qđ optaui,summæ auctoritatis.Tu videris quãtũ,& quãdo tuũ mun⁹ apud me velis esse.Tãtũ te rogo,in Hircii locum me subdas,& ad tuũ amorẽ,& ad meam obseruantiam.

M.T.C.CN.PLANCO PRAETORI DESIG.S.D.

IN te,& in collega omnis spes est,Diis approbantibus.Concordia vestra,quę Senatui declarata literis vestris est,mirifice & Senatus, & cũcta ciuitas delectata est.Qđ ad me scripseras de re agraria,si cõsultus Senatus esset,vt qsq; de te honorificẽtissimã sentẽtiã dixisset,eã secut⁹ eẽm, q certe ego fuissem. Sed propter tarditatem sententiarum,morãq; rerum,cũ ea quæ consuleban tur, ad exitũ non peruenirent,cõmodissimũ mihi, Plancoq; fratri visum est vti eo,qđ ne nostro arbitratu componeretur,quis fuerit impedimento, arbitror te ex Planci literis cognouisse.Sed siue in senatusconsulto,siue in cæteris rebus desideras aliquid, sic tibi persuade,tantam esse apud omneis bonos tui charitatem,vt nullum genus amplissimę dignitatis excogitari possit,qđ tibi non paratum sit . Literas tuas vehementer expecto,& quidem taleis,qualeis maxime opto. Vale.

PLANCVS CICERONI.S.

NVnq̃ mehercule mi Cicero me pœnitebit maxima pericula p patria subire, dũ si quid acciderit mihi,a reprehensione temeritatis absim. Cõfiterer imprudẽtia me lapsum,si vnq̃ Lepido ex animo credidissem. CREDVLITAS em error est magis,q̃ culpa.Et qdẽ in optimi cuiusq; mẽtẽ facillime irrepit. Sed ego nõ hoc vitio pene sum decept⁹.Lepidũ.n. pulchre norã.Quid ergo est? Pudor me,qui in bello maxime est periculosus,hũc casum coegit subire.Nã si vno loco essem,verebar ne cui obtrectatorq; viderer,& nimiũ pertinaciter Lepido offensus,& mea patientia etiam alere bellum . Itaq; copias propę in aspectum Lepidi,Antoniiq; adduxi, Quadragintaq; millium passuũ spatio relicto consedi,eo cõsilio,vt vel celeriter accedere,vel cum salute recipere me possem.Adiunxi hæc in loco eligendo,flumen oppositum vt haberẽ, in quo mora transitus esset: Vocontii sub manu vt essent,per quoq; loca mihi fideliter pateret iter.Lepidus desperato aduẽtu meo,quẽ nõ mediocriter captabat,se cũ Antonio coniũxit ad.iiii.Cal.Iunias,eodẽq; die ad me castra mouerũt:viginti millia passuũ cũ abessent,res mihi nunciata est.Dedi operã Deum benignitate,vt & celeriter me recipẽrẽ, & hic discessus nihil fugę simile haberet,non miles vllus,non eques,non quicq̃ impedimẽtorq; amitteretur,aut ab illis furẽtibus latronibus interciperet. Itaq; pridie nonas Iunias omneis copias Hisarã traieci,pontesq; quos fecerã,interrupi,vt spatiũ & ad se colligẽdũ hoĩes haberẽt, & ego me inter ea cũ collega cõiũgerẽ,quẽ triduo,cũ has dabã literas,expectabã.Laterẽsis nostri & fidẽ & animũ singularẽ in rẽp.semp fatebor.Sed certe nimia eius indulgẽtia in Lepidũ,ad hæc pericula perspiciunda fecit eum minus sagacẽ. Qui quidẽ cũ in fraudem se deductum videret,manus

Credulitas

Lepidus Antonio cõiũctus.

Laterensis.

quas iustius in Lepidi pernicíem armasset,sibi afferre conatus est. In quo casu tamē interpellatus adhuc viuit,& dicitur victurus.Sed tamē de hoc mihi parū certū est,& magno cū dolore parricidarū elapsus sum his.Veniebāt em̄ eodē furore in me,quo in patriā incitati.Iracūdias autē harū rerū recenteis habebāt,ꝙ Lepidū castigare nō destiterā, vt extingueret bellū,ꝙ colloquia facta īprobabā,ꝙ legatos fide Lepidi dimissos ad me in cōspectū venire vetuerā,ꝙ C.Catiniū Vestinū tribunū militarē missū ab Antonio ad me cū literis excepērā.In quo hāc capio voluptatē,ꝙ certe quo magis me petiuerūt, tāto maiorē his frustratio dolorē attulit.Tu mi Cicero,qđ adhuc feciſti,idē pſta,vt vigilāter,neruoseꝙ nos q stamus i acie subornes.Veniat Cæsar cū copiis,quas habet firmissimas:aut si ipm aliqua res īpedit, exercitus mittat,cuius ipsius magnū periculū agit.Quicqd aliquādo futurū fuit in castris pditorꝝ contra patriā,hoc omne iā cōuenit.Pro Vrbis vero salute cur nō oībus facultatibus quas habemus,vtamur!Qz si vos istic nō defueritis,profecto qđ ad me attinet,oībus rebus abūde reip. satisfaciā. Te qdē mi Cicero i dies mehercule habeo chariorē,sollicitudinesꝙ meas quotidie magis tua merita excutiūt,ne qd aut ex amore,aut ex iudicio tuo pердā.Opto vt mihi liceat iam præsenti pietate meorū officiorum tua beneficia tibi facere iucundiora. Vale. Octauo Idus Iunias, Ciuarone ex finibus Allobrogum.

Cæsar.

PLAN.IMPE.CONS.DESI.CICERONI.S.P.D.

FAcere nō possum,quin in singulas res,meritaꝙ tua tibi gratias agam.Sed mehercule facio cū pudore.Neꝙ enim tāta necessitudo, quātā tu mihi tecū esse voluisti,desiderare videtur gratiarū actionē.Neꝙ ego lubenter pro maximis tuis beneficiis tā vili munere defungor orationis, & malo pſens obseruātia,indulgētia,assiduitate memorē me tibi probare. ꝙ si mihi vita contigerit,omneis gratas amicitias,atꝙ etiā pias propinquitates † in tua obseruantia,indulgentia,assiduitate vincam.Amor enim tuus,ac iudiciū de me,vtrum mihi plus dignitatis in perpetuū,an voluptatis quotidie sit allaturus,nō facile dixerim.De militū cōmodis fuit tibi curę: quos ego,nō potētię meæ causa (nihil em̄ me nō salutariter cogitare scio) ornari volui a Senatu,sed primū ꝙ ita meritos iudicabā: deinde ꝙ ad omneis casus cōiūctiores reip.eē volebā : nouissime vt ab omni omniū sollicitatione auersos eos,taleis vobis prestare possem,quales adhuc fuerūt.Nos adhuc hic oīa integra sustinuimus.Qđ cōsiliū nostrū, etsi quāta sit auiditas hoim,nō sine causa talis victorię scio,tū vobis pbari spero . Non em̄ si qd in his exercitibus sit offensum,magna subsidia resp.habet expedita,qbus subito impetui, ac latrocinio parricidarū resistat.Copias vero nostras notas tibi eē arbitror.In castris meis legiones sunt veteranę tres: tironū vel luculētissima ex oībus vna.In castris Bruti vna veterana legio:altera bima:octo tironū.Ita vniuersus exercitus numero amplissimus est, firmitate exiguus. Quantū autē in acie tironi sit cōmittendū, nimiū sæpe expertum habemus. Ad hoc robur nostrorū exercituū,siue Aphricanus exercitus,q est veteranus,siue Cęsaris accessisset,æquo animo summā reip.in discrimē deduceremus . Aliquāto aūt ppius esse,qđ ad Cæsarē attinet,videbamus.Nihil destiti eū literis hortari,neꝙ ille intermisit affirmare se sine mora venire,cū interim auersum illū ab hac cogitatione ad alia cōsilia video se cōtulisse. Ego tū ad eū Furniū nostrū cū mādatis,literisꝙ misi,si qd forte ꝑficere posset.Scis tu mi Cicero,qđ ad Cæsaris amorē attinet,societatē mihi esse tecū,vel ꝙ in familiaritate Cæsaris viuo illo,iā tueri eū,& dilígere mihi fuit necesse:vel ꝙ ipse quoad ego nosse potui, moderatissimi,atꝙ humanissimi fuit sensus:vel ꝙ ex tā insigni amicitia mea,atꝙ Cæsaris hūc filii loco,& illius,& nostro iudicio substitutū nō pinde habere mihi turpe videt.Sed qcqd tibi scribo,dolēter mehercule magis,q̄ inimice facio.Qz viuit Antonius hodie,ꝙ Lepidus vna est,ꝙ exercitus habēt nō cōtemnēdos,ꝙ sperant,ꝙ audēt,id omne Cæsari acceptū referre possunt. Neꝙ ego supiora repetā.Sed ex eo tēpore quo ipse mihi professus est se venire, si venire voluisset,aut oppressum iā bellū esset,aut i aduersissimā illi Hispaniā cū detrimēto eorꝝ maximo extrusum.Quę mens eū,aut quorꝝ cōsilia a tanta gloria, sibi vero etiā necessaria, ac salutari auocarint,& ad cogitationē cōsulatus bimestris summo cū terrore hominū,& insulsa cū eflagitatiōe trāstulerit,exputare nō possum.Multū i hac re mihi videnť necessarii ei⁹ & reip. & ipsius causa ꝑficere posse:plurimū,vt puto,tu quoꝝ,cui⁹ ille tāta merita habet, quāta nemo pter me. Nū q̄ vero obliuiscar maxima ac plurima me tibi debere.De his reb⁹ vt exigeret cū eo,Furnio mādaui.Qz si quātā debeo,habuero apud eū auctoritatē,plurimū ipm iuuero,

Indulgētia † in tui.

Nouissime

Cæsar Varius,

Exputare.

Nos interea duriori conditione bellum sustinemus,ꝙ neꝙ expeditissimam dimicationē puta mus,neꝙ tamen refugiendo commissuri sumus,vt maius detrimentū respu.accipere possit. Qz si aut Cæsar se respexerit, aut Aphricanæ legiones celeriter venerint,securos vos ab hac parte reddemus. Tu,vt instituisti,me diligas rogo,ꝑprieꝙ tuum esse tibi persuadeas. Quinto Calen.Sextileis, ex Castris. Vale.

M.T.C.C.FVRNIO.S.P.D.

SI interest,id qđ hoies arbitrant̄,reipu.te,vt instituisti,atꝙ fecisti, nauare operam,rebusꝙ maximis,quę ad extinguēdas reliquias belli pertinent, interesse, nihil videris melius,neꝙ laudabilius,neꝙ honestius facere posse. Istāꝙ operam tuā,nauitatē,animū in rempu.celeritati præturæ anteponendā censeo. Nolo.n.te ignorare quantā laudē cōsecutus sis:mihi crede,proximā Planco, idꝙ ipsius Planci testimonio,pretereaꝙ fama,scientiaꝙ oim. Quamobrem si quid operis tibi etiā nunc restat, id maximopere censeo persequendū. Quid.n.honestius? aut quid honesto anteponendū?Si autē satisfactū reipu. putas, celeriter ad comitia, quando mature futura sunt,veniendum censeo. dummodo ne quid hæc ambitiosa festinatio imminuat eius glorię,quā consecuti sumus.Multi clarissimi viri cum reipu.darent operā,annū petitionis sue non obierūt.Qđ eo facilius nobis est,ꝙ non est annus hic tibi destinatus, vt si ædilis fuisses,post biennīū tuus annus esset.Nunc nihil p̄termittere videbere vsitati, & quasi legitimi temporis ad petendū. Video aūt Planco consule,etsi etiā sine eo rationes expeditas haberes,tamen splendidiorem petitionē tuam, si modo ista ex sentētia cōfecta essent.Omnino me plura scribere,cum tuū tantū consilium iudiciūꝙ sit,non ita necesse arbitrabar, sed tamē sententiam meam tibi ignotam esse nolebam.Cuius est hęc summa,vt omnia te metiri dignitate malim,q̄ ambitione,maiorēꝙ fructum ponere in perpetuitate laudis, q̄ in celeritate prętu ræ.Hęc eadem locutus sum domi meę adhibito Qu.fratre meo, & Cecinna, & Caluisio studiosissimis tui, cum Dardanus Libertus tuus interesset. omnibus videbatur probari oratio mea,sed tu optime iudicabis. Vale.

Nauitas. Planco pro Plāci laudi.

M.T.C.C.FVRNIO.S.P.D.

REctis tuis literis,quib⁹ declarabas aut omittendos Narbonenseis,aut cū periculo dimicandū,illud magis timui, qđ vitatum non moleste fero. Quod de Planci,& Bruti concordia scribis,in eo vel maximā spem pono victoriæ. De Gallorū studio nos aliqñ cognoscemus,vt scribis,cuius id opera maxime excitatum sit.Sed iam,mihi crede,cognouimus.Itaꝙ iucundissimis tuis literis stomachatus sum in extremo.Scribis.n.si in Sextilē comitia,cito te.si iam cōfecta,citius,ne diutius cum periculo fatuus sis.O mi Furni,q̄ tu causam tuam non nosti, qui alienas tam facile discas.Tu nunc cādidatū te putas,& id cogitas,vt aut ad comitia curras, aut si iam cōfecta,domi tuę sis,scilicet ne cū maximo periculo,vt scribis,stultissimus sis.Non arbitror te ita sentire.Omneis.n.tuos ad laudē impetus noui.Qz si, vt scribis, ita sentis,non magis te,q̄ de te iudicium reprehendo meū.Te adipiscendi magistratus leuissimi,& diuulgatissimi,si ita adipiscare vt pleriꝙ,prępropera festinatio abducet a tantis laudibus, quibus te oēs in cælū iure,& vere ferunt.Scilicet id agitur,vtrum hac petitione,an ꝓxima Pretor fias, non vt ita de repu.mereare,omni honore vt dignissimus iudicere! Vtrū nescis q̄ alte ascenderis!an pro nihilo id putas!Si nescis,tibi ignosco,nos in culpa sumus.Sin intelligis,vlla tibi est pretura,vel officio,qđ pauci,vel gloria,quā omnes assequunt̄, dulcior! Hac de re & ego, & Caluisius homo magni iudicii,tuiꝙ amantissimus te accusamus quotidie. Comitia tñ qñ ex his pendes,quantū facere possumus,qđ multis de causis reip.arbitramur conducere,in Ianuarium mensem protendimus. Vince igitur & Vale.

Scilicet ironicos.

M.T.C.M.LEPIDO.S.P.D.

QVod mihi pro mea summa erga te beneuolētia magnę curę est, vt q̄ amplissima dignitate fis,moleste tuli,te Senatui gratias nō egisse,cū esses ab eo ordine ornatus summis honoribus.Pacis inter ciueis conciliandæ te cupidū esse lętor.Pacē eā si a seruitute seiungis, cōsules & reip.& dignitati tuę.Sin ista pax perditū hoiem in possessionē impotentissimi dominatus restituta est,hoc aio scito oñeis sanos,vt mortē seruituti anteponāt.Itaꝙ sapien-

Mortē seruituti anteponant.

tius,meo quidem iudicio,facies,si te in istam pacificationem non interpones,quæ neq; senatui,neq; populo,neq; cuiq̃ bono probatur.Sed hęc audies ex aliis,aut certior fies literis. Tu pro tua prudentia,quid optimum factu sit,videbis. Vale.

M.T.C.C.TREBONIO.S.P.D.

De cęde Iulii Cęsaris.

QVam vellem ad illas pulcherrimas epulas me Idibus Martiis inuitasses, reliquiarum nihil haberemus.At nũc cum his tantũ negotii est,vt vestrum illud diuinum in rempu.beneficium nonnullam habeat querelam. Q2 vero a te viro optimo seductus est,tuoq; beneficio adhuc viuit hęc pestis,interdũ qđ mihi vix fas est,tibi subirascor.Mihi enim negotii plus reliquisti vni, q̃ pręter me omnibus.Vt em̃ primũ post Antonii fœdissimum discessum senatus haberi libere potuit,ad illũ animum meũ reuerti pristinum,quẽ tu cũ ciue acerrimo patre tuo in ore,& amore semper habuisti.Nam cũ senatũ ad.xiii. Calẽ. Ianuarias tribuni pleb. vocauissent,deq; alia re referrent,totã rẽpu.sum cõplexus,egiq; acerrime: Senatũq; iam languentem,& defessum ad pristinã virtutẽ,cõsuetudinẽq; reuocaui,magis animi,q̃ ingenii viribus. Hic dies,meaq; cõtentio,atq; actio,spem primũ populo Ro.attulit libertatis recuperãdę.Nec vero ipse postea tempus illũ intermisi de repu.nõ cogitandi solũ,sed etiã agendi.Q2 nisi res vrbanas,actaq; oĩa ad te perferri arbitrarer,ipse perscriberẽ,q̃q̃ erã maximis occupationibus impeditus.Sed illa cognosces ex aliis: a me pauca,& ea summatim. Habemus fortẽ Senatum,Consulareis partim timidos,partim male sentiẽtes. Magnũ damnum factum est in Seruio.L.Cęsar optime sentit, sed q; auunculus est, non acerrimas dicit sententias.Consules egregii,pręclarus D.Brutus,egregius puer Cęsar,de quo spero equidẽ reliqua, hoc vero certum habeto,nisi ille veteranos celeriter conscripsisset,legionesq; duę de exercitu Antonii ad eius se auctoritatem contulissent,atq; is oppositus esset terror Antonio,nihil Antonium sceleris,nihil crudelitatis pręteriturũ fuisse.Hęc tibi etsi audita esse arbitrabar, volui tamen notiora esse.Plura scribam,si plus otii habuero. Vale.

Cæsar Augustus.

M.T.C.APPIO.S.P.D.

EX meo studio erga salutem,& incolumitatem tuam,credo te cognoscere ex literis tuorum,quibus me cumulatissime satisfeciisse certo scio: nec his concedo,q̃q̃ sunt singulari in te beneuolentia,vt te saluum malint, q̃ ego. Illi mihi necesse est concedãt,vt tibi plus,q̃ ipsi hoc tempore prodesse possim. quod quidẽ nec destiti facere,nec desistam,& iam in maxima re feci,& fundamẽta ieci salutis tuæ.Tu fac bono animo,magnoq; fis,meq; tibi nulla re defuturum esse confidas.Pridie nonas Quintileis. Vale.

Fundamenta iacere.

SERGIVS GALBA.M.T.C.S.P.D.

DEcimoseptimo Calẽ.Maii,quo die Pansa in castris,& Hircius erat futurus, cũ quo ego erã(nam ei obuiã processeram millia passus centum, quo maturius veniret)Antonius legiones eduxit duas,secundã, & trigesimãquintã, & cohorteis ptorias duas,vnã suã,alterã Syllani,euocatoꝝ partẽ.Ita obuiã venit nobis,q; nos quattuor legiones tironũ habere solũ arbitrabaꝫ.Sed notu quo tuti9 venire in castra possem9,legionẽ Martiã,cui ego pesse solebã, & duas cohorteis ptorias miserat Hircius nobis.Cũ equites Antonii apparuissent,contineri neq; legio Martia,neq; cohortes ptorię potuerũt:quas sequi cœpimus coacti,qñ eas retinere non poteramus.Antonius ad Forũ Gallorũ suas copias continebat,neq; sciri volebat se legiones habere,tm̃ equitatum,& leuẽ armaturã ostendebat.Posteaq̃ vidit se inuito legionem ire Pansa,sequi se duas legiones iussit tironũ : posteaq̃ angustias paludis, & syluarum transiuimus,acies est instructa a nobis duodecim cohortum.Nondum venerant legiones duę,repente Antonius in aciem suas copias de vico produxit,& sine mora concurrit.Primo ita pugnatum est,vt acrius non posset ex vtraq; parte pugnari: & sic dexterius cornu, in quo ego erã cum Martię legionis cohortib9 octo,ĩpetu primo fugauerat legionẽ trigesimãquintã Antonii,vt amplius passus centũ vltra aciẽ,quo loco steterat,processerit.Itaq; cũ equites nostrum cornu circuire vellent,recipere me cœpi,& leuem armaturam opponere Maurorum equitibus,ne auersos nostros aggrederentur.Interim video me esse inter Antonianos, Antonium q; post me esse aliquanto:repente equum immisi ad eam legionem Tironum,quę veniebat ex castris,scuto reiecto.Antoniani me insequi,nostri pila cõiicere velle. Ita nescio quo fato sum

Forũ Gallorum.

Pugna atrox.

ſeruatus,q̄ ſum cito a noſtris cognitus.In ipſa Aemilia,vbi cohors Cæſaris p̄toria erat,diu pugnatum eſt.Cornu ſiniſterius,qđ erat infirmius, vbi Martię legionis duę cohortes erant, & cohors prętoria,pedem referre cœperunt,q̄ ab equitatu circuibantur,quo vel plurimum valet Antonius.Cū omnes ſe recepiſſent noſtri ordines,recipere me nouiſſimus cœpi ad caſtra.Antonius tanq̄ victor caſtra putauit ſe poſſe capere.Quo cū venit,complureis ibi amiſit,nec egit quicq̄. Audita re Hircius cum cohortibus viginti veteranis redeunti Antonio in ſua caſtra occurrit,copiaſq̄ omneis eius deleuit,fugauitq̄,eodē loco vbi erat pugnatum ad Forum Gallorum. Antonius cū equitib⁹ hora noctis quarta,ſe in caſtra ſua ad Mutinam recepit.Hircius in ea caſtra rediit,vnde Pāſa exierat,vbi duas legiones reliquerat,quę ab Antonio erāt oppugnatę. Sic partem maiorem ſuarum copiarum Antonius amiſit veteranarū. Nec id tamen ſine aliqua iactura cohortum prętoriarum noſtrarum,& legionis Martię fieri potuit.Aquilę duę,ſigna ſexaginta ſunt relata Antonii.Res bene geſta eſt.Ad.xii.Calē. Maii ex caſtris. Vale.

C.ASINIVS POLLIO,M.T.C.S.P.D.

MInime mirum debet tibi videri nihil me ſcripſiſſe de repub. poſteaq̄ ītum eſt ad arma.Nam ſaltus Caſtulonēſis,qui ſemper tenuit noſtros tabellarios, etſi nunc frequentioribus latrociniis infeſtior factus eſt, tamen nequaq̄ tanta in mora eſt, quanta qui locis omnibus diſpoſiti ab vtraq̄ parte ſcrutantur tabellarios,& retinēt.Itaq̄ niſi naue perlatæ literæ eſſent,omnino neſcirē quid iſtic fieret. Nūc vero nactus occaſionem poſteaq̄ nauigari cœptum eſt, cupidiſſime, & q̄creberrime potero,ſcribam ad te,ne moueare eius ſermonib⁹, quē tametſi nemo eſt qui videre velit,tamen nequaq̄ pērinde ac dignus eſt,oderunt homines,pericŭlum nō eſt. Adeo eſt inuiſus mihi,vt nihil non acerbum putē,qđ cōmune cum illo ſit.Natura aūt mea, & ſtudia trahunt me ad pacis,& libertatis cupiditatem. Itaq̄ illud initium ciuilis belli ſæpe defleui.Cum vero non liceret mihi nullius partis eſſe,quia vtrobiq̄ magnos inimicos habebam,in ea caſtra fugi,in quibus plane tutū me ab inſidiis inimici ſciebam non futurum: compulſus eo,quo minime volebā,ne in extremis eſſem,plane pericula non dubitanter adii. Ceſarem vero,q̄ me in tanta fortuna modo cognitū veteriſſimorū familiarium loco habuit,dilexi ſumma cū pietate,& fide.Quę mea ſententia gerere mihi licuit,ita feci,vt optimus quiſq̄ maxime probarit.Qđ iuſſus ſum,eo tempore,atq̄ ita feci,vt appareret inuito imperatū eſſe. Cuius facti iniuſtiſſima inuidia erudire me potuit,q̄ iucunda libertas,& q̄ miſera ſub dominatione vita eſſet.Ita ſi id agitur,vt rurſus in poteſtate oīa vnius ſint,quicūq̄ is eſt,ei me profiteor inimicū.Nec periculum eſt vllū,qđ pro libertate aut refugiam,aut deprecer. Sed conſules neq̄ Senatuſcō.neq̄ literis ſuis pręceperāt mihi,quid facerem. Vnas em̄ poſt Idus Martias demum a Panſa literas accepi,in quibus hortatur me,vt ſenatui ſcribam,me,& exercitū in poteſtate eius futurum:quod cum Lepidus concionaretur,atq̄ omnibus ſcriberet ſe conſentire cum Antonio,maxime contrariū fuit. Nam quibus commeatibus inuito illo per illius prouinciam legiones ducerem?aut ſi cętera tranſiſſem,num etiā Alpeis poterā trāſuolare,quę p̄ſidio illius tenent?Adde huc,q̄ perferri literę nulla conditione potuerunt.Sexcentis em̄ locis excutiunt,deinde etiā retinent a Lepido tabellarii.Illud me Cordubæ pro concione dixiſſe nemo vocabit in dubiū,prouinciā me nulli,niſi qui a Senatu miſſus veniſſet, traditurum. Nam de legione trigeſima tradēda quantas habuerim conciones,quid ego ſcribā? Qua tradita,quāto pro repu.infirmior futurus fuerim,quis ignorat?Hac em̄ legione noli acrius, aut pugnacius quicq̄ putare eſſe.Quare me eū exiſtima eſſe,qui primum pacis cupidiſſimus ſim.Omneis enim ciues plane ſtudeo eſſe ſaluos.Deinde qui & me,& rēpu. vindicare in libertatem paratus ſim.Q̄z familiarem meū tuorū numero habes,opinione tua mihi gratius eſt. Inuideo illi tamen,q̄ ambulat,& iocatur tecū. Quod quanti æſtimem, ſi vnq̄ licuerit viuere in otio,experiere.Nullum em̄ veſtigium abs te diſceſſurus ſum. Illud vehementer admiror, non ſcripſiſſe te mihi,manendo in prouincia,an ducendo exercitum in Italiam,reipu.magis ſatisfacere poſſim.Ego quidem etſi mihi tutius,ac minus laborioſum eſt manere,tamen quia video tali tempore multo magis legionibus opus eſſe,q̄ prouinciis,quæ p̄ſertim recuperari nullo negotio poſſunt,conſtitui,vt nunc eſt,cū exercitu proficiſci. Deinde ex literis, quas Panſa mihi miſit,cognoſces omnia.nam earum tibi exemplar miſi.XVII.Calen. Aprilis.Cordubæ. Vale.

Caſtulonēſis ſaltus.

Nullius p neutrius. ſequiť em̄ vtrobiq̄.

Pro concione dixiſſe.

C.ASINIVS POLLIO.M.T.C.S.P.D.

Balbi facinora.

BAlbus quęstor,magna numerata pecunia,magno pondere auri,maiore argẽ
ti coacto de publicis exactionibus,ne stipendio quidẽ militibus reddito,du
xit se a Gadibus,& triduũ tempestate retentus ad Calpen Calen.Iuniis tra-

Bogudis.

iecit sese in regnum Bogudis plane bene peculiatus.His rumoribus vtrum
Gadeis referatur,an Romã(ad singulos eñ nuncios turpissime consilia mu
tat)nondũ scio.Sed p̃ter furta,& rapinas,& virgis cęsos socios,hęc quoq; fe
cit,vt ipe gloriari solet,eadẽ quę C.Cęsar,ludis quos Gadibus fecit. Herenniũ Gallũ Histrio
nem summo ludorum die annulo aureo donatũ in quartũdecimũ sessum deduxit.Tot eñ fe
cerat ordines equestris loci. Quattuoruiratũ sibi prorogauit,comitia biennii biduo habuit,
hoc est renunciauit:quos ei visum est exules,reduxit,nõ horũ temporũ,sed illorũ,quibus a
seditiosis Senatus trucidatus,aut expulsus est Sexto Varo Procõsule. Illa vero iã ne Cęsaris
quidẽ exẽplo,q; ludis prętextã de suo itinere ad L.Lentulũ Proconsulẽ sollicitandũ posuit.Et
quidẽ cũ ageretur,fleuit memoria rerũ gestarum cõmotus.Gladiatoribus aũt Fadiũ quendã
militẽ Pompeianũ,quia cũ depressus in ludum bis gratis depugnasset,auctore sese nolebat,&
ad populũ cõfugerat,primũ Gallos equites immisit in populũ.Coniecti.n.sunt lapides in eũ,

Quiritari.

cũ arriperet Fadius.Deinde abstractũ defodit in ludo,& viuum cõbussit:cũ quidem pransus
nudis pedibus,tunica soluta,manibus ad tergũ reiectis inambularet, & illi misero quiritãti,
ciuis Romanus natus sum,responderet,abi nunc,populi fidẽ implora.Bestiis vero ciueis Ro
manos,in his circulatorẽ quendam auctionũ notissimũ hominẽ Hispali,quia deformis erat,
obiecit.Cũ huiusmodi portento res mihi fuit.Sed de illo plura corã.Nunc qđ præstat,quid
me velitis facere,constituite.Treis legiones firmas habeo,quarũ vnã vigesimãoctauam cum
ad se initio belli accersisset Antonius hac pollicitatiõe,quo die in castra venisset,denarios qn
gentos singulis militibus daturũ:in victoria vero eadẽ pręmia,q̃ suis legionibus:quorũ quis
vllã fidem,aut modũ futurũ putauit?incitatissimã retinui ęgre mehercule, nec retinuissem,
si vno loco habuissem,vtputa cũ singulę cohortes quandã seditionẽ fecerint.Reliquas quoq;
legiones non destitit literis,atq; infinitis pollicitationibus incitare.Nec vero minus Lepidus
vrsit me & suis & Antonii literis,vt legionẽ trigesimã mitterẽ sibi.Itaq; quẽ exercitũ neq; vẽ
dere vllis pręmiis voluí,nec eorũ periculorũ metu,quę victoribus illis portẽdebant,diminue
re,debetis existimare retentũ,& cõseruatũ reipu.esse,atq; ita credere,qđcũq; imperasseris fa-
cturum fuisse,si qđ iussistis,feci.Nã & prouinciã in otio,& exercitũ in mea potestate tenui,si

Excedo.

nibus meę prouincię nusq̃ excessi.Militẽ non modo legionariũ,sed ne auxiliariũ quidem vllũ

Nõ modo.

quoq̃ misi: & si quos equites decedẽteis nactus sum,supplicio affeci. Quarũ rerũ fructũ satis
magnum repu.salua tulisse me putabo.Sed respu.si me satis nouisset, & maior pars Senatus,
maiores ex me fructus tulisset.Epistolã,quam Balbo cum etiã nũc in prouincia esset, scripsi,
legẽdam tibi misi:etiam prętextam,si voles legere, Gallum Cornelium familiarem meum po
scito.Sexto Idus Iunias.Cordubæ. Vale.

C.ASINIVS POLLIO.M.T.C.S.D.P.

Quo p q.

QVo tardius certior fierẽ de pręliis apud Mutinam factis,Lepidus effecit,qui
meos tabellarios nouẽ dies retinuit.Tametsi tantã calamitatẽ reipu. q̃tardis
sime audire optandũ est,sed illis,qui prodesse nihil possunt,neq; mederi. At
q; vtinam eodem Senatusconsulto,quo Plancũ,& Lepidũ in Italiã accersistis,
me quoq; iussissetis venire,profecto non accepisset respu.hoc vulnus.quo si
qui lętant in p̃sentia,quia videnť & duces,& veterani Cęsaris partiũ interiis
se,tamen postmodũ necesse est doleant,cum vastitatem Italię respexerint.Nam & robur,& so
boles militum interiit:si quidẽ,quæ nunciantur,vlla ex parte vera sunt. Neq; ego nõ videbã
quanto vsui reipu.essem futurus,si ad Lepidũ venissem:omnẽ eñ cunctationẽ eius discussis-
sem,p̃sertim adiutore Planco.Sed scribenti ad me eiusmodi literas,quas leges, & cõcionibus
videlicet,quas Narbone habuisse dicit,simularẽ plane necesse erat,si vellẽ cõmeatũ p prouin
ciam eius iter faciẽs habere.Prętera verebar,ne si ante,q̃ ego incepta perficerẽ,pręlium cõse
ctum esset,pium meũ consiliũ raperent in contrariam partem obtrectatores mei,ppter amici
tiam q̃ mihi cum Antonio,non maior tñ,q̃ Planco fuit.Itaq; a Gadibus mense Aprili binos

Octauian9

tabellarios in duas naueis ĩposui,& tibi,& cõsulibus,& Octauiano scripsi,vt me faceretis cer
tiorẽ,quonã modo plurimũ possem pdesse reipu.Sed vt rationẽ ineo,quo die pręlium Pansa

commísit,eodem a Gadibus naues profectę sunt.Nulla em̃ post hyemẽ fuit ante eam diẽ na-
uigatio.Et Hercule lõge remotus ab omni suspitione futuri ciuilis tumultus, pẽnitus in Lu Lusitania.
sitania legiones in hybernis collocarã. Ita porro festinauit vterq; cõfligere,tanq̃ nihil peius
timerent,q̃ ne sine maximo reip.detrimento bellũ cõponeret.Sed si properandũ fuerat, nihil
nõ summi ducis consilio gessisse Hirciũ video.Nã hęc mihi scribunt ex Gallia Lepidi,& nũ-
ciantur,Pansę exercitũ concisum esse,Pansam ex vulneribus mortuũ,eodẽ prędio Martiam le
gionem interiisse,& L.Fabatũ,& C.Peduceũ,& D.Carsulenũ. Hirciano aũt prędio, & quartã
legionẽ, & omneis pęque Antonii cęsas.Itẽ Hircii quartã, cũ castra quoq; Antonii cepisset,a
quita legione cõcisam esse.Ibi Hirciũ quoq; periisse, & Pontiũ Aquilã.dici etiã Octauianum Pontius.
cecidisse.Quę si(qđ dii prohibeant)vera sunt,nõ mediocriter doleo.Antoniũ turpiter Mu-
tinę obsessionẽ reliquisse,sed habere equitatũ,legiones sub signis armatas treis,& Pupilli Ba
gieni vnam,inermeis bene multos. Ventidiũ quoq; se cũ legione septima,octaua,nona,cõiun
xisse.Si nihil in Lepido spei sit,descensurũ ad extrema,& nõ modo nationes,sed etiã seruitia
concitaturũ.Parmã direptã.L.Antoniũ Alpeis occupasse.Quę si vera sunt,nemini nostrũ ces
sandũ est,neq; expectandũ quid decernat Senatus. Res em̃ cogit huic tanto incendio succur
rere omneis,q aut imperiũ,aut nomẽ deniq; Populi Ro.saluũ esse volunt. Brutũ em̃ decẽ &
septem cohortes, & duas nõ frequenteis tironũ legiones,quas cõscripserat Antonius,habe-
re audio.Neq; tñ dubito,quin oẽs qui supersint de Hircii exercitu,confluant ad eũ. Nam in
delectu non multũ spei puto esse, pẽsertim cũ nihil sit periculosius, q̃ spatiũ confirmandi sese
Antonio dari.Anni autẽ tempus libertatẽ maiorẽ mihi dat,propterea quia frumenta,aut in
agris,aut in villis sunt.Itaq; proximis literis consilium meũ expediet. Nam neq; deesse, neq;
supereſse reipu.volo.Maxime tamẽ doleo,adeo & lõgo,& infesto itinere ad me veniri, vt die Superesse.
quadragesimo post,aut vltra etiã,q̃ facta sunt omnia,nuncientur. Vale.

M.LEPIDVS IMP.ITEM PONT.MAX.S.D.
SENA.POPV.PLEBIQVE ROM.

SI vos,liberiq; vestri valetis,bene est,ego quoq; valeo.Deos hoiesq; testor pa- Lepidi de-
tres conscripti,qua mẽte,& quo animo semp in rẽpu.fuerim,& q̃ nihil anti- precatio.
quius cõmuni salute, ac libertate iudicarim: qđ vobis breui probassem,nisi
mihi fortuna propriũ consiliũ extorsisset.Nã exercitus cunctus consuetudi
nem suã in ciuibus cõseruandis,cõmuniq; pace, seditione facta,retinuit, me
q; tãtę multitudinis ciuiũ Romanorũ salutis,atq; incolumitatis causam sus
cipere,vt vere dicam,coegit.In qua re ego vos Patres cõscripti oro,atq; obsecro, vt priuatis
offensionibus omissis, summæ reip. consulatis,neve misericordiam nostrã,exercitusq; nostri
in ciuili dissensione,sceleris loco ponatis. Q2 si salutis oĩm, ac dignitatis rationẽ habueritis,
melius & vobis,& reipu.consuletis.Data.iiii.Calen.Aprilis.a Ponte Argenteo. Valete. Data.

M.LEPIDVS IMP.ITEM PON.MAX.M.T.CICE.S.P.D.

SI vales bene est,ego quoq; valeo.Cum audissem Antoniũ cũ suis copiis prę-
missso Lucio Antonio cũ parte equitatus in prouinciã meã venire,cũ exerci
tu meo a cõfluente Rhodano castra moui, ac cõtra eos venire instituí. Itaq; Lugdunũ
cõtinuis itineribus ad Forũ Vocontiũ veni:& vltra,castra ad flumẽ Argen- nunc est.
teum contra Antonianos feci. P.Ventidius suas legiones treis coniunxit cũ
eo,& vltra me castra posuit.Habebat antea legionẽ secundã,& ex reliquis le
gionibus magnã multitudinẽ,sed inermiũ. Equitatũ habet magnum.Nam oĩs ex prędio inte
ger discessit,ita vt sint amplius equitũ triginta millia.Itaq; ad me complures milites,& equi Equitatus
tes ab eo trãsierunt,& in dies singulos eius copię minuunt.Syllanus,& Culleo ab eo discesse trigita mil
runt.Nos etsi grauiter ab his lęsi eramus,q; contra nostrã voluntatẽ ad Antonium ierant,tñ lium.
nostrę humanitatis & necessitudinis causa,eorũ salutis rationẽ habuimus.Nec tñ eorũ ope
ra vtimur,neq; in castris habemus, neq; vlli negotio prędecimus.Quod ad bellũ hoc attinet,
nec senatui,nec reip.deerimus.quę postea egerimus,faciã te certiorem.Etsi omni tẽpore sum
ma studia officii mutuo inter nos certatim cõstiterunt pro nostra iter nos familiaritate,& p
inde diligenter ab vtroq; conseruata sunt,tñ non dubito in tanto,& tam repentino motu rei
pu.quin nonnulla de me falsis rumoribus a meis obtrectatorib9 me indigna ad te delata sint,
quæ tuũ animũ magnopere mouerent pro tuo amore in rẽpu.Ea te moderate accepisse, neq;
temere credẽdũ iudicasse,a meis pcuratorib9 certior sum factus:q̃ mihi, vt debẽt,gratissima

sunt.Memini enim & illa superiora,quę abs tua voluntate profecta sunt,ad meam dignitatẽ augendam & ornandam,quę perpetuo animo meo fixa manebunt.Abs te mi Cicero magnopere peto,si meam vitam,& studium diligentissime superioribus temporibus in repu.administranda,quę Lepido digna sunt,perspecta habes,vt paria aut eo ampliora reliquo tempore expectes: & proinde tua auctoritate me tuendum existimes, quo tibi plura tuo merito debeo. Vale.xii.Calen.Iunias,ex castris.ex Ponte Argenteo.

M.T.C.EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER VNDECIMVS.

D.BRVTVS M.BRVTO,ET C.CASSIO.S.D.

QVo in statu simus, cognoscite.Heri vesperi apud me Hircius fuit: qua mente esset Antonius,demõstrauit,pessima scilicet & infidelissima.Nã se neq; mihi prouinciã posse aiebat dare,neq; arbitrari tuto in vrbe esse quẽq; nostrũ:adeo esse militũ concitatos aios, & plebis. Quorũ vtrũq; esse falsum puto vos aiaduertere,atq; illud esse verũ, qđ Hircius demonstrabat,timere eũ,ne si mediocre auxiliũ dignitatis nostrę habuissemus,nullę partes iis in rep.relinquerent. Cum in his angustiis versarer,placitũ est mihi,vt postularẽ legationem liberam mihi,reliquisq; nostris, vt aliqua causa ꝓficiscẽdi honesta quæreretur.Hęc se impetraturũ pollicitus est,nec tñ impetraturũ confido:tanta est hominũ insolẽtia,& nostri insectatio.At si dederint qđ petimus,tñ paulo post futurũ puto,vt hostes iudicemur,aut aqua, & igni nobis interdicat. Quid ergo est,inquis,tui cõsilii? dandus est locus fortunę,cedendũ ex Italia, migrandũ Rhodũ,aut aliquo terrarũ arbitror.Si melior casus fuerit,reuertemur Romã:si mediocris,in exilio viuemus:si pessimus,ad nouissima auxilia descẽdemus.Succurret fortasse hoc loco alicui vestrum,cur nouissimum tẽpus expectemus potius,q̃ nũc aliquid moliamur. quia vbi consistamus,nõ habemus,prẽter Sextũ Pompeiũ,& Bassum Cælium,qui mihi videnť hoc nuncio de Cęsare allato firmiores futuri:satis in tẽpore ad eos accedemus,vbi quid valeăt,scierim⁹. Pro Cassio,& te,si quid velitis me recipere,recipiã. postulat eñ hoc Hircius,vt faciã. Rogo vos q̃primũ mihi rescribatis:nam non dubito,quin de his rebus ante horã quartã Hircius me certiorem sit facturus.quẽ in locum cõuenire possimus,quo me velitis venire, rescribite. Post nouissimũ Hircii sermonẽ,placitum est mihi postulare,vt licceret nobis esse Romę publico pręsidio,qđ illos nobis non concessuros puto.magnam.n.inuidiam iis faciemus. Nihil tñ non postulandum putaui,quod æquum esse statuerem. Valete.

Legatio libera.

Interdici.

Nouissima auxilia.

M.BRV.ET C.CAS.PRAET.M.ANTO.CONS.S.P.D.

DE tua fide,& beneuolentia in nos,nisi persuasum esset nobis, non cõscripsissemus hęc tibi:q̃ profecto,qñ istũ animũ habes,in optimã partem accipies. Scribit nobis magnã veteranorũ multitudinẽ Romã conuenisse iam, & ad Calen.Iunias futurã multo maiorẽ:de te si dubitemus,aut vereamur,simus nostri dissimiles.Sed certe cũ ipsi in tua potestate fuerim⁹,tuoq; adducti cõsilio dimiserimus ex municipiis nostros necessarios, neq; solum edicto, sed etiã literis id fecerimus,digni sumus,quos habeas tui consilii participes,in ea ꝑsertim re,quę ad nos pertinet.Quare petimus a te,facias nos certiores tuę voluntatis in nos. Putes ne nos tutos fore in tãta frequẽtia veteranorum,quos etiã de reponenda ara cogitare audimus,qđ velle te probare vix quisq̃ credere posse videť,qui nos saluos,& honestos velit.Nos ab initio spectasse otium,nec quicq̃ aliud a libertate communi quæsisse, exitus declarat. Fallere nemo nos potest,nisi tu,qđ certe abest a virtute tua,& fide.sed alius nemo facultatẽ habet decipiẽdi nos.Tibi enim vni credimus,& creditури sumus.Maximo de nobis timore afficiuntur amici nostri:qbus etsi tua fides explorata est,tñ illud in mentẽ venit,multitudinẽ veteranorũ facili⁹ ꝑpelli ab alio quolibet,q̃ a te retineri posse.Rescribas nobis ad oĩa,rogam⁹.Nã illud valde leue est,ac nugatoriũ,ea re denũciatũ esse veteranis,ꝙ de cõmodis eorũ mense Iunio laturus esses.Quem eñ impedimẽto futurũ putas,cũ de nobis certũ sit nos quieturos? Nõ debe-

Antonii potestas.

mus cuiq̃ videri nimium vitæ cupidi,cum accidere nobis nihil possit,sine pernicie,& confusione omnium rerum. Vale.

M.BRVTVS,ET C.CASSIVS PRAET.
M.ANTONIO CONS.S.P.D.

Literas tuas legimus simillimas edicti tui,cõtumelioſas,minaces,minime dignas,quę a te nobis mitterent.Nos Antoni te nulla lacessiuimus iniuria,neq; miraturũ credidimus,si Prętores,& ea dignitate hoĩes aliqd edicto postulassemus a cõsule.Q; si indignaris ausos esse id facere,concede nobis, vt doleamus,ne hoc quidẽ abs te Bruto,& Cassio tribui. Nã de delectibus habitis,& pecuniis iperatis,exercitibus sollicitatis,& nunciis trãs mare missis,q; te q̃stũ esse negas,nos tibi qdẽ credim9 optimo aĩo te feciſſe,sed tñ neq; agnoscimus quicq̃ eorum,& te miramur,cũ hęc reticueris,nõ potuisse cõtinere iracundiã tuã,quin nobis de morte Cęsaris obiiceres.Illud vero quẽadmodum ferendum sit,tute cogita,non licere Prætorib9 concordię,ac libertatis causa,per edictũ de suo iure decedere, quando consul arma minetur. Quorũ fiducia nihil est,q; nos terreas.Neq;.n.decet,aut cõuenit nobis periculo vlli submittere animũ nostrũ.Neq; est Antonio postulandũ,vt iis imperet,quorũ opera liber est. Nos si alia hortarent vt bellũ ciuile suscitare vellemus,literę tuę nihil proficerent.NVLLA em̃ minantis auctoritas apud liberos est.Sed pulchre intelligis nõ posse nos quoq̃ impelli,& fortasis ea re minaciter agis,vt iudiciũ nostrũ metus videatur.Nos in hac sentẽtia sum9, vt te cupiamus etiam in libera repu.magnũ,atq; honestũ esse: vocemus te ad nullas inimicitias, sed tamen pluris nostram libertatem,q̃ tuam amicitiã ęstimemus.Tu etiam atq; etiam vide quid suscipias,qd sustinere possis:neq; q̃diu vixerit Cęsar,sed q̃ nõ diu regnarit,fac cogites. Deos quæsumus consilia tua reipu.salutaria sint,atq; tibi:si minus,vt salua,atq; honesta repu. tibi q̃minimũ noceant optamus.Pridie Nonas Sextil.

Similes edicti.

D.BRVTVS IMPE.TVL.CIC.S.P.D.

Si de tua in me voluntate dubitarẽ,multis a te verbis peterẽ, vt dignitatem meã tuerere:sed profecto est ita,vt mihi persuasi,me tibi esse curę.Progressus sum ad trãsalpinos cũ exercitu,nõ tam nomen captans imperatorium, q̃ cupiens militibus satisfacere, firmosq; eos ad tuẽdas nostras res efficere. qd mihi videor consecutus.Nã & liberalitatẽ nostram,& animũ sunt experti:cum omniũ bellicosissimis bellũ gessi, multa castella cepi, multa vastaui. Non sine causa ad Senatum literas misi. Adiuua nos tua sententia: quod cum facies,ex magna parte communi commodo inseruieris. Vale.

M.T.C.D.BRVTO IMPE.S.P.D.

Lupus.

Vpus familiaris noster cum a te venisset, cũq; Romę quosdam dies commoraretur,ego eram in iis locis,in quib9 maxime me tuto esse arbitrabar.Eo factum est,vt ad te Lupus sine meis literis rediret, cum tamẽ curasset tuas ad me perferendas.Romam autẽ veni ad Quin.Idus Decẽbris,nec habui quicq̃ antiquius q̃ vt Pansam statim conuenirẽ,ex quo ea de te cognoui,quę maxime optabam.Quare hortatione tu quidẽ non eges,si ne in illa quidem re, q̃ a te gesta est,post hominũ memoriã maxima,hortatorem desideraſti.Illud tamen breuiter significandum videtur,Populũ Romanum omnia a te expectare atq; in te aliquãdo recuperãdę libertatis oẽm spem ponere.Tu,si dies,nocteſq; memineris(qd te facere certo scio) quantam rem gesseris,non obliuiscere profecto,quantę tibi etiam nunc gerendæ sint. Si enim iste prouinciam nactus erit,cui quidẽ ego semper amicus fui anteq̃ illũ intellexi non modo aperte,sed etiam libenter cum repu.bellum gerere,spem reliquam nullam video salutis.Quamobrem te obsecro iisdem precibus,quibus S.P.Q.R.vt in perpetuum rẽpu. dominatu regio liberes,vt principiis consentiant exitus.Tuum est hoc munus,tuę partes,a te hoc ciuitas, vel omnes potius gentes non expectant solum,sed etiam postulant, q̃q̃ cum hortatione non egeas,vt supra scripsi,non vtar ea pluribus verbis,faciã illud,qd meum est,vt ibi omnia mea officia,studia,curas,cogitationes pollicear,quæ ad tuam laudem & gloriam pertinebũt.Quãobrem velim tibi ita persuadeas,me tum reipu.causa, quæ mihi vita mea charior est, tum q; tibi ipsi faueam, tuamq; dignitatẽ amplificari velim,tuis optimis consiliis,amplitudini,gloriæ,nullo loco defuturum. Vale.

Antiquius.

Dominat9 regius.

Qd meũ ẽ.

Epistolarum familiarium

M.T.C.D.BRVTO IMPE.S.P.D.

TVpus noster cũ Romã sexto die Mutina venisset,postridie me mane conue nit,tuaq; mihi mãdata diligentissime exposuit,& literas reddidit. Qz mihi tuã dignitatem cõmendas,eodẽ tẽpore existimo te mihi meã dignitatẽ com mendare,quã mehercule nõ habeo tua charioré. Quare mihi gratissimũ fa cies,si exploratũ habebis tuis laudibus nullo loco nec consiliũ, nec studium meũ defuturũ. Cum tribuni pleb.edixissent,senatus adesset ad.xiiij.Calẽ.Ia nuarias,haberentq; in animo de pręsidio consulũ designatorũ referre, q̃q̃ statuerã in senatũ ante Calen.Ianuarias nõ venire,tñ cum eo die ipso edictũ tuũ propositũ esset,nefas esse duxi aut ita haberi senatũ,vt de tuis diuinis in rẽpu.meritis fileretur(qđ factum esset,nisi ego ve nissem)aut etiã si quid honorifice de te dicereť,me non adesse.Itaq; in Senatũ veni mane:qđ cum esset animaduersum,frequentissimi senatores cõuenerunt. Quę de te in senatu egerim, quæ in concione maxima dixerim,aliorum te literis malo cognoscere. Illud tibi pærsuadeas velim,me omnia,quæ ad tuam dignitatem augendam pertinebunt,quę est per se amplissima, summo semper studio susceptũrum,& defensurum.quod q̃q̃ intelligo me cum multis esse fa cturum,tamen appetam huius rei principatum. Vale.

Tres nega tiones.

M.T.CICERO D.BRVTO IMPF.S.D.

VM adhibuisset domi meę Lupus,me,& Libonẽ,& Seruiũ consobrinũ tuũ,q̃ mea fuerit sentẽtia cognoscere te ex Cn.Seio arbitror,qui nostro sermoni in terfuit.Reliqua,q̃q̃ statim Seium Gręceius est subsecutus,tamen ex Gręceio poteris cognoscere.Caput autẽ est hoc,qđ te diligentissime pærcipere, & me miníse velim,vt ne in libertate & salute populi Romani conseruãda aucto ritatem Senatus expectes nondũ liberi,ne & tuũ factũ condẽnes.nullo em̃ pu blico consilio rempu.liberasti,quo etiã & res illa maior, & clarior. & adolescentẽ vel potius puerum Cęsarem iudices temere fecisse,qui tantã causam publicã priuato cõsilio susceperit. deniq; homines rusticos,sed fortissimos viros,ciueisq; optimos dementeis fuisse iudices,pri mum milites veteranos cõmilitones tuos,deinde legionẽ Martiam, legionẽ quartã, quæ suũ consulẽ hostem iudicauerũt,seq; ad salutẽ reipu.defendendã contulerunt.Voluntas senatus pro auctoritate haberi debet,cũ auctoritas impediť metu.Postremo susceptа tibi causa iã bis est,vt nõ sit integrũ,primũ idibus Martiis,deinde proxime exercitu nouo & copiis cõpara tis.Quãobrem ad omnia ita paratus,atq; animatus esse debes,non vt nihil facias,nisi iussus, sed vt ea geras,quę ab omnibus summa cũ admiratione laudentur. Vale.

Senatꝰ vo luntas non auctori tas spectan da.

M.T.C.D.BRVTO IMPE.S.D.

POst tempore Polla tua misit ad me,vt ad te,si quid vellẽ, darẽ literarũ,cũ quid scriberem,nõ habebã. Oia em̃ erant suspẽsa propter expectationẽ le gatoꝝ,qui quid egissent,nihil dũ nunciabať.Hęc tñ scribẽda existimaui. Primũ.S.P.Q.R.de te laborare,nõ solũ salutis suę causa,sed etiã dignita tis tuę.Admirabilis est em̃ quędã tui noís charitas, amorq; in te singula ris omniũ ciuiũ.Ita em̃ sperant,atq; cõfidunt,vt antea rege, sic hoc tẽpo re regno te rẽp.liberaturũ.Romę delectꝰ habeť,totaq; in Italia, si hic de lectus appellandus est,cũ vltro se offerũt oẽs.Tantus ardor aios hoim occupauit desiderio li bertatis,odioq; diutinę seruitutis.De reliquis rebus a te iam expectare literas debemus,quid ipse agas,quid noster Hircius,quid Cęsar meus:quos spero breui tẽpore societate victorię te cum copulatos fore.Reliquũ est,vt de me id scribam,qđ te ex tuorũ literis & spero, & malo cognoscere,me neq; deesse vlla in re,neq; vnq̃ defuturũ dignitati tuę.Fac valeas.

Polla tua .s.vxor. Dum.

Delectus.

Cęsar Au gustus.

D.BRVTVS.M.T.C.S.P.D.

DAnsa amisso,quantũ detrimenti respu.acceperit,non te prteriit.nunc aucto ritate,& prudẽtia tua prspicias oportet,ne inimici nostri cõsulibꝰ sublatis, sperent se cõualescere posse.Ego,ne cõsistere possit in Italia Antoniꝰ,dabo operã:sequar eũ cõfestim:vtrũq; me prstaturũ spero,ne aut Vẽtidius elabať, aut Antonius in Italia moreť.In primis rogo te ad hominẽ ventosissimum Lepidũ mittas,ne bellũ nobis reitegrare possit Antonio sibi cõiũcto. Nã de Pollione Asinio puto te prspicere,qd sit factuꝰ.Multę & bonę & firmę sunt legiones Lepidi & Asinii.Neq; hęc idcirco tibi scribo,q te nõ eadẽ aiaduertere sciã, sed q mihi prsuasissimũ est,

Prestaturũ

Lepidus vẽ tosus.

Lepidũ recte facturũ nunq̃: si forte vobis id de hoc dubiũ ẽ.Plãcũ quoq; cõfirmetis oro,quẽ spero pulso Antonio reip.nõ defuturũ.Si se Alpeis Antonius traiecerit,cõstituí pfidiũ in alpibus collocare,& te de omni re facere certiorẽ.Quarto Calẽd.Maias.ex castris.Regii.Vale.

D.BRVTVS.M.T.C.S.D.

NOn mihi remp.plus debere arbitror,q̃ me tibi: gratiorẽ me esse in te posse, q̃ isti puersi sint in me,exploratũ habes.Si aũt hoc tẽpore ab his videat dici causa simulationis,mallem mehercule tuũ iudiciũ, q̃ ex altera parte oĩm istorũ.Tu.n.a certo sensu,& vero iudicas de nobis:qđ isti ne faciãt,sũma maleuolentia,& liuore impediunt.Interpellent me,quo minus honoratus sim, dũ ne interpellent,quo minus resp.a me cõmode administrari possit. Quæ quãto sit in periculo,q̃ potero breuissime exponã.Primum omniũ quantã pturbationẽ rerũ vrbanarũ afferat obit9 cõsulũ,quãtãq; cupiditatẽ hominib9 iniiciat nouitas,nõ te fugit.Satis me multa scripsisse,q̃ literis cõmẽdari possunt,arbitror.Scio eĩ cui scribã.Reuertor nũc ad Antoniũ,qui ex fuga cũ paruulã manũ peditũ haberet inermiũ,ergastula soluẽdo, omne q; genus hominũ arripiẽdo,satis magnũ numerũ videt effecisse. Huc accessit manus Venti dii,quę trãs Apenninum itinere facto difficillimo,ad vada puenit,atq; se ibi cũ Antonio cõiunxit.Est numerus veteranorũ,& armatorũ satis frequens cũ Vẽtidio.Cõsilia Antonii hæc sint;necesse est,aut ad Lepidũ vt se cõferat,si recipit:aut Apẽnino, Alpibusq; se teneat,& de cursionibus p eqtes,quos habet multos,vastet ea loca,q̃ incurrerit: aut rursus se in Hetruriã referat;q; ea pars Italiæ sine exercitu est. Q̃ si me Cæsar audisset,atq; in Apenninũ trãsisset,in tãtas angustias Antoniũ cõpulisset,vt inopia potius,q̃ ferro cõficeret. Sed neq; Cęsari imperari põt,nec Cęsar suo exercitui,qđ vtrũq; pessimũ est. Cũ hæc talia sint,quo min9 qđ ad me pertinebit,homines interpellẽt,vt supra scripsi,nõ impedio. Hæc quẽadmodũ explicari possint,aut a te cũ explicabunt,ne impediant,timeo.Alere iã milites nõ possum. Cũ ad remp.liberãdã accessissem,mihi fuit Sestertiũ quattuor millib9 ampli9.Tãtũ abest,vt meę rei familiaris liberũ sit q;q̃,vt meos iã omneis amicos ære alieno obstrinxerim. Septenũ nũerũ legionum alo,qua difficultate tu arbitrare.Non,si Varronis thesauros haberem, sustinere sumptũ possem.Cũ primũ de Antonio exploratũ habuero,faciã te certiorẽ. Tu me amabis ita,si me hoc idẽ in te facere senseris. iii.Nonas ex castris, Dertona. Vale.

Ergastula soluta.

Cęsari imperari non põt,nec Cęsar suis.

Varronis thesauri.

D.BRVTVS IMPE.ET CONS.DES.M.T.C.S.D.

COdem exẽplo literę a te mihi redditę sunt,quo pueri mei attulerũt. Tantũ me tibi debere existimo,quantũ psoluere difficile est. Scripsi tibi,q̃ hic gererent,in itinere est Antonius,ad Lepidũ pficiscitur,ne de Plãco qdẽ spem adhuc abiecit,vt ex libellis eius aĩaduerti,q in me inciderũt. In quib9 quos ad Asiniũ,quos ad Lepidum,quos ad Plãcũ mitteret,scribebat.Ego tñ nõ habui ambiguũ,& statim ad Plãcũ misi,& biduo ab Allobrogib9, & toti9 Gallię legatos expecto,quos confirmatos domum remittã.Tu quę istic opus erunt administrari,prospicies,vt ex tua voluntate,reiq; pub.cõmodo fiant.Maleuolẽtiæ hominũ in me,si poteris,occurres:si nõ potueris,hoc cõsolabere,q; me de statu meo nullis contumeliis deterrere possunt.Pridie Nonas Maii.ex castris,finibus Statielensium.

Bruti constantia.

M.T.C.D.BRVTO IMPE.S.D.

LEcta vno die a te accepi epistolas.Vnã breuẽ,quã Flacco Volumnio dederas:duas pleniores,quarũ alterã tabellari9 T.Vibii attulit,alterã ad me misit Lupus.Ex tuis literis,& ex Gręcei oratione nõ mõ nõ restrictũ bellũ,sed etiã inflãmatũ videt.Nõ dubito aũt p tua singulari prudentia,qn pspicias, si aliquid firmitatis nactus sit Antonius,omnia illa tua pclara in rẽp.merita ad nihilũ esse vẽtura.Ita eĩ Romã erat nũciatũ, ita psuasum omnib9,cũ paucis,inermibus,perterritis metu,fracto aĩo fugisse Antoniũ.Qui si ita se habet,vt quẽad modũ audiebã de Gręcio,cõfligi cũ eo sine periculo nõ possit,nõ ille mihi fugisse a Mutina videt,sed locum belli gerẽdi mutasse.Itaq; homines alii fracti sunt, nõnulli etiã querũtur,q; persecuti non sitis.Opprimi potuisse,si celeritas adhibita esset,existimãt. OMNINO est hoc populi,maximeq; nostri,in eo potissimũ abuti libertate,per quẽ eã cõsecutus sit. Sed tñ prouidẽdũ sit,nequa iusta querela eẽ possit. Res sic se habet.Is bellũ cõfecerit,q̃ Antoniũ oppresserit.Hoc quã habeat vim,te existimare malo,q̃ me apertius scribere. Vale.

Populares mos.

Epistolarum familiarium

D.BRVTVS.M.T.C.S.P.D.

IAm nō ago tibi gratias.Cui enim re vix referre possum,huic verbis nō patiē res satisfieri.Attendere te volo,quę in manibus sunt, qua eā prudentia es,nihil te fugiet,si meas literas diligenter legeris.Sequi cōfestim Antoniū his de causis Cicero nō potuerā,sine equitibus, sine iumentis. Hirciū periisse nesciebā.Cæsari nō credebā prius,q̄ conuenissem,& collocutus essem.Hic dies hoc modo abiit.Postridie mane a Pāsa sum accersitus Bononiam.Cū in itinere essem,nūciatum mihi est eū mortuū esse. Recurri ad meas copiolas:sic eā vere eas appellare possum.Sūt extenuatissimę,& inopia omniū rerū pessime acceptę.Biduo me Antoni⁹ anteceſſit,itinera multo maiora fugiēs q̄ ego sequēs.Ille eā it passim,ego ordinatim:quacūq; iuit,ergastula soluit,homines arripuit, constitit nusq̄ pri⁹,q̄ ad vada venit.Quem locū volo tibi esse notū. Iacet inter Apenninū, & Alpes,īpeditissimus ad iter faciendū.Cum abessem ab eo millia passuū triginta, & se iā Ventidio cōiūxisset,concio eius ad me est allata,in qua petere cœpit a militib⁹, vt se trās Alpes se querent,sibi cū M.Lepido conuenire. Succlamatū est,& frequēter a militibus Vētidianis,nā suos valde q̄ paucos habet,sibi aut in Italia pereundū esse,aut vincendū.Etiam orare cœperūt,vt Pollentiam iter facerent. Cum sustinere eos nō posset,in posterum diē iter suū contulit.Hac re mihi nūciata,statim quinq; cohorteis Pollentiam præmisi,meumq; iter eo contuli.hora antea præsidium meum Pollentiā venit,q̄ Trebellius cū equitibus: saneq̄ sum gauisus.in hoc eā victoriā puto cōsistere.In spem venerant,q; neq; Planci quattuor legiones oībus suis copiis pares arbitrabant,neq; ex Italia tam celeriter exercitū traiici posse credebāt: quos ipsi adhuc satis arrogāter Allobroges,equitatusq; omnis qui eo p̄missus erat a nobis, sustinebant,nostroq; aduentu sustineri facilius posse confidimus. Tamē si quo etiā casu Hisarā se traiecerint,ne qd detrimēti reip.iniūgāt,summa a nobis dabit operā. Vos magnū animum,optimamq; spem de summa reip.habere volumus,cū & nos & exercit⁹ nostros singulari cōcordia coniunctos ad omnia pro vobis videatis paratos.Sed tñ nihil de diligētia remittere debetis,dareq; operam, vt q̄paratissimi ab exercitu,reliquisq; rebus pro nostra salute contra sceleratissimam conspirationē hostiū confligamus,qui quidem eas copias, quas diu simulatione reip.comparabant,subito ad patriæ periculum conuerterunt. Vale.

Bononia.

Passim ire.

Ordinatim ire.

Valde q̄ paucos.

Iniungere detrimētū reipub.

Q̄paratissimi ab exercitu.

M.T.C.D.BRVTO IMPE.S.D.

MIrabiliter mi Brute lętor mea cōsilia,measq; sentētias a te probari de Decēuiris,de adornando adolescente. Sed qd refert?mihi crede homini non glorioso,plane iā Brute frigeo.ὄργανον em̄ erat meū senatus,id iā dissolutū.Tā tam spem attulerat explorata tua victoria,tua pręclara Mutinę eruptio,fuga Antonii conciso exercitu,vt omniū animi relaxati sint,meæq; illę vehemētes conciones tanq̄ σκιαμαχίαι esse videant.Sed vt ad rem redeā,legionē Martiam,& quartam negant,qui illas norūt, vlla conditione ad te posse pęrduci.Pecunię quam desideras,rō pōt haberi,eaq; habebit.De Bruto accersendo,Cæsareq; ad Italię præsidiū tenēdo,valde tibi assentior.Sed vt scribis,habes obtrectatores,quos eqdē facillime sustineo,sed impędiūt tñ. Ex Aphrica legiōes expectant.Sed bellum istic renatū hoies mirant.nihil tā pter spem vnq̄.Nā die tuo natali victoria nūciata,in multa secula videbamus rempublicam liberatā.Noui timores retexunt superiora.Scripsisti aūt ad me iis,quas idib⁹ Maiis dedisti,modo te accepisse a Planco literas,non recipi a Lepido Antoniū.Id si ita est,omnia faciliora:si aliter,magnū negotiū:cuius exitū ne extimescā,tuę partes sunt.Ego plus q̄ feci,facere nō possum.Te tamen,id qd spero,omnium maximum,& clarissimum videre cupio. Vale.

Organū Cicer.senatus

Natalis D. Bruti.

Partes.

M.T.C.D.BRVTO IMPE.S.P.D.

TSi mihi tuæ literæ iucundissimę sunt,tamē iucundius fuit,q; in summa occupatione tua Planco collegæ mandasti,vt te mihi per literas excusaret,qđ fecit ille diligenter,mihi autem nihil amabilius officio tuo,& diligētia.Cōiunctio tua cum collega,concordiaq; vestra,quæ literis omnibus declarata est, S.P.Q.R.gratissima accidit.Quod superest,pergе mi Brute, & iam non cum aliis,sed tecum ipse certa.Plura scribere non debeo , præsertim ad te, quo magistro breuitatis vti cogito.Literas tuas vehementer expecto,& quidem taleis,quaeleis maxime opto. Vale.

Breuitatis magister Brutus.

M.T.C.D.BRVTO IMP.S.D.

PErmagni intereſt,quo tibi hęc tẽpore epiſtola reddita ſit,vtrũ cũ ſollici tudinis aliquid haberes,an cũ ab omni moleſtia vacuus eſſes.Itaq; ei p̃cepi,quem ad te miſi,vt tempus obſeruaret epiſtolæ tibi reddẽdę. Nam quẽadmodum coram,qui ad nos intempeſtiue adeunt,moleſti ſępe ſunt, ſic epiſtolę offendũt nõ loco redditę.Si aũt,vt ſpero, nihil te pẽturbat, nihil impędit,& ille cui mãdaui,ſatis ſcite, & cõmode tempus ad te cepit adeundi,cõfido me,qđ velim,a te facile impętraturũ.L.Lamia p̃turã pętit,hoc ego vtor vno omnium plurimũ.Magna vetuſtas,magna cõſuetudo intercedit, qđ q; plurimũ valet,nihil mihi eius eſt familiaritate iucundius.Magno p̃terea beneficio ei⁹,ma gnoq; merito ſum obligatus.Nã Clodianis temporibus cum equeſtris ordinis princeps eẽt, proq; mea ſalute acerrime propugnaret,a Gabinio conſule relegatus eſt,quod ante id tem pus ciui Romano Romæ contigit nemini.Hoc cum populus Roñanus meminit, me ipſum nõ meminiſſe turpiſſimum eſt.Quapropter pęrſuade tibi mi Brute,me pętere pręturam. Q; q̃ enim Lamia ſummo ſplendore,ſumma gratia eſt,magnificẽtiſſimo munere ędilitio,tñ qua ſi ea ita non eſſent,ego ſuſcepi totum negotium.Nunc,ſi me tanti facis, quanti certe facis, quando equitum centurias tenes,in quibus regnas,mitte ad Lupũ noſtrum,vt is nobis eas centurias conficiat.Non tenebo te pluribus.Ponam in extremo,quod ſentio.Nihil eſt Bru te,cum omnia a te expectem,quod mihi gratius facere poſſis. Vale.

Epiſtolæ reddendę opportuni tas captan da.

Ad nos ad eunt.

Lamiæ cõ mendatio.

M.T.C.D.BRVTO IMPE.S.D.

LAmia vno omniũ familiariſſime vtor. Magna eius in me non dico officia, ſed merita,eaq; ſunt pp̃lo Ro.notiſſima.Is magnificẽtiſſimo munere ædili tatis pęrfunctus pętit p̃turam: omneſq; intelligunt,nec dignitatem ei deeſſe,nec gratiam.Sed is ambitus extare videt,vt ego omnia pęrtimeſcam,to tamq; pętitionem Lamiæ mihi ſuſtinendam putem.In ea re quantũ me poſſis adiuuare,facile pęrſpicio:nec vero quantum mea cauſa velis,dubito. Ve lim igitur mi Brute tibi pęrſuadeas,nihil me maiore ſtudio a te pętere,nihil te mihi grati⁹ facere poſſe,q̃ ſi omnibus tuis opibus,omni ſtudio,Lamiam in pętitione iuueris:quod vt fa cias,vehementer rogo. Vale.

Eiuſdẽ cõ mendatio.

M.T.C.D.BRVTO IMPE.S.D.

ETſi ex mãdatis,quæ Galbę,Volumnioq; ad Senatum dediſti,quid timẽ dum,ſuſpicãdumq; putares,ſuſpicabamur,tamen timidiora mãdata vi debãtur,q̃ erat dignum tua,populiq; Romani victoria. Senatus autem mi Brute fortis eſt,& habet forteis duces.Itaq; moleſte ferebat, ſe a te, quem omniũ quicũq; fuiſſent fortiſſimum iudicaret,timidũ, atq; igna uum iudicari.Etenim cum te incluſo ſpem maximam oñes habuiſſent in tua virtute,florente Antonio,quis erat qui quicq̃ timeret,profliga to illo,te liberato?Nec vero Lepidum timebamus. Quis enim eſſet qui illum tam furioſum arbitraretur,vt qui in maximo bello pacem velle ſe diciſſet,is in optatiſſima pace bellũ reip. indiceret?Nec dubito quin tu plus prouideas.Sed tamen tam recenti gratulatione,quã tuo nomine ad oñia Deorum templa fecimus,renouatio timoris magnam moleſtiam afferebat. Quare velim equidem,id quod ſpero,vt plane abiectus,& fractus ſit Antonius.Sin aliqd vi rium forte collegerit,ſentiat nec ſenatui conſiliũ,nec populo Romano virtutem deeſſe, nec reipub.te viuo,Impęratorem. xiiii.Calend.Iunii. Vale.

Brutũ timi ditatis ĩcu ſat.

D.BRVTVS.M.T.CICE.S.P.D.

AD Senatum quas literas miſi,velim prius pęrlegas,& ſiqua tibi videbũtur, commutes.Neceſſario me ſcripſiſſe,ipſe animaduertes. nam cum putarem quartam,& Martiam legiones mecũ futuras, vt Druſo,Pauloq; placuerat, vobis aſſentientibus,minus de rebus reliquis laborandum exiſtimaui.nunc vero cum ſim cum Tironibus egentiſſimis,valde & meam,& veſtram vicẽ timeam,neceſſe eſt. Veiceti ni me,& Marcum Brutum pręcipue obſeruant. His ne quã patiare iniuriam fieri in ſenatu vernarum cauſa,a te pęto.Cauſam habent opti mam,officium in rẽpub.ſummum,genus hominum aduerſariorum ſeditioſum, & inertiſſi mum. xii.Calend.Iunii.Vercellis. Vale.

Veiceti nos cõmẽ.

D.BRVTVS IMPER.M.T.C.S.D.

QVod pro me nō facio,id pro te facere meus in te amor,tuaq; officia cogūt, vt timeā.Sępe.n.mihi cū esset dictū,neq; a me contēptū,nouissime Labeo Segulius,hō sui simillimus,narrauit mihi apud Cæsarem se fuisse,multūq; sermonē de te habitū esse.Ipsum Cęsarem nihil sane de te questū,nisi dictū, q; Tollendū. diceret te dixisse laudandū adolescentē,ornandū,tollēdū:se nō esse cōmissurū,vt tolli possit.Hoc ego Labeonē credo illi retulisse,aut finxisse dictū,nō ab adolescēte ,latum.Veteranos vero pessime loqui volebat Labeo me credere , & tibi ab iis instare periculū,maximeq; indignari,q; in decēuiris,neq; Cęsar,neq; ego habiti essemus,atq; oīa ad vestrū arbitriū essent collata.Hęc cū audissem,& iam in itinere essem,cōmittēdū non putaui,prius vt Alpęis trāsgrederer,q̄ quid istic ageret,scirem.Nā de tuo periculo,crede mihi,iactatione verboꝝ, & denūciatione periculi, sperare eos te perterrefacto,adolescente impulso,posse magna cōsequi pmia,& totā istā cantilenā ex hoc pendere, vt q̄plurimū lucrifaciant.Neq; tū nō te cautum esse volo,& insidias vitātē.Nihil em̄ tua vita pōt mihi esse iucūdius,neq; charior. Illud vide,ne timēdo,magis timere cogare.Et qb⁹ reb⁹ pōt occurri veteranis,occurras.Primū qđ desiderāt de Decēuiris,facias:deīde de pmiis.Si tibi videbit̄,agros militū eoꝝ,qui cum Antonio veterani fuerunt,his dādos censeas. Ab vtrisq; nobis de nūmis lente,ac ratione habita pecuniæ,Senatum de ea re constituturum:quattuor legionibus iis quibus agros dādos cēsuistis,video facultatem fore ex agris Syllanis, & agro Campano. Aequaliter,aut sorte agros legionibus assignari puto oportere.Hæc me tibi scribere nō prudentia mea hortatur,sed amor in te,& cupiditas otii,quod sine te consistere nō pōt.Ego,nisi valde necesse fuerit,ex Italia nō excedā,legiones armo,paro:spero me nō pessimū exercitū habiturū ad omneis casus & impet⁹ hominū.De exercitu quē Pāsa habuit,legionē mihi Cęsar nō remittit.Ad has literas statim mihi rescribe,tuorūq; aliquem mitte,si qd recōditum magis erit,meq; scire opus esse putaris.Vale.VII.Calend.Iunias.e Poredia.

M.T.C.D.BRVTO IMPE.S.P.D.

DIi isti Segulio malefaciāt homini neqssimo oīm q sunt,q fuerunt, qui futuri sunt.Quid tu illū tecum solū,aut cū Cæsare,q neminē ptermiserit , qcū Segulius. loqui potuerit,cui nō eadē ista dixerit! Te tū mi Brute sic amo,vt debeo, q; istud qcqd esset nugarū,me scire voluisti.Signū em̄ magnū amoris dedisti.Nā q; idem Segulius ait veteranos q̄ri,q; tu & Cęsar in Decēuiris nō Decēuiri. essetis,vtinā ne ego quidē essem.Quid em̄ molestius!Sed tū cū ego sensissem de iis qui exercitus haberēt,sentētiā ferri oportere,iidē illi qui solēt,reclamarūt.Itaq; excepti etiā estis me vehemēter repugnāte.Quocirca Segulīū negligamus,qui res nouas q̄rit, non q; veterem comederit;nullam em̄ habuit,sed hāc ipsam recētē nouā deuorauit. Qđ autem scribis,te qđ pro te ipso nō facias,id p me facere,vt de me timeas aliqd, oīmi te vir optime,mihiq; charissime Brute,de me metu libero. Ego em̄,q̄ prouideri poterūt, non fallar in iis:quę cautionē non habebūt, de iis non ita valde laboro.Sim eteī impudēs,si plus postulem,q̄ homini a rerū natura tribui potest.Q; mihi pcipis,vt caueam ne timendo magis timere cogar,& sapienter,& amicissime pcipis.Sed velim tibi psuadeas, cū te constet excellere hoc gne virtutis,vt nunq̄ extimescas,nunq̄ pturbere,me huic tuę virtuti pxime accedere. Metuēs nihil,cauebo omnia. Quāobrē nec metuā qcq̄,& cauebo oīa.Sed vide,ne tua iā mi Brute culpa futura sit,si ego quicq̄ timeam.Tuis em̄ opibus,& cōsulatu tuo,etiā si timidi essemus,tū omnē timorē abiiceremus,pstertim cū psuasum oīmib⁹ esset,mihiq; maxime, nos a te vnice diligi. Cōsiliis tuis, q̄ scribis de quattuor legionibus,deq; agris assignandis ab vtrisq; vestrū,vehementer assentior.Itaq; cū quidam de collegis nostris agrariam curationē ligurirent,disturbaui rem,totā q; vobis integram reseruaui.Si quid erit occultius,&(vt scribis)recōditum,meorum aliquē mittam,quo fidelius ad te literę perferantur. Vale.Pridie nonas Iunii.

M.T.C.D.BRVTO IMPE.S.P.D.

Cōmend. CVm Appio Claudio C.F.sūma mihi necessitudo est,multis eius officiis,& meis mutuis cōstituta.Peto a te maiorē in modū,vel humanitatis tuę,vel mea causa,vt eū auctoritate tua,q̄ plurimū valet,cōseruatū velis.Volo te, cū fortissimus vir cognitus sis,etiam clementissimum existimari.Magno tibi erit ornamēto,nobilissimū adolescentē beneficio tuo esse saluū.Cuius q

dem cauſa hoc meliór debet eſſe,q̄ pietate adductus propter patris reſtitutionem, me cum Antonio coniunxit. Quare etſi minus veram cauſam habebis, tamen vel probabilem aliquā poteris inducere. Nutus tuus poteſt hominē ſummo loco natum, ſummo ingenio, ſumma virtute, officioſiſſimum præterea, & gratiſſimū, incolumē in ciuitate retinere. Qđ vt facias, ita a te pēto, vt maiore ſtudio, magisve ex animo pētere non poſſim. Vale.

D.BRVTVS M.T.C.S.P.D.

NOs hic valemus recte, & quo melius valeamus, operam dabimus. Lepidus cōmode de nobis ſentire videt. omni timore depoſito debemus libere reip. conſulere. Q̄ ſi omnia eſſent aliena, tamen tribus tantis exercitibus propriis reip. valentib⁹, magnū animū habere debebis, quē & ſemp habuiſti, & nūc fortuna adiuuante augere potes. Quæ tibi ſuperioribꝰ literis mea manu ſcripſi, terrendi tui cauſa hoſtes loquuntur. Si frenū momorderis, pereā, ſi te omnes quotquot ſunt, conantem loqui ferre poterunt. Ego, tibi vt antea ſcripſi, dū mihi a te literę veniant, in Italia morabor. Vale. VIII. Calend. Iunias. e Poredia. Frenū mordere.

CICERO.D.BRVTO.S.D.

PArum tibi antea ſubiraſcebar breuitate tuarū literarū, nūc mihi loquax eſſe videor. te igit imitabor. q̄ multa, q̄ paucis: te recte valere, operamq; dare, vt quotidie melius. Lepidum cōmode ſentire. Tribus exercitibꝰ, †qduis nos oportere cōfidere. Si timidus eſſem, tñ iſta epiſtola mihi oēm metū abſterſiſſes. Sed, vt mones, frenum momordi. etenim qui te incluſo omnem ſpem habuerim in te, quid nunc putas: Cupio iā vigiliā meā Brute tibi tradere, ſed ita, vt nō deſim cōſtantię meę. Qđ ſcribis in Italia te moraturū dū tibi literæ meę veniant, ſi per hoſtem licet, non erraris. Multa enim Romæ. Si in aduentu tuo bellum confici poteſt, nihil ſit antiquius. Pecunia expēditiſſima quæ erat, tibi decreta eſt. Habes amantiſſimum Seruilium, nos non deſumus. Vale. VIII. Idus Iunias. †quod vis.

M.T.C.D.BRVTO.S.P.D.

EXpectāti mihi tuas quotidie literas Lupus noſter ſubito denunciauit, vt ad te ſcriberem, ſi qd vellem. Ego aūt etſi qd ſcriberem, non habebā (acta eñ ad te mitti ſciebā) inanē aūt ſermonē literarū tibi iniucūdū eſſe audiebā, breuitatē ſecutus ſum, te magiſtro. Scito igit in te, & in collega ſpem omnem eſſe. De Bruto aūt nihil adhuc certi: quē ego, quēadmodum p̄cipis, priuatis literis ad bellum commune vocare non deſino, qui vtinā iā adeſſet. Inteſtinum Vrbis malum, qđ eſt non mediocre, minus timeremus. Sed quid ago: non imitor λακωνισμὸν tuum, altera iam pagella procedit. Vince, & Vale. XIIII. Calend. Quintileis. Laconiſmꝰ. Altera pagella in tā breui.

D.B.IMPER.M.T.C.S.P.D.

IN maximo meo dolore hoc ſolatio vtor, q̄ intelligūt homines non ſine cauſa me timuiſſe iſta q̄ acciderunt. Deliberent vtrū traiiciāt legiōes ex Aphrica, nec ne, & ex Sardinia: & Brutum accerſant, nec ne: & mihi ſtipēndiū dēt, an non, decernant. Ad ſenatum literas miſi. Crede mihi, niſi iſta omnia ita fiunt, quēadmodum ſcribo, magnum nos omneis adituros periculum. Rogo te videre, quibus hominibus negotium deris, qui ad me legiones adducant: & fide opus eſt, & celeritate. Vale. III. Nonas Iunias. ex caſtris.

C.MATIVS.M.T.C.S.P.D.

MAgnam voluptatē ex tuis literis cepi, q̄ quam ſperarā, atq; optarā, habere te de me opinionē, cognoui. De qua etſi nō dubitabā, tñ qa maximi æſtimabam, vt incorrupta maneret, laborabam. Cōſcius aūt mihi eram, nihil a me cōmiſſum eſſe, qđ boni cuiuſq̄ offenderet animum. Eo minus credebam plurimis, atq; optimis artibus ornato tibi temere quicq̄ perſuaderi potuiſſe, p̄ſertim in quem mea p̄pēnſa, & perpetua fuiſſet, atq; eſſet beneuolentia. Qđ q̄ñ, vt volui, ſcio eſſe, reſpondebo criminibus, quibus tu pro me, vt par erat, tua ſingulari bonitate, & amicitia noſtra ſępe reſtitiſti. Nota enim mihi ſunt, q̄ in me poſt Cæſaris mortē cōtulerint. Vitio mihi dāt, q̄ mortem hominis neceſſarii grauiter fero, atq; eum, quem dilexi, periiſſe indignor. Aiunt enim patriā amicitiæ p̄ponendam eſſe: proinde ac ſi iā vicerint, obitum eius reip. fuiſſe vtilem. Sed non agam aſtute. Fateor me ad iſtum gradum ſapientię non Purgatoria ſeu apologetica.

veníſſe. Neq; enim Cæſarem in diſſenſione ciuili ſum ſecutus, ſed amicum. q̃q̃ re offendebar, tamen non deſerui, neq; bellum vnq̃ ciuile, aut etiam cauſam diſſenſionis probaui: quã etiã naſcentem extingui ſumme ſtuduí. Itaq; in victoria hominis neceſſarii, neq; honoris, neq; pecuniæ dulcedine ſum captus: quibus p̃miis reliqui minus apud eum, q̃ ego, cum poſſent, immoderate ſunt abuſi. Atq; etiam res familiaris mea, lege Cæſaris diminuta eſt, cuius beneficio pleriq;, qui Cæſaris morte lætantur, remãſerunt in ciuitate. Ciuib⁹ victis vt parceretur, æque ac pro mea ſalute laborauí. Poſſum igitur, qui omneis voluerim incolumeis, eũ, a quo id impetratum eſt, periiſſe non indignari? cum præſertim iidẽ homines, illi & inuidiæ & exitio fuerint. Plecteris ergo, inquiunt, quando factum noſtrum improbare audes. O ſuperbiam inauditam, alios in facinore gloriari, aliis ne dolere quidem impune licere. At hæc etiam ſeruis ſemp libera fuerũt, timerẽt, gauderent, dolerẽt ſuo pot⁹, q̃ alt eri⁹ arbitrio. Quæ nũc, vt quidem iſti dictitant, libertatis auctores metu nobis extorquere conantur. Sed nihil agunt. Nullius vnq̃ periculi terroribus ab officio, aut ab humanitate deſciſcam. NVNQVAM ENIM Honeſtam mortẽ fugiendam, ſæpe etiam appetendã putaui. Sed quid mihi ſuccẽſent, ſi id opto, vt pœniteat eos ſui facti? Cupio enim Cæſaris mortẽ omnib⁹ eſſe acerbam. At debeo pro ciuili parte rempub. velle ſaluã. Id quidẽ me cupere, niſi & ante acta vita, & reliqua mea ſpes tacente me probat, dicendo vincere nõ poſtulo. Quare maiorem in modũ te rogo, vt rem potiorem oratiõe ducas, mihiq; ſi ſentis expedire, recte fieri credas, nullam cõmunionem cum improbis eſſe poſſe. An quod adoleſcẽs præſtiti, cum etiã errare cum excuſatione poſſem, id nunc ætate p̃cipitata cõmutem, ac me ipſe retexam? Nõ faciã, neq; quod diſpliceat, committam, pręterq; q̃ hominis mihi cõiunctiſſimi, ac viri ampliſſimi doleo grauem caſum. Q̃z ſi aliter eſſem animatus, nunq̃, quod facerẽ, negarẽ, & ne in peccando improbus, & in diſſimulando timidus, ac vanus, exiſtimarer. At ludos, quos Cęſaris victorię Cęſar adoleſcẽs fecit, curaui. At id ad priuatum officiũ, non ad ſtatum reipu. pertinebat. Quod tamen mun⁹, & hominis amiciſſimi memorię, ac honoribus p̃ſtare etiã mortuo debui: & optimę ſpei adoleſcenti, ac digniſſimo Cęſari repetenti negare non potui. Veni etiam conſulis Antonii ſæpe domum ſalutandi cauſa: ad quẽ, qui me parum patriæ amantem eſſe exiſtimant, rogãdi quidem aliquid, aut auferendi cauſa frequentes ventitare reperies. Sed quæ hæc eſt arrogãtia, q̃ Cęſar nunq̃ interpellauit, quin, quibus vellem, atq; etiã quos ipſe non diligebat, tamen iis vterer: eos, qui mihi amicum eripuerunt, carpẽdo me efficere conari, ne quos velim, dilígã? Sed non vereor, ne aut meę vitæ modeſtia parum valitura ſit in poſterum contra falſos rumores: aut ne etiam ii, qui me non amant, propter meam in Cęſarem conſtantiam, nõ malint mei, q̃ ſui ſimiles amicos habere. Mihi quidem ſi optata cõtingent, quod reliquum eſt vitæ, in otio Rhodi degã. ſin caſus aliquis interpellarit, ita ero Romæ, vt recte fieri ſemper cupiã. Trebatio noſtro magnas gratias ago, q̃ tuum erga me animum ſimplicem, atq; amicum aperuit, & q̃ eum quem ſemper dilexi lubenter, quo magis iure colere, atq; obſeruare deberem, fecit. Bene vale, & me dilige.

Seruis libera.

Retexere.

Cæſaris ludi.

Ventitare.

M. T. C. C. MATIO. S. P. D.

Veſperi.

NOndum ſatis cõſtitui, moleſtię ne plus, an voluptatis attulerit mihi Trebatius noſter, homo tũ plenus officii, tum vtriuſq; noſtrũ amantiſſimus. Nã cum in Tuſculanũ veſperi veniſſem, poſtridie ille ad me, nondũ ſatis firmo corpore cum eſſet, mane venit. Quem cũ obiurgarem, q̃ parum valetudini parceret, tũ ille nihil ſibi fuiſſe lõgi⁹, q̃ vt me videret. Num quidnã inquã noui? Detulit ad me querelã tuã, de qua prius, q̃ reſpõdeo, pauca præponã.

Amatoria.

Quantum memoria repetere p̃terita poſſum, nemo eſt mihi te amicus antiq;or. Sed VETVSTAS Habet aliqd cõmune cũ multis. Amor nõ habet. Dilexi te, quo die cognoui, meq; a te dilígi iudicaui. Tuus deinde diſceſſus, iſq; diuturn⁹, ambitio noſtra, & vitę diſſimilitudo, nõ eſt paſſa volũtates noſtras cõſuetudine cõglutinari. Tuũ tamen erga me animũ agnoui multis annis ante bellũ ciuile, cũ Cæſar eſſet in Gallia. Qd em̃ vehementer mihi vtile eſſe putabas, nec inutile ipſi Cęſari, pfeciſti, vt ille me dilígeret, coleret, haberet in ſuis. Multa p̃tereo, quę temporibus illis inter nos familiariſſime dicta, ſcripta, communicata ſunt. grauiora em̃ ſunt conſecuta. Et initio belli ciuilis cum Brũduſium verſus ires ad Cęſarem, veniſti ad me in Formianum. primum hoc ipſum quanti, pręſertim temporibus illis! Deinde oblitum me putas conſilii, ſermonis, humanitatis tuæ! quibus rebus intereſſe memini Trebatium.

Memini.

Nec vero oblitus sum literarum tuarum,quas ad me misisti, cum Cæsari obuiam venissem in agro,vt arbitror,Trebulano.Secutum illud tempus est,cum me ad Pompeium proficiscí siue pudor meus coegit,siue officium,siue fortuna:qđ officium tuũ,qđ studiũ vel in absentem me,vel in præsentes meos defuit?quem porro omnes mei,& mihi,& sibi te amiciorẽ iudicauerunt?Veni Brundusium,oblitum ne me putas,qua celeritate,vt primum audieris,ad me Tarento aduolaris?quæ tua fuerit assessio,oratio,confirmatio animi mei fracti communium miseriarum metu?Tandem aliquando Romæ esse cœpimus,quid defuit nostræ familiaritati in maximis rebus? quonam modo me gererem aduersus Cæsarem, vsus tuo cõsilio sum.In reliquis officiis cui tu tribuisti excepto Cæsare præter me,vt domum ventitares,horasq; multas sæpe suauissimo sermone cõsumeres? tum,cum etiam,si meministi,vt hæc φιλοσοφούμενα scriberem,tu me impulisti.Post Cæsaris reditum quid tibi maiori curę fuit, q̃ vt essem ego illi q̃familiarissimus? quod effeceras.Quorsum igitur hæc oratio longior, q̃ putaram?quia sum admiratus te,qui hęc nosse deberes,quicq̃ a me commissum,quod esset alienum nostra amicitia,credidisse.Nam præter hæc,quæ commemoraui,quæ testata sunt,& illustria,habeo multa occultiora,quæ vix verbis exequi possum.Omnia me tua delectant,sed maxime maxima cum fides in amicitia,consilium,grauitas,constantia,tum lepos, humanitas,literæ.Quapropter redeo nũc ad querelam.Ego te suffragium tulisse in illa lege, primũ non credidi.Deinde si credidissem,nunq̃ id sine aliqua iusta causa existimarem te fecisse. Dignitas tua facit,vt animaduertatur,quicquid facias. Maleuolẽtia autem facit hominum,vt nonnulla durius,q̃ a te facta sint,proferantur.Ea si tu non audis, quid dicam,nescio: equidem siquando audio,tam defendo,q̃ me scio a te contra iniquos meos solere defendi. Defensio autem est duplex.Alia sunt,quę aliquando negare soleam,vt de isto ipso suffragio. Alia, quæ defendam a te pie fieri,& humane,vt de curatione ludorum.Sed te hominem doctissimum non fugit,si Cæsar rex fuerit,quod mihi quidem videtur,in vtranq; partem de tuo officio disputari posse:vel in eã,qua ego vti soleo,laudandam esse fidem,& humanitatem tuã, qui amicum etiam mortuum diligas:vel in eam,qua nonnulli vtuntur,libertatem patrię,vitæ amici anteponendam.Ex his sermonibus vtinam essent delatæ ad te disputationes meæ. Illa vero duo,quæ maxima sunt laudum tuarum,quis aut libẽtius q̃ ego commemorat,aut sępius,te & non suscipiendi belli ciuilis grauissimum auctorem fuisse,& moderandæ victoriæ?In quo,qui mihi non assentiretur,inueni neminem.Quare habeo gratiam Trebatio familiari nostro,qui mihi dedit causam harum literarum,quibus nisi credideris,me omnis officii, & humanitatis expertẽ iudicaris,quo nec mihi grauius quicq̃ potest esse,nec a te alienius. Vale.

Philosophoumena

Defendi a te.

Defensio duplex.

M.T.C.M.OPPIO.S.

DVbitanti mihi,qđ scit Atticus noster,de hoc toto consilio profectionis,q; in vtrãq; partem in mentem multa veniebant,magnum põdus accessit ad tollendam dubitationem,iudicium,& cõsilium tuum.Nã & scripsisti aperte,quid tibi videretur,& Atticus ad me sermonem tuum pertulit.Semper iudicaui in te,& in capiendo consilio prudentiam summam esse, & in dando fidem.Maximeq; sum expertus,cum initio ciuilis belli per literas te consuluissem,quid mihi faciendum esse censeres,eundum ne ad Pompeium, an manẽdum in Italia.Suasisti,vt consulerem dignitati meæ:ex quo quid sentires,intellexi, et sum admiratus fidem tuam,& in consilio dando religionem:q; cum aliud malle amicissimum tuum putares, antiquius tibi officium meum,q̃ illius voluntas fuit.Equidem & ante hoc tempus te dilexi, & semper mea te diligi sensi:& cum abessem,atq; in magnis periculis essem,& me absentem, & meos præsentes a te cultos & defensos esse memini.Et post meum reditum,q̃ familiariter mecum vixeris,quæq; ego de te & senserim,& prædicarim,omneis,qui solẽt hæc animaduertere,testes habemus.Grauissimum vero iudicium de mea fide,& de constantia fecisti, cum post mortem Cæsaris totum te ad amicitiam meam contulisti. Quod tuum iudicium nisi mea summa beneuolentia erga te,omnibusq; meritis comprobaro,ipse me hominem nõ putabo.Tu mi Oppi conseruabis amorem tuum, etsi more magis hoc quidem scribo,q̃ quo te admonendum putem:meaq; omnia tuebere,quæ tibi ne ignota essent,Attico mãdaui.A me autem,cum paulum otii nacti erimus,vberiores literas expectato.Da operam vt valeas.hoc mihi gratius facere nihil potes.

Antiquius

Hominem nõ putabo.

Epistolarum familiarium

M.T.C.EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER DVODECIMVS.

M.T.C.C.CASSIO.S.P.D.

TInem nullū facio,mihi crede,Cassi de te,& de Bruto nostro, idest de tota rep.cogitandi,cuius omnis spes in vobis est, & in D.Bruto. Quam quidem iam habeo ipse meliorem, republica à Dolabella meo p̄clarissīme gesta. Manabat enim illud malum vrbanum, & ita corroborabatur quotidie, vt ego quidem & Vrbi,& otio diffiderem vrbano. Sed ita compressa est, vt videamur omne iā ad tempus ab illo dūtaxat sordidissīmo p̄riculo tuti futuri. Reliqua magna sunt,& multa,sed posita omnia sunt in vobis,q̄q̄ primū quidq̄ explicemus. Nā,vt adhuc quidem actum est,non regno,sed rege liberati videmur. Interfecto enim rege,regios oīneis nutus tuemur. Neq; vero id solū,sed etiā q̄ ipse ille,si viueret,non faceret,ea nos quasi cogitata ab illo p̄bamus. nec eius quidē rei fīnē video. Tabulæ figunt̄,immunitates dant̄,p̄cunię maximę distribuunt̄,exules reducunt̄,senatusconsulta falsa referunt̄,vt tātūmodo odiū illud homīnis impuri,& seruitutis dolor depulsus esse videatur. Respu.iacet in his p̄turbationib⁹,in quas eā ille cōiecit. Hęc oīa vobis sunt exp̄diēda,nec hoc cogitādū,satis iā habere rēp.a vobis. Habet illa qdē tātū,quātū nunq̄ mihi in mētē venit optare. Sed cōtēta non est, & p̄ magnitudine & animi,& bnficii vestri a vobis magna desiderat. Adhuc vlta suas iniurias est p̄ vos interitu tyranni,nihil amplius. Ornamēta vero sua q̄ recup̄rauit! an q̄ ei mortuo paret,quē viuū ferre non poterat! cuius æra refigere debebamus,eius etiā chirographa defendim⁹. At em̄ ita decreuimus: fecimus id quidem temporibus cedētes,q̄ valēt in rep.plurimū,sed īmoderate quidem & ingrate nostra facilitate abutuntur. Verum hæc propediem, & multa alia coram. Interim velim sic tibi p̄rsuadeas,mihi cum reip.quam semp̄r habui charissīmam,tū amoris nostri causa,maximę curę esse tuā dignitatem. Da operam vt valeas.

Homo impurus nūc Cęsar.

M.T.C.C.CASSIO.S.P.D.

VEhementer lętor tibi probari sententiam,& orationē meā: qua si sępius vti liceret,nihil esset negotii,libertatem,& rempub.recup̄rare. Sed homo amens,& p̄ditus,multoq; nequior,q̄ ille ipse quem tu nequissīmū occisum esse dixisti,cædis initium quærit: nullamq; aliā ob causam me auctorem fuisse Cæsaris interficiendi criminatur, nisi vt in me veterani incitent̄. Quod ego p̄riculum non extimesco,modo facti vestri gloriam cum mea laude communicē. Ita nec Pisoni,qui in eum primus inuectus est nullo assentiēte,nec mihi,qui idem tricesimo post die feci,nec Publio Seruilio,qui me est consecutus,tuto in senatum venire licet. Cędem enim gladiator quęrit,eiusq; initiū ad.xiii.Calēd.Octobris a me se facturum putauit. Ad quem parat⁹ venerat,cum in villa Metelli complureis dies commētatus esset. Quæ autem in lustris, & in vino commentatio potuit esse! Itaq; omnibus est visus,vt ad te antea scripsi,suo more vomere,non dicere. Quare quod scribis te confidere auctoritate,& eloquētia nostra aliquid proficī posse,nōnihil,vt in tantis malis,est profectū. Intelligit enim populus Romanus treis esse consulares,qui qa quæ de repub.bene senserint,libere locuti sunt,tuto in senatum venire non possunt. Nec est p̄terea q̄ quicq̄ exp̄ctes. Tuus em̄ necessarius affinitate noua delectatur. Itaq; iā nō est studio sus ludoq;,infinitoq; fratris tui plausu dirumpit̄. Alter item affinis nouis commentariis Cęsaris delinitus est. Sed hæc tolerabília,illud non ferendū, q̄ est qui vestro anno consulē filiū suū futurū putet,ob eamq; causam se huic latroni deseruire prę se ferat. Nā L.Cotta familiaris meus fatali quadā desp̄ratiōe,vt ait,minus in Senatū venit. L.Cęsar optimus, & fortissīmus ciuis valetudine impedit̄. Seruiꝰ Sulpitius,& sūma auctoritate,& optime sentiēs,nō adest. Reliquos,exceptis designatis, ignosce mihi si nō numero cōsulareis. habes auctores cōsilii publici,qui numerus etiam bonis rebus exiguus esset,quid cēses p̄ditis? Quare spes est omnis in vobis: qui si idcirco abestis vt sitis in tuto,ne in vobis quidē. Sin aliquid dignū vestra gloria cogitatis,velim saluis nobis: sin id minus,res tamē publica per vos breui tēpore

Inuectus.

Lustra.

Cōsulares.

Consilium publicum.

ius suũ recuperabit.Sed ego tuis,neq; desum neq; deero:q siue ad me referent,siue nõ,mea tibi tamen beneuolentia, fidesq; prestabitur. Vale.

M.T.C.C.CASSIO.S.P.D.

AVget tuus amicus furorẽ in dies.primũ in statua,quã posuit in rostris,inscripsit.PAREN.OPT.MER.vt nõ modo sicarii,sed et parricidę iudicemini.Quid dico iudicemini? Iudicemur potius. Vestri cm̃ pulcherrimi facti,ille furiosus me principẽ dicit fuisse.Vtinã quidẽ fuissem,molestus nobis nõ eẽt.Sed hoc vestrũ est:qđ quãdo pteriit,vtinã haberẽ,qd darẽ vobis cõsilii. Sed ne mihi quidẽ ipsi reperio,qd faciendũ sit.QVID Enim est, qđ contra vim sine vi fieri possit?Consiliũ autẽ omne hoc est illorũ,vt mortẽ Cęsaris psequantur.Itaq; ante diem sex.No.Octobris pductus in cõcionẽ a Canutio,turpissime ille quidem discessit, sed tamen ea dixit de conseruatoribus patrię,quę dici deberent de proditoribus.De me quidem non dubitant,quin omnia de meo consilio,& vos fecissetis,& Canutius faceret. Cętera cuiusmodi sint,ex hoc iudica,q; legato tuo viaticũ eripuerunt.Quid eos interpretari putas cum hoc faciunt?ad hostem scilicet portari.O rem miserã.dominũ ferre nõ potuimus,cõseruo seruimus:& tamen me quidem fauente magis,q̃ sperante,etiam nunc residet spes in virtute tua.Sed vbi sunt copię?De reliquo malo tę ipsum loqui tecum,q̃ dicta nostra cognoscere. Vale. In dies.

M.T.C.C.CASSIO.S.P.D.

VEllem Idibus Martiis me ad cœnã inuitasses,reliquiarũ nihil fuisset.Nũc me reliquię vestrę exercẽt,& quidẽ pręter cęteros me.q̃q̃ egregios cõsules habemus,sed turpissimos cõsulareis:Senatũ fortẽ,sed in infimo quẽq; honore fortissimũ.Populo vero nihil fortius,nihil melius,Italiaq; vniuersa. Nihil autẽ fœdius Philippo,& Pisone legatis,nihil flagitiosius: qui cum essent missi,vt Antonio ex senatus sententia certas res nunciarent, cũ ille earum rerũ nulli paruisset,vltro ab illo ad nos intolerabilia postulata retulerunt.Itaq; ad nos concurritur,factiq; iam in re salutari populares sumus.Sed tu qd ageres,quid acturus,vbi deniq; esses,nesciebam.Fama nunciabat te esse in Syria,auctor erat nemo.De Bruto, quo propius est,eo firmiora videntur esse,quę nunciantur.Dolabella valde vituperatur ab hominibus non insulsis,q; tibi tam cito succederet,cum tu vixdum triginta dies in Syria fuisses.Itaq; constabat eum recipi in Syriam non oportere. Summa laus & tua & Bruti est,q; exercitum præter spem existimamini comparasse.Scriberem plura,si rem causamq; nossem.Nunc quæ scribo,scribo ex opinione hominũ,atq; fama.Tuas literas aui de expecto. Vale. Legati flagitiosi.

M.T.C.C.CASSIO.S.P.D.

YEmẽ credo adhuc phibuisse,quo minus de te certũ haberemus, quid ageres,maximeq; vbi esses.Loq̃bant oẽs tñ,credo q; volebãt,in Syria te esse,habere copias.id autẽ eo facilius credebaẽ,qa simile vero videbaẽ.Brutus qdẽ noster egregiã laudẽ est cõsecutus.Res em̃ tãras gessit,tãq; inopinatas, vt eę cũ p se gratę essent,tũ gratiores ppter celeritatẽ.Q2 si tu ea tenes,q̃ putam9,magnis subsidiis fulta resp.est.A prima em̃ ora gręcię,vsq; ad Aegyptũ,optimorũ ciuiũ imperiis muniti erim9,& copiis.Q2q̃ nisi me fallebat,res sic se habebat, vt totius belli oẽ discrimẽ in D.Bruto positũ videreẽ:q; si,vt sperabamus,erupisset Mutina, nihil belli reliqui fore videbaẽ.Paruis omnino iã copiis obsidebaẽ,q; magno prędidio Bononiam tenebat Antonius.Erat autẽ Claternę noster Hircius,ad forũ Corneliũ Cęsar, vterq; cum firmo exercitu,magnasq; Romę Pãsa copias ex delectu Italię cõparat.Hyems adhuc rem geri phibuerat.Hircius nihil nisi cõsiderate,vt mihi crebris literis significat, acturus videbaẽ.Pręter Bononiã,Regiũ Lepidi,Parmam,totã Galliã tenebamus studiosissimã resp. Tuos etiam clienteis transpadanos mirifice cõiunctos cũ causa habebamus.Erat firmissimus Senatus,exceptis cõsularibus,ex quibus vnus L.Cęsar firmus est,& rectus.Seruii Sulpitii morte magnũ pfidiũ amisimus.Reliqui partim inertes,partim improbi:nõnulli inuident eorũ laudi,quos in rep.pbari vident.Populi vero Romani,totiusq; Italię mira consensio est. Hęc erant fere,quę tibi nota esse vellem.Nunc autem opto,vt ab istis orientis partib9 virtutis tuę lumen eluceat. Vale. Regium Lepidi.

M.T.C.C.CASSIO.S.P.D.

Qui statꝰ. QVi ſtatus rerũ fuerit tũ cũ has literas dedi, ſcire poteris ex C. Tidio Strabone viro bono, & optime de rep. ſentiẽte. Nã qd dicã cupidiſſimo tui, qui domo, & fortunis relictis, ad te potiſſimũ ꝓfectus ſit: Itaq; eũ tibi ne cõmẽdo q dẽ, aduẽtus ipſius ad te ſatis eũ cõmẽdabit. Tu velim ſic exiſtimes, tibiq; ꝑſuadeas, oẽ ꝓfugiũ bonorũ in te, & Bruto eſſe poſitũ, ſi qđ nolim, aduerſi qd euenerit. Res, cũ hęc ſcribebã, erat in extremũ deducta diſcrimẽ. Brutꝰ eñ Mutinę vix iã ſuſtinebat. Qui ſi cõſeruatus erit, vicimus. ſinꝯqđ Dii omẽ auertãt ☽oppreſſus ibi erit, oĩs hominũ curſus eſt ad vos. Proinde fac tãtũ animũ habeas, tãtũq; apparatũ, quãto opus eſt ad vniuerſam remp. recuperandam. Vale.

M.T.C.C.CASSIO.S.P.D.

DVanto ſtudio dignitatẽ tuã, & in ſenatu, & ad populũ defenderim, ex tuis te malo q̃ ex me cognoſcere. Quę mea ſentẽtia in Senatu facile valuiſſet, niſi Pãſa vehemẽter obſtitiſſet. Ea ſentẽtia dicta ꝓductus ſum in concionẽ a tribuno pleb. M. Seruilio. Dixi de te q̃ potui, tãta cõtẽtione, quã tũ forum eſt, tanto clamore, cõſenſuq; populi, vt nihil vnq̃ ſimile viderim. Id velim mihi ignoſcas, q; inuita ſocru tua fecerim. Mulier timida verebat, ne Pãſę aĩus offenderet. In cõcione qdẽ Panſa dixit matrẽ quoq; tuã, & fratrẽ, illã a me ſentẽtiã noluiſſe dici. Sed me hęc nõ mouebãt, alia malebã. Fauebã & Reip. cui ſemp faui, & dignitati, ac glorię tuę. Qđ aũt & ĩ Senatu pluribꝰ verbis diſſerui, & dixi in cõcione, in eo velim fidẽ meã liberes. Promiſi eñ, & ꝓpe cõfirmaui, te nõ expectaſſe

Dum. nec expectaturũ decreta noſtra, ſed te ipſum tuo more rẽp. defenſurũ. & q̃q̃ nihil dũ audiera mus, nec vbi eſſes, nec quas copias haberes, tñ ſic ſtatuebã, oẽis q̃ in iſtis partibus eſſent, opes, copiaſq; tuas eſſe, ꝑ teq; Aſiam prouinciam confidebam iam reipu. recuperatam. Tu fac in augenda gloria te ipſum vincas. Vale.

M.T.C.C.CASSIO.S.P.D.

Perfugiũ. SCelus affinis tui Lepidi, ſummãq; leuitatẽ, & incõſtãtiã, ex actis, q̃ ad te mitti certo ſcio, cognoſcere te arbitror. Itaq; nos confecto bello, vt arbitrabamur, renouatũ bellũ gerimꝰ, ſpẽq; oẽm in D. Bruto, & Plãco habemꝰ. Si verũ q̃ris, in te, & in meo Bruto, nõ ſolũ ad ꝑſens ꝓfugiũ, ſi, qđ nolim, aduerſi qd acciderit, ſed etiã ad cõfirmationẽ ꝑpetuę libertatis. Nos hic de Dolabella audiebamꝰ, q̃ vellemꝰ, ſed certos auctores nõ habebamus. Te qdẽ magnũ hominẽ, & ꝑſenti iudicio, & reliq tẽporis expectatione ſcito eſſe. Hoc tibi ꝓpoſito fac, vt ad ſumma cõtẽdas. Nihil eſt tãtũ, qđ nõ populus Ro. a te ꝑfici, atq; obtineri poſſe iudicet. Vale.

M.T.C.C.CASSIO.S.P.D.

BReuitas tuarũ literarũ me quoq; breuiorẽ in ſcribẽdo facit: & vere vt dicã nõ ſatis occurrit, quid ſcribam. Noſtras eñ res in actis perferri ad te certo ſcio, tuas autẽ ignoramus. Tanq̃ eñ clauſa ſit Aſia, ſic nihil perferẽ ad nos, prẽter rumores de oppreſſo Dolabella, ſatis illos qdẽ conſtantes, ſed adhuc ſine auctore. Nos cõfectũ bellũ cũ putaremꝰ, repẽte a Lepido tuo in ſummã ſollicitudinẽ adducti ſumus. Itaq; ꝑſuade tibi, maximã reip. ſpem in te, & in tuis copiis eſſe. Firmos oĩno exercitus habemus, ſed tñ vt oĩa, vt ſpero, ꝑſpere ꝓcedãt, multũ

†viuere. intereſt te †venire. Exigua eſt eñ ſpes reip. nam nullã non libet dicere: ſed quęcunq; eſt, ea de ſpondetur anno conſulatus tui. Vale.

M.T.C.C.CASSIO.S.P.D.

Poteſtas facta. LEpidus tuus affinis, meus familiaris, pridie Cal. Quintilis ſentẽtiis oĩbꝰ hoſtis a ſenatu iudicatus eſt, cęteriq;, q̃ vna cũ illo a rep. defecerũt. Quibus tñ ad ſanitatẽ redeundi ante Cal. Septẽb. poteſtas facta eſt. Fortis ſane ſenatus ſed maxima ſpes ſubſidii tui. Bellũ qdẽ cũ hęc ſcribebã ſane magnũ erat ſcelere, & leuitate Lepidi. Nos de Dolabella quotidie, q̃ volumꝰ, audimꝰ, ſed adhuc ſine capite, ſine auctore, rumore nũcio. Qđ cũ ita eſſet, tñ lr̃is tuis quas No. Maiis ex caſtris datas acceperamꝰ, ita ꝑſuaſum erat ciuitati, vt illũ iã oppreſſum oẽs arbitrarent, te autẽ in Italiã venire cũ exercitu, vt ſi hęc ex ſentẽtia cõfecta eſſent, conſilio atq; auctoritate tua roboaremur: ſin qd forte titubatũ eſt, vt fit in bello, exercitu tuo niteremur.

Quẽ qdẽ ego exercitũ qbuſcũq; potero reb⁹ ornabo.Cuius rei tũ tẽpus erit,cũ qd opis reip. laturus exercitus ſit,aut qd iã tulerit,notũ eſſe cœperit.Nã adhuc tãtũ conatus audiũtur, optimi illi qdẽ,& p̃clariſſimi,ſed geſta res expectaẽ.Quã qdẽ,aut iã eſſe aliquã,aut appropin quare cõfido.Tua virtute,magnitudine animi nihil eſt nobilius.Itaq; optam⁹,vt q̃primũ te i Italia videam⁹.Rẽp.nos habere arbitrabimur,ſi vos habebim⁹.Pręclare viceram⁹,niſi ſpoli atum,inermẽ,fugiẽtẽ Lepidus recepiſſet Antoniũ.Itaq; nũq̃ tãto odio ciuitati Antonius fu it,quãto eſt Lepid⁹.Ille eñ ex turbulẽta rep.hic ex pace,& victoria bellũ excitauit. Huic op poſitos cõſules deſignatos habem⁹,in qbus eſt magna qdẽ ſpes,ſed anceps cura ꝓpter incer tos exitus p̃liorũ.Perſuade tibi igiẽ,in te,& in Bruto tuo eſſe oĩa,vos expectari,Brutũ iã,iã q;.Q; ſi,vt ſpero,victis hoſtibus noſtris veneritis,tñ auctoritate veſtra reſpub.exurget, & in aliquo ſtatu tolerabili cõſiſtet.Sunt eñ permulta,quib⁹ erit medẽdũ,etiã ſi reſp. ſatis eſſe vi debiẽ ſceleribus hoſtium liberata. Vale.

Lepidi odium.

Pręliorum exitus in certi.

C.CASSIVS PROCON.M.T.C.S.P.D.

SI vales bñ eſt,ego qdẽ valeo.In Syriã me ꝓfectũ eſſe ſcito ad L.Murcũ,& Q. Criſpũ Impatores.Viri fortes optimiq; ciues,poſtea q̃ audierũt q̃ Romę ge rerent,exercit⁹ mihi tradiderũt,ipſiq; mecũ vna fortiſſimo aĩo rẽp.admini ſtrãt.Itẽ legionẽ,quã Q.Cęcili⁹ Baſſus habuit,ad me veniſſe ſcito.Quattu orq; legiones,quas A.Allien⁹ ex Aegypto eduxit,traditas ab eo mihi eẽ ſci to.Nũc te cohortatiõe nõ puto indigere,vt nos abſenteis,rẽq; pub. quãtũ opus eſt,defendas.Scire te volo,firma p̃ſidia vobis,ſenatuiq; nõ deeſſe,vt optima ſpe,& maxi mo aĩo rẽp.defendas.Reliqua tecũ aget L.Carteius familiaris meus.Vale.Data nonis Mar tiis,ex caſtris Taricheis.

Data.

C.CASSIVS.M.T.C.S.P.D.

SI vales bene eſt,ego qdẽ valeo.Legi tuas literas,ĩ qb⁹ miriſicũ tuũ erga me amorẽ recognoui.Videbaris eñ nõ ſolũ fauere nobis,id qđ & noſtri,& rei pub.cauſa ſemp feciſti,ſed etiã grauẽ curã ſuſcepiſſe,vehemẽterq; eẽ de no bis ſollicitus.Itaq;,q; te primũ exiſtimare putabã,nos oppreſſa rep.quieſce re nõ poſſe,deinde cũ ſuſpicarere nos moliri,& te ſollicitũ eſſe,& de ſalute noſtra,& de rerũ euẽtu putabã,ſimulac legiones accepi,quas A.Allien⁹ edu xerat ex Aegypto,ſcripſi ad te,ac tabellarios cõplures Romã miſi.Scripſi etiã ad Senatũ lras quas reddi vetui prius,q̃ tibi recitatę eſſent,ſi forte mei obtẽperare mihi voluerũt.Q; ſi li terę perlatę nõ ſunt,nõ dubito,quin Dolabella,q nefarie Trebonio occiſo Aſiã occupauit,ta bellarios meos deprehẽderit,literaſq; interceperit.Exercitus oẽis,q in Syria fuere,teneo.Ha beo paululũ morę,dũ ꝓmiſſa militibus ꝓſoluo.Nũc iã ſum expeditus.A te peto,vt dignita tẽ meã tibi cõmẽdatã habeas,ſi me intelligis nullũ neq; piculũ,neq; laborẽ patrię denegaſſe: ſi cõtra importuniſſimos latrones arma cepi te hortãte,& auctore:ſi nõ ſolũ exercitum ad remp.libertatẽq; defendẽdã cõparaui,ſed etiã crudeliſſimis tyrãnis eripui.Quos ſi occupaſ ſet Dolabella,nõ ſolũ aduẽtu,ſed etiã opinione,& expectatione exercitus ſui,Antoniũ cõfir maſſet.Quas ob res milites tuere,ſi eos mirifice de rep.meritos eſſe animaduertis, & effice ne quẽ pœniteat,remp.q̃ ſpẽ prędę,& rapinarũ,ſequi maluiſſe.Itẽ Murci,& Criſpi imperato rum dignitatẽ, quãtũ eſt in te,tuere.Nã Baſſus miſere noluit mihi legionẽ tradere.q; niſi militesinuito eo legatos ad me miſiſſent,clauſam Apameam tenuiſſet,quoad vi eſſet expu gnata.Hæc a te peto,non ſolum reip.quæ tibi ſemper fuit chariſſima ,ſed etiã amicitiæ no ſtrę nomine,quã cõfido apud te plurimũ poſſe.Crede mihi, hũc exercitũ quẽ habeo,ſenat⁹, atq; optimi cuiuſq; eſſe,maximeq; tuum.De cuius voluntate aſſidue audiẽdo, mirifice te di ligit,charumq; habet.Qui ſi intellexerit commoda ſua curę tibi eſſe,debere etiã ſe tibi oĩa putabit.Literis ſcriptis audiui Dolabellã in Ciliciã veniſſe cum ſuis copiis,proficiſcar in Ci liciam:quid egerim,celeriter vt ſcias,dabo operam.Ac velim vt meremur de rep.ſic felices ſimus.Fac valeas,meq; ames.Nonis Maiis.ex caſtris.

Tabellarii

Dolabella hoſtis.

Negatiões.

Q.CASSIVS.S.D.M.T.C.

SI vales bene eſt,ego qdẽ valeo.Cũ reip.vel ſalute vel victoria gaudem⁹:tũ inſtauratione tuarũ laudũ,q; maximus conſularis maximũ cõſulẽ te ipſum viciſti,& lętamur,& mirari nõ ſatis poſſum⁹.Fatale neſcio qd tuę virtuti datum,idq; iam ſępe experti ſumus.Eſt enim tua toga omnium armis feli cior,quæ nunc quoq; nobis pene victam rempu.ex manibus hoſtiũ eripuit

Toga Cice ronis.

ac reddidit. Nũc ergo viuemus liberi. Nũc te omniũ maximũ ciuẽ, & mihi charissimũ, id qđ
Falleris Cassi. maxime reip. tenebris cõparasti, nũc te habebimus testẽ nostri, & in te, & in cõiũctissimã ti-
bi remp. amoris: & q̃ sępe pollicitus es, te & taciturũ, dũ serui essemus, & dicturũ de me tum
cũ mihi ꝓfutura essent, nũc illa nõ ego qdẽ dici tãtopere desiderabo, q̃ sentiri a te ipso. Neq;
enim omnium iudicio malim me a te cõmẽdari, q̃ ipse tuo iudicio digne, ac mereor commẽ
datus esse: vt hęc nouissima nostra facta nõ subita, nec incõuenientia, sed similia illis cogita-
tionibus, quarũ tu testis es, fuisse iudices, meq; ad optimã spẽ patrię nõ minimũ tibi ipsi ꝓ-
ducendũ putes. Sunt tibi Marce Tulli liberi, ꝓpinquiq; digni qdẽ te, & merito tibi charissi
mi: esse etiã debẽt in rep. ꝓxime hos chari, q̃ studiorũ tuorũ sunt ęmuli, quorũ esse cupio ti
bi copiã: sed tamẽ nõ maxima me turba puto excludi, quo minus tibi vacet me excipere, &
ad oĩa q̃ velis, & ꝓbes, ꝓducere. Animũ tibi nostrũ fortasse ꝓbabimus: ingeniũ diutina serui
tus certe qualecũq; est, minus tamẽ q̃ erat, passa est videri. Nos ex ora maritima Asię ꝓuin-
cię, & ex insulis, quas potuim⁹ naueis deduxim⁹. Delectũ remigũ, magna cõtumacia ciuita-
tum, tñ satis celeriter habuim⁹. Secuti sum⁹ classem Dolabellę, cui Lucilius ꝑerat: q spẽ sępe
trãsitiõis pbẽdo, neq; vnq̃ nõ decedẽdo, nouissime Corycũ se cõtulit, & clauso portu se tene
re cœpit. Nos illa relicta, q; & in castra puenire satius esse putabam⁹, & sequebaꝫ classis altera
quã anno priore in Bithynia Tulli⁹ Cimber cõpararat, cui Turulius Quęstor ꝑerat, Cyprũ
Tarsenses. ꝑtiuim⁹. Ibi, q̃ cognouim⁹, scribere ad vos q̃celerrime voluim⁹. Dolabellã vt Tarsenses ꝑs
Laodiceni. simi socii, ita Laodiceni multo amentiores vltro accersierũt: ex qbus vtriusq; ciuitatibus, Grę
corum militũ numero, speciẽ exercitus effecit. Castra habet ante oppidũ Laodiceã posita, &
partẽ muri demolitus est, & castra oppido cõiunxit. Cassius noster cũ decẽ legionibus, & co
hortibus viginti auxiliariis, & quattuor milliũ equitatu, a millib⁹ passuũ viginti castra ha-
bet posita cũ vallo, & existimat se sine ꝓlio posse vincere. Nã iã ternis tetradrachmis triticũ
ꝑnes Dolabellã est: nisi qd nauibus Laodicenorũ supportarit, cito fame ꝑeat, necesse est. Ne
supportare possit, & Cassii classis bene magna, cui prędest Sextilius Rufus, & tres, quas nos ad
duximus, ego, Turulius, & Patiscus, facile ꝓstabũt. Et volo vos bene sperare, & rẽp. vt & vos
istic expediistis, ita ꝓ nostra parte celeriter iter nobis expediri posse, cõfidere. Vale. Data Idi-
bus Iunii, Cypro Acromani Iacride.

LENTVLVS CICERONI. S. P. D.

Classis Do labellę.

CVm Brutũ nostrũ cõuenissem, eũq; tardius in Asiã venturũ animaduerte
rem, in Asiã redii, vt reliquias mei laboris colligerẽ, & ꝑcuniã q̃primũ Ro
mam mitterẽ. Interim cognoui in Cilicia esse classem Dolabellę, amplius q̃
centũ naueis onerarias, in quas exercitus ei⁹ imponi posset. Idq; Dolabellã
ea mẽte cõparasse, vt si Syrię spes eũ frustrata esset, cõscẽderet in naueis, &
Italiã ꝑteret, seq; cũ Antoniis, & reliqs latronib⁹ cõiũgeret. Cuius rei tan
to in timore fui, vt oĩbus rebus relictis, cũ pauciorib⁹, & minorib⁹ nauib⁹ ad illas ire cona-
tus sim. Quę res, si a Rhodiis nõ interpellatus essem, fortasse tota sublata esset, tamẽ magna
ex parte ꝓfligata est. Quãdoquidẽ classis dissipata est: aduẽtus nostri timore milites, duceſq;
effugerunt, onerarię omnes ad vnam a nobis sunt exceptę. Certe, qđ maxime timui, videor
etiã cõsecutus, vt nõ possit classe Dolabella in Italiã puenire, nec sociis suis firmatis durius
Desperare rempub. vobis efficere negotiũ. Rhodii nos & rẽp. q̃ valde desperauerint, ex literis quas publice misi,
Rhodii amentes. cognosces. Et quidẽ multo parcius scripsi, mirari noli, mira est eorũ amẽtia: nec me meę vllę
priuatim iniurię vnq̃, malus animus eorũ in nostra salute, cupiditas partiũ aliarũ, pseueran
tia in cõtẽptione optimi cuiusq;, ferẽda mihi nõ fuit, nec tamẽ omneis ꝓditos esse puto. Sed
iidem illi, q tũ fugientẽ patrẽ meũ, q L. Lentulũ, q Põpeiũ, q cęteros viros clarissimos non re
cepерũt, iidem tanq̃ aliquo fato, & nunc aut magistratum gerunt, aut eos, qui sunt in magi
stratu, in sua habent potestate. itaq; eadem superbia in prauitate vtuntur. Quorum impro-
bitatem aliquando retundi, & non pati impunitate augeri, non solum vtile est reip. nostræ
sed etiam necessarium. De nostra dignitate velim tibi vt semper curę sit, & quocunq; tẽpore
occasionem habueris, & in Senatu, & in cęteris reb⁹ laudi nostrę suffragere. Quãdo consuli
bus decreta est Asia, & permissum est his, vt dum ipsi venirent, darent negotium, qui Asiam
obtineãt, rogo te ꝑtas ab his, vt hanc dignitatẽ potissimũ nobis tribuãt, & mihi dent nego
tiũ, vt Asiã obtineã, dũ ipsorũ alteruter venit. Nã q; huc ꝓperẽt ĩ magistratũ venire, aut exer
citum mittere, causam nõ habẽt. Dolabella emẽ in Syria est, & vt tu diuina tua mẽte ꝓspexi-

ſti,& prędicaſti,dum iſti veniẽt,Caſſius eum opprimet.Excluſus enim ab Antiochia Dolabella,& in oppugnãdo male acceptus,nulla alia cõfiſus vrbe,Laodiceã q̃ eſt in Syria ad mare ſe cõtulit:ibi ſpero celeriter eũ pœnas daturũ.Nã neq; quo refugiat habet, neq; diutius ibi poterit tãtũ exercitũ Caſſii ſuſtinere.Spero etiã confectũ eſſe iã,& oppreſſum Dolabellã. Quare nõ puto Panſam,& Hirciũ in cõſulatu ꝓraturos in ꝓuincias exire,ſed Romę actu ros cõſulatũ.Itaq; ſi ab his petieris,vt interea nobis ꝓcurationẽ Aſię dent,ſpero te poſſe impetrare.Pręterea mihi ꝓmiſerũt Panſa,& Hircius corã,& abſenti mihi ſcripſerũt: Verrioq; noſtro Pãſa affirmauit ſe daturũ operã, ne in ſuo cõſulatu mihi ſuccedat.Ego porro nõ me diuſſidius cupiditate ꝓuincię ꝓduci lõgius ſpatiũ mihi volo:nã mihi fuit iſta ꝓuincia plena laboris,piculi,detrimẽti:q̃ ego ne fruſtra ſubierim, neve prius,q̃ reliqas meę diligẽtię cõſequar,decedere cogar,valde laboro.Nã ſi potuiſſem,quã exegerã,pecuniã vniuerſam mittere,poſtularẽ vt mihi ſuccederet.Nũc qđ Caſſio dedi,qđ Trebonii morte amiſimus,qđ etiã crudelitate Dolabellę,aut pfidia eorũ,q̃ mihi fidẽ,reiq; publicę nõ ꝓſtiterũt,id cõſeq̃,& reficere volo.Qđ aliter nõ poteſt fieri,niſi ſpatiũ habuero:id vt p te cõſequar,velim, vt ſolet, tibi curę ſit.Ego me de rep.ita puto eſſe meritũ,vt nõ ꝓuincię iſtius beneficiũ expectare debeam,ſed tantũ quãtũ Caſſius,& Bruti,nõ ſolũ illius facti,periculiq; ſocietate,ſed etiã huiꝰ tẽporis ſtudio,& virtute.Primus eñ ego leges Antonianas fregi,primus equitatũ Dolabellę ad rẽp.traduxi,Caſſioq; tradidi,primus delectus habui ꝓ ſalute omniũ cõtra cõiurationẽ ſceleratiſſimã.Solus Caſſio,& reip.Syriã,exercitusq;,q̃ ibi erãt,cõiũxi.Nã niſi ego tantã pecuniã,tãtaq; pfidia,& tã celeriter Caſſio dediſſem,ne auſus qdẽ eſſet ire in Syriã,& nũc non minora pericula reip.a Dolabella inſtarẽt,q̃ ab Antonio.Atq; hęc oĩa is feci,q̃ & ſodalis , & familiariſſimus Dolabellę erã,cõiũctiſſimus ſanguine Antoniis,puincią quoq; illorũ beneficio habebã,ſed πατρίδα ἐμὴν μᾶλλον φιλῶ.omnibꝰ meis bellũ primus indixi.Hęc etſi adhuc nõ magnopere mihi tuliſſe fructũ animaduerto,tamẽ nõ deſpero,nec defatigabor pmanere, nõ ſolũ in ſtudio libertatis,ſed etiã in labore,& periculis.Attamẽ ſi etiã aliqua gloria iuſta, & merita ꝓuocabimur Senatus,& optimi cuiuſq; officiis,maiore cũ auctoritate apud ceteros erimus,& eo plus ꝓdeſſe reip.poterimus.Filium tuũ ad Brutũ cũ veni,videre non potui,ideo q̃ iã in hyberna cũ equitibus erat ꝓfectus:ſed mediuſſidius ea eſſe eum opinione, & tua,& ipſius,& in primis mea cauſa gaudeo.Fratris.n.loco mihi eſt,q̃ ex te natus, teq; dignus eſt.Vale.Data.iiii.Calen.Iunii.Pergæ. Laodicea. Data.

P.LENTVLVS.P.F.PROQVAESTOR.P.R.CON.PRAE.TR.PL.SENA.P.Q.R. S.D.

Si valetis,liberiq;.V.V.B.E.E.V.Scelere Dolabellę oppreſſa Aſia , in proximam prouinciam Macedoniã,pręſidiaq; reip.quę M.Brutus V.C.tenebat,me cõtulí,& id egi,vt per quos celerrime poſſet,Aſia ꝓuincia, vectigaliaq; in veſtrã poteſtatẽ redigerent.Qđ cũ pertimuiſſet Dolabella , vaſtata puincia,correptis vectigalibꝰ,pcipue ciuibus Romanis oĩbus crudeliſſime denudatis,ac diuenditis,celeriuſq; Aſia exceſſiſſet,q̃ eo pſidium adduci potuiſſet,diutius morari,aut expectare pręſidiũ non neceſſe habui,& q̃primũ ad meũ officiũ reuertẽdũ mihi eſſe exiſtimaui,vt re aliqua vectigalia exigerẽ,& quã depoſui pecuniã, colligerẽ:quicqd ex ea correptũ eſſet,aut quorũ id culpa accidiſſet,cognoſcerẽ q̃primũ,& vos de omni re facerẽ certiores.Interim cũ per inſulas in Aſiã nauigãti mihi nunciatũ eſſet,claſſem Dolabellę in Lycia eſſe,Rhodioſq; naueis cõplureis inſtructas,& paratas in aqua habere, cũ his nauibus,quas aut mecũ adduxerã,aut cõparauerat Patiſcus Proquæſtor,hõ mihi cũ familiaritate,tũ etiã ſenſibus in rep.coniũctiſſimus,Rhodũ reuerti cõfiſus auctoritate veſtra ſenatuſq; conſulto,quo hoſtem Dolabellã iudicaratis,fœdere quoq;,qđ cũ his M.Marcello Seruio Sulpitio renouatũ erat,quo iurauerãt Rhodii eoſdẽ hoſteis ſe habituros,quos.S.P.Q.R.Quę res nos vehemẽter feſellit.Tantũ.n.abfuit,vt illorũ pſidio noſtrã firmarem⁹ claſſem,vt etiã a Rhodiis vrbe,portu,ſtatione,q̃ extra vrbẽ eſt , cõmeatu,aqua deniq;,phiberẽtur noſtri milites,nos vix ipſi ſingulis cũ nauigiolis reciperemur.Quam indignitatem,diminutionemq; maieſtatis nõ ſolum iuris noſtri,ſed etiam imperii,populiq; Romani,idcirco tulimus,q̃ interceptis literis cognoram⁹ Dolabellam ſi deſperaſſet de Syria,Aegyptoq;,quod neceſſe erat fieri , in naueis cum omnibus ſuis latronibus,atq; omni pecunia conſcendere eſſe paratum , Italiamq; petere . Idcirco etiam naueis onerarias , quarum minor nulla erat duum millium amphorarũ,contractas in Lycia a claſſe eius obſideri.Huius rei timore Tãtum vt. Amphorę.

Patres conscripti ꝑcitus,iniurias ꝑpeti,& cum contumelia etiam nostra omnia prius experiri malui.Itaq; ad illorum voluntatẽ introductus in vrbem,& in senatum eorum, q̃diligentissime potui causam reip.egi,periculũq; omne,qđ instaret,si ille latro cũ omnibus suis naueis conscendisset,exposui.Rhodios autẽ tãta importunitate animaduerti,vt omneis firmiores putarent,q̃ bonos:vt hãc cõcordiã,& cõspiratione omnium ordinũ ad defendẽdam libertatem,ꝑpense nõ crederent esse factã:vt patientiã senatus,& optimi cuiusq; manere etiam nunc confiderẽt,nec potuisse audere quẽq̃ Dolabellam hostem iudicare:vt deniq; omia quę improbi fingebant,magis vera existimarent,q̃ quę vere facta erant,& a nobis docebant. Qua mẽte etiam ante nostrũ aduentum,post Trebonii indignissimã cędẽ,cęteraq; tot,tamq; nefaria facinora,binę profectę erant ad Dolabellam legationes eorum,& quidem nouo exemplo,contra leges ipsorũ,phibentibus iis,qui tum magistratus gerebãt.Hęc siue timore, vt dictitant,de agris quos in cõtinenti habent,siue furore,siue patientia paucorũ,qui & antea pari contumelia viros clarissimos affecerant, & nunc maximos magistratus,gerentes, nullo exemplo,neq; vestra ex parte,neq; nostro pręsentiũ,neq; imminẽti Italię,vrbisq; nostrę piculo,si ille parricida cũ suis latronib9,nauibus ex Asia,Syriaq; expulsus Italiã ꝑtisset,mederi,cũ facile possent,voluerunt.Nonnullis etiam ipsi magistratus veniebant in suspitionem, detinuisse nos,& demoratos esse dum classis Dolabellę certior fieret de aduẽtu nostro.Quã suspitionem cõsecutę res aliquot auxerunt,maxime q̃ subito ex Lycia Sex.Marius,& C. Titius legati Dolabellę a classe discesserunt,nauiq; longa ꝑfugerunt,onerariis relictis,in q̃bus colligendis non minimũ temporis,laborisq; cõsumpserunt.Itaq; cũ a Rhodo cũ iis,quas habueramus,nauibus in Lyciã venissemus,naueis onerarias recepimus,dominisq; restituimus: idẽq;,qđ maxime verebamur,ne posset Dolabella cũ suis latronibus in Italiã venire, timere desiimus:classem fugientem ꝑsecuti sumus vsq; in Sydã,quę extrema regio est ꝑuincię meę. Ibi cognoui partẽ nauiũ Dolabellę diffugisse,reliquas Syriã ꝑtiisse.Quibus disiectis,cũ scirem C.Cassii singularis ciuis,& ducis classem maximam fore pręsto,in Syriam ad meũ offi cium reuerti,daboq; operam,vt meum studium,diligentiã vobis P.C.reiq; pub.pręstẽ, pecuniamq; q̃maximam potero,& q̃celerrime cogã,omnibusq; rationibus ad vos mittã.Si ꝑcurrero prouinciã,& cognouero qui vobis & reip.fidem pręstiterunt in cõseruanda pecunia a me deposita,q̃q; scelere vltro deferẽtes pecuniã publ.hoc munere societatẽ facinoꝝ cũ Dolabella inierunt,faciam vos certiores.De quibus,si vobis videbitur,si vt meriti sunt grauiter constitueritis,nosq; vestra auctoritate firmaueritis,facilius & reliqua exigere vectigalia & exacta seruare poterimus.Interea quo cõmodius vectigalia tueri, prouinciãq; ab iniuria defendere possim,ꝑsidiũ necessariũ volũtariũq; cõparaui.His literis scriptis,milites circiter xxx.quos Dolabella ex Asia cõscripserat,e Syria fugientes in Pamphyliã venerunt.hi nũcia uerunt Dolabellã Antiochiã,quę in Syria est,venisse:non receptũ,conatũ esse aliquoties vi introire,repulsum semp esse,cũ magno suo detrimẽto.Itaq; centũ circiter amissis, q̃grisq; relictis,noctu Antiochia ꝑfugisse Laodiceã versus.Ea nocte oẽis fere Asiaticos milites ab eo discessisse,ex his ad octingentos Antiochiã rediisse,& se iis tradidisse,q̃ a Cassio relicti vrbi illi ꝑerãt.Cęteros ꝑ Amanũ in Ciliciã descẽdisse,quo ex numero,se quoq; esse dicebãt.Cassiũ autẽ cũ suis oĩbus copiis nũciatũ esse quatridui iter a Laodicea abfuisse tũ,cum Dolabella eo tenderet.Quãobrẽ opinione celerius cõfido sceleratissimũ latronẽ pœnas daturum. Quarto nonas Iunias.Pergę.

Rhodiorũ prauitas.

Opinione celerius.

C.TREBONIVS.M.T.C.S.P.D.

Cicero Iunior. Veterrimꝰ Auribus dare.

SI vales bene est,ego q̃dẽ valeo.Athenas veni ad.xi.Cal.Iunii,atq; ibi qđ maxime optabã,vidi filiũ tuũ deditũ optimis studiis,summaq; modestię fama. Qua ex re quãtã voluptatẽ ceperim,scire potes etiã me tacẽte. Nõ.n.nescis quãti te faciã,& q̃ ꝑ nro veterrimo,verissimoq; amore oĩbꝰ tuis ẽt minimis cõmodis nõ mõ tãto bono gaudeã.Noli putare mi Cicero me hoc auribꝰ tuis dare: nihil adolescẽte tuo,atq; adeo nro(nihil em̃ mihi a te põt eẽ sed iũctũ)aut amabiliꝰ oĩbꝰ iis,q̃ Athenis sunt,est:aut studiosiꝰ earũ artiũ,quas tu maxie amas, hoc est,optimarũ.Itaq; tibi,qđ vere facere possũ,libẽter quoq; gratulor,nec minꝰ ẽt nobis,ꝙ eũ,quẽ necesse erat diligere qualiscũq; eẽt,talẽ habemꝰ,vt libẽter quoq; diligamꝰ.Qui cũ mihi ĩ sermõe iniecisset se velle Asiã visere,nõ mõ ĩuitatꝰ,sed etiã rogatꝰ est a me,vt id potissimũ nobis obtinẽtibus ꝑuinciã faceret.Cui nos & charitate & amore tuũ officiũ ꝑstaturos non debes dubitare.Illud quoq; erit nobis curæ,vt Cratippus vna cũ eo sit,ne putes in Asia

Gratulor.

Pręstaturi.

Cratippus.

feriatũ illũ ab iis studiis,in quę tua cohortatione incitatur,futurũ.Nã illũ paratũ vt video & ingressum pleno gradu,cohortari nõ intermittemus,quo in dies longius discẽdo, exercẽ doq; se ꝓcedat.Vos qd egeritis in rep.cũ has literas dabã,nõ sciebã.Audiebã quędã turbu léta,quæ scilicet cupio esse falsa,vt aliquãdo otiosa libertate fruamur,qđ vel minime adhuc mihi contigit.Ego tamẽ nactus in nauigatione nostra pusillũ laxamẽti,concinnaui tibi mu nusculum ex instituto meo,& dictũ cũ magno nostro honore,a te dictũ cõclusi,& tibi in fra subscripsi.In quibus versiculis si tibi ꝙbusdam verbis ἀχκμονέσεροσ videbor,turpitudo pærsonę eius,in quã liberius inuehimur,nos vindicabit.Ignosces etiã iracũdię nostrę,quę iu sta est in eiusmodi & homines & ciueis.Deinde qd magis hoc Lucilio licuerit assumere li bertatis,q̃ nobis:cũ etiã si odio par fuerit in eos quos lęsit,tamẽ certe nõ magis dignos ha buerit,in quos tanta libertate verborũ incurreret.Tu,sicut mihi pollicitus es,adiunges me q̃primũ ad tuos sermones.Nãq; illud nõ dubito,quin,si qd de interitu Cęsaris scribas, non patiaris me minimã partẽ,& rei,& amoris tui ferre.Vale,& matrẽ,meosq; tibi commẽdatos habe.VIII.Calen.Iunias.Athenis.

Feriatus.

Lucilii libertas.

Incurro.

M.T.C.CORNIFICIO COLLEGAE.S.

CRata mihi est vehemẽter memoria nostri tua,quã significasti literis:quam vt cõserues,nõ ꝙ de tua cõstãtia dubitẽ,sed ga mos est ita rogãdi,rogo.Ex Syria nobis tumultuosiora quędã nũciata sunt:q̃ quia tibi sunt ꝓpiora, q̃ nobis,tua me causa magis mouent,q̃ mea.Romę summũ otiũ est,sed ita,vt malis salubre aliqđ,& honestũ negotiũ:qđ spero fore,ga video id curę esse Cęsari.Me scito dũ tu absis,quasi occasionẽ quãdam,& licẽtiã nactũ scribe re audacius:& cętera qdẽ fortasse,q̃ etiã tu concederes,sed ꝓxime scripsi de optimo genere dicẽdi:in quo sępe suspicatus sum te a iudicio nostro,sic scilicet,vt doctũ hominẽ a nõ indo cto, paululũ dissidere.Huic tu libro maxime velim ex animo,si minus gratię causa suffrage re.Dicã tuis,vt eũ,si velint,describãt,ad teq; mittãt.Puto emi etiã si rẽ minus ꝓbabis , tñ in ista sollicitudine qcqd a me ꝓfectũ sit,iucũdũ tibi fore.Q; mihi existimationẽ tuã,dignitatẽ ꝙ cõmendas,facis tu quidẽ omniũ more:sed velim sic existimes, me,cũ amori,quẽ inter nos mutuũ esse intelligã,plurimũ tribuã,tũ de summo ingenio,& de optimis tuis studiis, & de spe amplissimę dignitatis ita iudicare,vt neminẽ tibi anteponã,cõparẽ paucos. Vale.

Liber de optimo genere dicendi.

Existimatio tua.

CICERO CORNIFICIO COLLEGAE.S.D.

QVod extremũ fuit in ea epistola,quã a te ꝓxime accepi,ad id primũ respon debo.Animaduerti emi hoc vos magnos oratores facere nõnunq̃.Epistolas requiris meas: ego autẽ nũq̃ cũ mihi denũciatũ esset a tuis ire aliquẽ,nõ de di.Qđ mihi videor ex tuis literis intelligere,te nihil cõmissurũ esse teme re, nec ante,q̃ scisses,quo iste nescio q Cæcilius Bassus erũperet, qcq̃ certi constituturũ:id ego & spẽratã prudẽtia tua fretus,& vt cõfidẽ, fecerunt tuę grauissimę literę.Idq; vt facias q̃sæpissime,vt & qd tu agas,& quid agat scire possim,& etiã qd acturus sis,valde te rogo . Etsi periniquo patiebar animo te a me digredi,tñ eo tem pore me cõsolabar,ꝙ & in summũ etiã otiũ te ire arbitrabar,& impendẽtibus magnis nego tiis discedere.Vtrũq; cõtra accidit.Istic emi bellũ est exortũ,hic pax consecuta,sed eiusmodi pax,in qua si adesses,multa te nõ delectarent.ea tamen,quę ne ipsum Cęsarem quidem dele ctant.BELLORVM enim ciuilium hi semper exitus sunt,vt non ea solum fiant , quæ velit victor,sed etiam,vt iis mos gerendus sit,quibus adiutoribus parta sit victoria. Equidem sic iam obduruí,vt ludis Cęsaris nostri equissimo animo viderem T.Plãcum, audirem Laberii, & Publii poemata.Nihil mihi tam deesse scito,q̃ quicum hęc familiariter,docteq; rideam.Is tu eris,si q̃primũ veneris.Qđ vt facias,non mea solũ,sed etiã tua interesse arbitror. Vale.

Oratorum mos.

Pati.

Bellorũ ciuiliũ exit9.

M.T.C.CORNIFICIO.S.

LIbentissime legi tuas literas:in ꝙbus iucũdissimũ mihi fuit,ꝙ cognoui me as tibi reddítas esse.Nõ emi dubitabã,quin eas lubẽter lecturus esses, verebar ne redderent.Bellũ qđ est in Syria,Syriãq; ꝓuinciã tibi tributam esse a Cęsare,ex tuis literis cognoui:eãdẽ rẽ tibi volo bñ,& feliciter euenire. Qđ ita fore cõfido,fretus & industria,& prudẽtia tua.Sed de Parthici belli su spitiõe qđ scribis,sane me cõmouit.Quãtũ copiarũ haberes,cũ ipse cõiectu

Verebar ne redderent.

ra cõsequi poterã,tũ ex tuis literis cognoui.Itaq; opto ne se illa gens moueat hoc tempore, dum ad te legiones eę ꝑducant,quas audio duci.Q; si pares copias ad cõfligendũ nõ habebis,nõ te fugiet vti cõsilio M.Bibuli,q se oppido munitissimo,& copiosissimo tãdiu tenuit q̃diu in ꝓuincia Parthi fuerũt.Sed hoc melius ex re,& ex tẽpore cõstitues.Mihi quidẽ vsq; curę erit qd agas,dũ,qcqd egeris , sciero.Literas ad te nũq̃ habui cui darẽ,quin dederim.A te,vt idem facias,ꝑeto:in primisq;,vt ita ad tuos scribas,vt me tuum sciant esse. Vale.

M.C.CORNIFICIO COLLEGAE.S.

CRatę mihi tuæ literæ,nisi ꝙ Sinuessanũ diuersoriolũ contẽpsisti. Quã qdẽ contumeliã villa pusilla iniquo animo ferret,nisi in Cumano, & Põpeiano reddideris πάντα περὶ πάντων. Sic igitur facies, meq; amabis,& scripto aliquo lacesses.Ego em̃ respõdere facilius possum,q̃ ꝓuocare.Q; si vt es,cessabis,lacessam,nec tua ignauia etiam inertiam afferet.Plura otiosus.Hęc cũ essem in senatu,exaraui. Vale.

M.C.CORNIFICIO.S.D.

Cõmend.

CAius Anitius familiaris meus,vir omnibus rebus ornatus,negotiorũ suoꝝ causa legatus est in Aphricã legatione libera:eũ velim rebus omnibus adiuues,operãq; des,vt q̃cõmodissime sua negotia cõficiat.In primisq; quod ei charissimũ est,dignitatẽ eius tibi cõmẽdo.Idq; a te ꝑeto,qđ ipse in ꝓuincia facere sum solitus nõ rogatus,vt oĩbus senatoribus lictores darem,ꝙ idem acceperã,& id cognouerã a summis viris factitatũ.Hoc igit̃ mi Cornifici, facies: cęterisq; rebus omnibus eius dignitati,reiq;,si me amas,consules:id erit mihi gratissimum.Da operam vt valeas.

M.T.C.S.D.P.CORNIFICIO.

NOs hic cum homine gladiatore omniũ nequissimo collega nostro Antonio bellũ gerimus,sed nõ pari cõditione,cõtra arma verbis.At etiã de te cõcionatur,nec impune,nã sentiet quos lacessierit.Ego autẽ acta ad te oĩa arbitror ꝑscribi ab aliis: a me futura debes cognoscere,quorũ qdẽ nõ est difficilis cõiectura.Oppressa oĩa sunt,nec habẽt ducẽ boni, nostriq; τυραννοκτόνοι longe gentiũ absunt.Pansa & sentit bene,& loquit̃ fortiter.Hircius noster, tardi⁹ cõualescit.Quid futurũ sit,plane nescio.Spes tamẽ est vna,aliqñ populũ Ro. maiorũ similẽ fore.Ego certe reip.nõ deero,& quicquid acciderit,a quo mea culpa absit,animo forti feram.Illud ꝓfecto quoad potero, tuã famã,& dignitatẽ tuebor. Ad.XIII.Cal.Ian.Senatus frequens mihi est assensus,cũ de cæteris rebus magnis,& necessariis,tũ de ꝓuinciis ab iis, q obtinerẽt,retinẽdis,neq; cuiq̃ tradẽdis,nisi q ex senatuscõsulto successisset.Hoc ego cũ reip. causa cẽsui,tũ mehercule in primis retinẽdę dignitatis tuæ.Quãobrẽ te amoris nostri causa rogo,reip.causa hortor,vt ne cui qcq̃ iuris in tua ꝓuincia esse patiare: atq; vt oĩa referas ad dignitatẽ,qua nihil potest esse ꝑstantius.Vere tecũ agã,vt necessitudo nostra postulat.In Sempronio,si meis literis obtẽperasses,maximã ab omnibus laudẽ adeptus esses.Sed illud & præteriit,& leuius est.Hæc magna res est.Fac vt ꝓuinciã retineas in potestate reip. Plura scripsissem,nisi tui festinarẽt.Itaq; Cherippo nostro me velim excuses. Vale.

Tyrannicidę.

Lõge gẽtiũ.

Maiorum similis.

M.T.C.P.CORNIFICIO.S.D.

OMnem conditionẽ imperii tui,statumq; prouincię mihi demonstrauit Tratorius.O multa intolerabilia locis omnibus.Sed quo tua maior dignitas, eo quę tibi acciderunt minus ferẽda.Neq; em̃ quę tu propter magnitudinem,& animi,& ingenii moderate fers,a te non vlciscenda sunt , etiam si non sint dolenda.Sed hęc posterius.Rerum vrbanarum acta tibi mitti certo scio:quod ni ita putarem,ipse perscriberem,in primisq; Cęsaris Octauiani conatum,de quo multitudini fictum ab Antonio crimen videtur,vt in pecuniam adolescentis impetum faceret.Prudentes autem & boni viri,& credũt factum,& probant.Quid q̃ris?magna spes est in eo:nihil est quod non existimetur laudis,& glorię causa facturus.Antonius autem noster familiaris,tanto se odio esse intelligit,vt cum interfectores suos domi comprehenderit,rem proferre non audeat.Ad.VII.Idus Octobris Brundusium venerat, ꝑfectus obuiã legionib⁹ Macedonicis.iiii.quas sibi conciliare pecunia cogitabat,easq; ad vrbẽ adducere,& in ceruicibus nostris collocare.Habes formam reip.si in castris potest esse resp.

Octauian⁹.

Interfectores suos.

In qua tuam vicem ſæpe doleo,ꝙ nullam partem pęr ętatem ſanę & ſaluę reip. guſtare potui ſti. Atꝙ antehac quidem ſperare ſaltem licebat,nũc etiã illud ereptum eſt.Quę em̃ ſpes eſt, cum in concione dicere auſus ſit Antonius,Canutium apud eos ſibi locum quęrere,quibus ſe ſaluo locus in ciuitate eſſe non poſſet?Equidẽ,& hæc,& omnia quæ homini accidere poſ ſunt,ſic fero,vt philoſophię habeam magnam gratiam,quę nõ modo me a ſollicitudine ab ducit,ſed etiam contra omneis fortunæ impetus armat:tibiꝙ idem cenſeo faciundum,nec a quo culpa abſit,quicq̃ in malis numerandũ.Sed hæc tu melius. Tratorium noſtrum cũ ſem per probaſſem,tum maxime in tuis rebus ſummam eius fidem, diligentiam,prudẽtiamꝙ co gnoui.Da operam vt valeas,hoc mihi gratius facere nihil potes. Philoſophię bona

M.T.C.S.D. CORNIFICIO.

EGo nullum locum prætermitto,nec enim debeo,non modo laudãdi tui,ſed ne ornandi quidem.Sed mea ſtudia erga te,& officia malo tibi ex tuoꝝ literis,q̃ ex meis eſſe nota.Te tñ hortor,vt omni cura in rempub.incũbas. Hoc eſt animi,hoc eſt ingenii tui,hoc eius ſpei,quã habere debes amplificãdæ di gnitatis tuę.Sed hac de re alias ad te plurib⁹.cũ enim hæc ſcribebam,in ex pectatione erant omnia: nõdum legati redierant,quos ſenatus nõ ad pacem deprecandam,ſed ad bellum denunciandum miſerat,niſi legatorum nũcio paruiſſet. Ego ta men,vt primũ occaſio data eſt,meo priſtino more rempu.defendi,me principem ſenatui po pulocꝙ Ro.profeſſus ſum,nec poſtea q̃ ſuſcepi cauſam libertatis,minimum tẽpus amiſi tuen dæ ſalutis,libertatiſcꝙ communis. Sed hæc quocꝙ te ex aliis malo. T.Pinariũ familiariſſi mum meum,tanto tibi ſtudio commendo,vt maiore non poſſim. Cui cum propter omneis virtutes,tum etiam propter ſtudia cõmunia ſum amiciſſimus.Is procurat rationes,negotia ꝙ Dionyſii noſtri,quẽ & tu multum amas,& ego omnium plurimum. Ea tibi ego nõ debeo commendare,ſed commendo tamen. Facies igitur, vt ex Pinarii gratiſſimi hominis literis tuum,& erga illum,& erga Dionyſium ſtudium perſpiciamus. Vale. Incumbo. Nec mini mum. Commẽda tio.

M.T.C.S.P.D.CORNIFICIO.

IBeralib⁹ literas accepi tuas,quas mihi Cornifici⁹ altero viceſimo die,vt di cebat,reddidit.Eo die nõ fuit ſenatus,neꝙ poſtero.Quinquatribus frequen ti ſenatu cauſam tuã egi nõ inuita Minerua. Etem̃ eo ipſo die ſenat⁹ decre uit,vt Minerua nr̃a,cuſtos Vrbis,quã turbo deiecerat,reſtitueret.Pãſa tu as literas recitauit. Magna ſenat⁹ approbatio cõſecuta eſt cũ ſummo gau dio,& offenſione Minotauri,ideſt clauis,& tauri:factũ de te ſenatuſcon.ho norificũ.Poſtulabat aũt,vt etiã illi notarent,ſed Pãſa clementior.Ego mi Cornifici quo die primũ in ſpem libertatis ingreſſus ſum,& cũctãtib⁹ cęteris ad.xiii.Cal.Ianu.fundamẽta reip. ieci,eo ipſo die prouidi multũ,atꝙ habui rationẽ dignitatis tuę.Mihi em̃ eſt aſſenſus ſena tus de obtinẽdis prouinciis.Nec vero poſtea deſtiti labefactare eũ,qui ſũma cũ tua iniuria, cõtumeliaꝙ reip.puincią abſens obtinebat.Itaꝙ crebras,vel potius quotidianas cõpellatiões meas nõ tulit,ſeꝙ in vrbẽ recepit inuitus,neꝙ ſolũ ſpe,ſed certa re iã,& poſſeſſiõe deturba tus eſt.Meo iuſtiſſimo,honeſtiſſimoꝙ conuitio te tuã dignitatẽ ſumma tua virtute tenuiſ ſe,puincięꝙ honorib⁹ ampliſſimis affectũ vehemẽter gaudeo.Q̃ te mihi de Sẽpronio pur gas,accipio excuſationẽ:fuit em̃ illud qddã grecũ tẽpus ſeruitutis. Ego tuoꝝ conſilioꝝ au ctor,dignitatiſꝙ fautor,iratus tẽporibus,in Greciã deſperata libertate rapiebar, cũ me Ete ſię,quaſi boni ciues,relinquẽtẽ remp.proſequi noluerũt,auſterꝙ aduerſus maximo flatu me ad tribuleis tuos Rhegyũ retulit,atꝙ inde vẽtis,remiſꝙ in patriã omni feſtinatione ꝑera ui,poſtridieꝙ in ſũma reliquoꝝ ſeruitute liber vnus fui.Sic ſum in Antoniũ inuectus,vt il le nõ ferret,omnẽꝙ ſuũ vinolẽtũ furorẽ in me vnũ effunderet,meꝙ cũ elicere vellet ad cæ dis cãm,tũ tẽtare inſidiis,quẽ ego ructãtẽ,& nauſeantẽ confeci in Cęſaris Octauiani plagas. Puer.n.egregius pſidiũ ſibi primũ,& nobis,deinde ſummę reip.cõparauit:q niſi fuiſſet,Anto nii reditus a Brũduſio,pęſtis patrię fuiſſet.Quę deiceps acta ſint,ſcire te arbitror.Sed redea mus ad illud vnde diuertim⁹. Accipio excuſationẽ tuã de Sẽpronio. neꝙ em̃ ſtatuti qd ĩ tã ta pturbatiõe habere potuiſti.Nũc hic dies aliã vitã affert, alios mores poſtulat,vt ait Terẽ tius.Quãobrẽ mi Quinte conſcẽde nobiſcũ,& qdẽ ad puppim.Vna nauis eſt iã bonoꝝ oĩm, quã quidẽ nos damus operam,vt rectam teneamus,vtinã proſpero curſu.Sed quicũꝙ venti erunt,ars noſtra certe nõ aberit.Quid.n.pſtare aliud virtus põt? Tu fac vt aĩo magno ſis,& Liberalia. Altero vi ceſimo. Minerua. Ieci fund. Eteſiæ ven ti. Tribules. Rhegyum. Octauiani laus. Terent. Nauis vna

†Lętulum. excelso,cogitesq; oẽm dignitatẽ tuã cũ rep.cõiunctã esse debere.P.†Luciũ mihi meũ cõmendas,quẽ quibuscũq; reb⁹ potero diligẽter tuebor.Hirciũ quidem,& Pãsam collegas nostros homines in consulatu reip.salutareis,alieno sane tempore amisimus,rep.Antoniano quidem latrocinio liberata,sed nondum omnino explicata:quã nos,si licebit,more nostro tuebimur,

Defatigati. q̃q̃ admodum sumus iam defatigati.Sed nulla lassitudo impędire officium, & fidem debet. Verum hęc hactenus.Ab aliis te de me,q̃ a me ipso malo cognoscere.De te audiebamus ea, quę maxime vellemus.De Cn.Minutio,quem tu quibusdam literis ad cælum laudibus extu listi,rumores duriores erãt.Id quale sit,oĩnoq; quid istic agatur,facias me velim certiorẽ.

Commẽd. Q.Turius,qui in Aphrica negotiatus est,vir bonus,& honest⁹,hęredes fecit similes sui Cn. Saturnium,Sex.Ausidium,Cn.Anneum,Q.Confidium,Gallũ Lucium,Seruiliũ Posthumiũ, C.Rubellinũ.ex eoꝝ oratione intellexi gratiarũ actione eos magis egere,q̃ commendatione. Tanta eĩ liberalitate se tua vsos prędicabant,vt iis plus a te tributum intelligerẽ, q̃ ego au derẽ te rogare,audebo tñ.Scio.n.quantũ ponderis mea cõmẽdatio sit habitura. Quare a te pęto,vt ad eã liberalitatem,qua sine meis literis vsus es,q̃maximus his literis cumulus acce dat.Caput aũt est meę commendationis,ne patiare Erotem Turium Q.Turii libertum, vt adhuc fecit,hæreditatem Turianam auertere,cæterisq; omnibus rebus habeas eos a me cõ mendatissimos.Magnam ex eorum splendore,& obseruantia capies voluptatem. Quod vt velis,te vehementer etiam,atq; etiam rogo. Vale.

M.T.C.S.P.D.CORNIFICIO.

Commẽd.  Extus Ausidius & obseruãtia,qua me colit,accedit ad pximos,& splẽdore equitis Romani nemini cedit.Est aũt ita temperatis,moderatisq; morib⁹,vt sũma seueritas,summa cũ humanitate iungat.Cuius tibi negotia q̃ sunt in Aphrica,ita cõmendo,vt maiore studio, magisve ex aĩo commendare non possim.Pergratũ mihi feceris,si dederis operã,vt is intelligat meas apud te lras maximũ põdus habuisse.Hoc te vehemẽter mi Cornifici rogo. Vale.

M.T.C.S.P.D.CORNIFICIO.

 Sentior tibi eos,quos scribis Lilybęo minari,istic pœnas dare debuisse: sed metuisti,vt ais,ne nimis liber in vlciscẽdo viderere.Metuisti igit̃, ne grauis ciuis,ne nimis fortis,ne minus te dignus viderere.Q; societatem reip.con seruandę tibi mecum a patre acceptam renouas,gratum est:q̃ societas inter nos semper mi Cornifici manebit.Gratum etiam illud, q̃ tuo nomine gra tias agendas non putas.nec enim id inter nos facere debemus. Senatus sæ pius pro dignitate tua appellaretur,si absentibus consulibus vnq̃,nisi ad rem nouam cogere tur.Itaq; nec de Sester.xx.nec de Sester.dcc.qcq̃ agi nunc per senatum potest.Tibi autem ex senatusconsulto imperandũ,mutuumq; sumendum censeo.In rep.quid agat̃,credo te ex eo rum literis cognoscere,qui ad te acta debent perscribere.Ego sum spe bona, consilio,cura,la bore nõ desum,omnibus inimicis reip.esse me acerrimum hostem prę me fero.Res neq; nũc difficili loco mihi videtur esse,& fuisse facillima,si culpa a quibusdã abfuisset. Vale.

M.T.C.S.P.D.CORNIFICIO.

Commẽd.  On mõ te,cui oĩa nostra notissima sunt,sed neminẽ in Po.Ro.arbitror esse, cui sit ignota ea familiaritas,q̃ mihi cũ L.Lamia est.Etẽ magno theatro spectata est tũ,cũ est ab A.Gabinio consule relegat⁹,q̃ libere,& fortiter sa lutẽ meã defendisset.Nec ex eo amor inter nos nat⁹ est,sed q̃ erat vetus, & magnus,propterea nullũ periculũ p me adire dubitauit.Ad hęc officia,vel merita pot⁹,iucũdissima cõsuetudo accedit,vt nullo prorsus plus hoie de lecter.Nõ puto te iã expectare,qbus eũ tibi verbis cõmẽdẽ.Causam.n.tãti amoris intelligis:q̃ verba desideret,iis me oĩbus vsum putato.Tãtũ velim existimes,si negotia Lamię, pcurato res,liberos,familiã,qbuscũq; reb⁹ opus erit,defenderis,gratius mihi futurũ, q̃ si ea tua libe

Pertineo. ralitas ptinuisset ad rẽ familiarẽ meã.Nec dubito,quin sine mea cõmẽdatiõe,qđ tuũ est iudi ciũ de hoĩb⁹,ipsi⁹ Lamię cã studiose oĩa fact̃ur⁹ sis.Q; q̃ erat nobis dictũ,te existimare alicui

Purgat. senatusconsulto,qđ cõtra dignitatẽ tuã fieret,scribẽdo Lamiã affuisse,q̃ oĩno cõsulib⁹ illis nũ q̃ fuit ad scribẽdũ.Deinde oĩa tũ falsa senatusconsulta deferebant̃.Nisi forte etiã illo Sępronia no senatusconsulto.me cẽses affuisse,q̃ ne Romę qdẽ fui,vt tũ de eo ad te scripsi re recẽti.Sed hæc hactenus.Te mi Cornifici etiã,atq; etiã rogo,vt oĩa Lamię negotia,mea putes eẽ,curesq; vt ĩ

tellígat hãc cõmẽdationẽ maximo ſibi vſui fuiſſe. Hoc míhi gratiꝰ facere níhíl potes. Cura vt valeas.

M.T.C.S.P.D.CORNIFICIO.

TAta ne prẽter litígatores nemo ad te meas líteras? multę iſtę quidem. Tu em̃ pærfeciſti, vt nemo ſine literis meis tibi ſe cõmẽdatũ putaret. Sed qs vnq̃ tuo rũ míhi dixit eſſe cui darẽ, quin dederim? aut quid míhi iucũdius, q̃ cũ corã tecũ loqui nõ poſſim, aut ſcribere ad te, aut tuas legere líteras? Illud magís míhi ſolet eſſe moleſtũ, tãtis me impẽdirí occupationibꝰ, vt ad te ſcribẽdi meo arbitratu facultas nulla det. Nõ. n. te epiſtolis, ſed volumínibus laceſſerem, quibus qdẽ me a te ꝓuocarí oportebat. Q̃uis enim occupatus ſis, otíí tñ plus habes. Aut ſi ne tu qdẽ vacas, noli impudẽs eſſe, nec mihí moleſtiã exhibere, & a me líteras crebríores, cũ tu míhí raras mittas, flagítare. Nã cũ antea diſtinebar maximis occupationibꝰ, ꝓpter ea ꝙ oĩbus curis rẽp. míhi tuẽdã putabã, tũ hoc tẽpore multo diſtíneor vehemẽtiꝰ. Vt enim grauiꝰ ęgrotãt íi, qui cũ leuatí morbo videnť, in eũ deintegro inciderũt, ſic vehemẽtíus nos laboramꝰ, quí ꝓfligato bello, ac pene ſublato, renouatũ bellũ gerere conamur. Sed hæc hactenus. Tu tibí mí Cornifící fac vt pſuadeas, nõ eſſe me tã imbecíllo aĩo, ne dícã inhumano, vt a te vínci poſſim, aut officíís, aut amore. Nõ dubitabã equidẽ: verũtamẽ multo míhí notiorẽ amorẽ tuũ effecit Cherippus. O hoíem ſemp illum qdẽ míhí aptũ, nũc vero etiam ſuauẽ. Vultus mehercule tuos míhi exꝑſſit omneis, nõ ſolũ aĩum, ac verba ꝓtulit. Itaq̃ noli vereri ne tibi ſucceſſuerim, ꝙ eodẽ exẽplo ad me, quo ad cęteros. Requiſiui eqdẽ ꝓprías ad me vnũ a te líteras, ſed neq̃ vehemẽter, & amãter. De ſũptu, quẽ te ĩ rẽ mílitarẽ facere, & feciſſe dícis, níhil ſane poſſum tibi opitularí, ꝓpterea ꝙ & orbus ſenatus cõſulibꝰ amiſſis, & incredíbiles anguſtię pecunię publicę, q̃ cõquirít vndiq̃, vt optíme meritís milítibꝰ ꝓmiſſa ſoluant. Q̃d q dẽfieri ſine tributo poſſe nõ arbitror. De Accío Dionyſio nihíl puto eſſe, qm̃ míhi níhil dixit Tratoríꝰ. De Publio Luceio nihíl tibí cõcedo, quo ſtudioſior eíus ſis, q̃ ego ſim. Eſt em̃ nobis neceſſarius. Sed a magiſtris cũ contenderẽ de proferendo díe, ꝓbauerũt míhi ſeſe, quo minus íd facerent, & compromiſſo, & iureiurando impẽdirí. Quare veniendum arbitror Luceío. q̃q̃ ſi meis líteris obtemperauerit, cũ tu hęc leges, illũ Romę eſſe oportebit. Cæteris de rebus, maximeq̃ de pecunía, cũ Panſæ mortem ignorares, ſcripſiſti q̃ per nos ab eo cõſequi te poſſe arbitrarere. q̃ te non fefellíſſent, ſi viueret: nam te dilígebat. poſt mortem aũt eíus quid fieri poſſet, non videbamus. De Venuleío, Latíno, Horatio, valde laudo. Illud non nimium probo, qđ ſcribís, quo illí animo ęquiore ferrẽt, te tuis etiã legatís lictores ademiſſe. Honore enim cũ ignomínia dignis nõ erant cõparãdí: eoſq̃ ex ſenatuſcõſulto, ſi nõ decedũt, cogẽdos vt decedant, exíſtímo. Hæc fere ad eas líteras, quas eodem exemplo bínas accepí. De reliquo, velím tíbí pærſuadeas, nõ eſſe mihi meam dignitatem tua chariorem. Vale.

Excuſat ſe ꝙ non ſcríꝑſerit.

Recidiuũ.

Cheríppi laus.

Luceius.

Exemplũ.

M.T.C.EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER TERTIVSDECIMVS.

M.T.C.S.P.D.MEMMIO.

SI nõ ſatis mihi cõſtíterat, cũ alíq̃ ne animi mei moleſtia, an poti⁹ líbẽter te Athenís víſurus eſſem: ꝙ íiuría, quã accepiſtí, dolore me afficeret: ſapiẽtia tua, qua fers ĩiuriã, lętitia: tñ vidiſſe te mallẽ. Nam qđ eſt moleſtię, nõ ſane multo leuiꝰ eſt, cũ te nõ video: qđ eſſe potuit voluptatís, certe, ſi vídiſſem te, plus fuiſſet. Itaq̃ nõ dubitabo dare operã, vt te vídeã, cũ íd ſatís cõmode facere potero. Interea qđ per líteras & agi tecũ, & vt arbitror, cõfící põt, agã. Nũc a te illud primũ rogabo, ne qd ĩuitꝰ mea cauſa facías, ſed id qđ mea intelliges, tua nullam in partẽ multum intereſſe, ita míhí des, ſi tibí, vt id libenter facías, ante pærſuaſeris. Cum Patrone Epícureo míhí omnia communia ſunt, niſi ꝙ in philoſophia vehementer ab eo diſſentío. Sed & initio Romæ, cum te quoq̃, & tuos omneis obſeruabat, me coluit in primís: & nuper, cum ea quæ voluit de ſuís commodís, & prẽmiis conſecutus eſt, me habuit ſuorum defenſorum & amicorꝫ fere principem: & iam a Phædro, quí nobis, cũ pueri eſſemus, anteq̃ Philonem cognouimus, valde, vt philoſophus, poſtea tamen vt vir bonus, & ſuauis, & officioſus ꝓbabat, traditꝰ, míhiq̃ cõmẽdatꝰ eſt. Is igit Patro, cũ ad me Romam lras miſiſſet, vti te ſibi placarẽ, peterẽq̃ vt

Commendatio Patronis.

nescio qd illud Epicuri parietinarũ sibi cõcederes,nihil scripsi ad te ob eã rẽ,ꝙ ędificationis tuę cõsiliũ mea cõmẽdatiõe nolebã impędire.Idẽ,vt veni Athenas,cũ idẽ ad te scriberem,rogasset,ob eã cãm ĩpetrauit,ꝙ te abiecisse illã ędificationẽ cõstabat inter oẽis amicos tuos. Qđ si ita est,& si iã plane tua nihil interest,velim,siqua offensiuncula facta est animi tui per uersitate aliquor̃(noui.n.gẽtẽ illã)des te ad lenitatẽ vel ꝓpter summã humanitatẽ,vel etiã honoris mei causa.Eqdẽ si,qd ipse sentiã,quæris,nec cur ille tãtopere cõtẽdat,video,nec cur tu repugnes.nisi tñ mlto mĩ⁹ tibi cõcedi põt,q̃ illi laborare sine causa.Q̃q̃ Patronis,& orationẽ,& causam tibi cognitã esse certo scio,honorẽ,officiũ,testamentorum ius,Epicuri auctoritatẽ,Phædri obtestationẽ,sedẽ,domicíliũ,vestigia summor̃ hoĩm sibi tuenda esse dicit. Totã hoĩs vitã,rationẽq̃,quã sequit in philosophia,derideamus licet, si hãc eius cõtẽtionẽ volumus reprehẽdere.Sed mehercule qñ illi,cęteriſq̃,quos illa delectãt, nõ valde inimici sumus,nescio an ignoscendum sit huic,si tãtopere laborat:in quo etiã si pccat, magis ineptiis q̃ improbitate pccat.Sed ne plura,(dicẽdũ eñ aliqñ est) Põponiũ Atticũ sic amo,vt alterũ fratrẽ:nihil est illo mihi,nec charius,nec iucundius.Is nõ quo sit ex istis,est enim omni liberali doctrina politissimus,sed valde dilígit Patronẽ,valde Phędrũ amauit, sic a me hoc cõtẽdit hõ minime ambitiosus,minime in rogitãdo molest⁹,vt nihil vnq̃ magis,nec dubitat,qn ego a te nutu hoc cõsequi possem,ita etiã si ędificaturus esses.Nũc vero si audierit te ædificationẽ deposuisse,neq; tñ me a te impetrasse,nõ te in me illiberalẽ,sed me in se negligentem putabit.Quãobrẽ peto a te,vt scribas ad tuos posse tua volũtate decretũ illud Areopagitarũ,quẽ ὑπομνηματισμὸν illi vocãt,tolli.Sed redeo ad prima.Prius velim tibi psuadeas,vt hoc mea cã libẽter facias,q̃ vt facias.sic tñ habeto,si feceris qđ rogo,fore mihi gratissimũ. Vale.

Pomp.Att. commendatio.

Nutu.

M.T.C.S.P.D.C.MEMMIO.

Comměd.

CAio Auiano Euandro,qui habitat in tuo sacrario,& ipso multum vtor, & patrono eius M. Aemilio familiarissime.Peto igit a te maiorem in modum, quod sine tua molestia fiat,vt ei de habitatione accommodes. Nam ꝓpter opera instituta multa multorum,subitum est ei remigrare Calend.Quintilibus.Impędior verecundia,ne te pluribus verbis rogem. Neq; tamẽ dubito, quin si tua nihil,aut non multum interfit,eo fis animo,quo ego essem,si qd tu me rogares.mihi certe gratissimum feceris. Vale.

M.T.C.S.P.D.C.MEMMIO.

Comměd.

AVlum Fusium vnum ex meis intimis,obseruantissimum,studiosissimumq; nostri,eruditum hominem,& summa humanitate,tuaq; amicitia dignissimum velim ita tractes,vt mihi coram recepisti.Tam mihi gratum id erit, q̃ qđ gratissimum.Ipsum praeterea summo officio, & summa obseruantia tibi in perpetuum vinxeris. Vale.

M.T.C.Q.VALERIO,Q.ORCAE.F.LEGATO PROPRAE.S.D.

Comměd. Volater.

CVm municipib⁹ Volaterranis mihi sũma necessitudo est.magno.n.meo bñficio affecti cumulatissime mihi gratiã retulerũt:nã nec ĩ honorib⁹ meis,laboribusq; vnq̃ defuerũt.Cũ qb⁹,si mihi nulla cã intercederet, tñ ꝙ te vehemẽtissime diligo,ꝙq; me a te plurimi fieri sentio,& monerẽ te,& hortarer, vt eor̃ fortunis cõsuleres,pstim cũ ppe pcipuã cãm haberẽt ad ius obtinendũ.Primũ ꝙ Syllani tpis acerbitatẽ,Deor̃ immortaliũ benignitate,subterfugerũt.Deinde,ꝙ sũmo studio po.Ro.a me in cõsulatu meo defensi sũt.cũ tribuni plebis legẽ iniquissimã de eor̃ agris ꝓmulgassent,facile S.P.Q.R.persuasi,vt eos ciueis,qbus fortuna pperciſſet,saluos esse vellẽt.Hãc actionẽ meã C.Cęsar primo suo cõsulatu in lege agraria cõprobauit,agrũq; Volaterranũ,& oppidũ oĩ piculo ĩ perpetuũ liberauit,vt mihi dubiũ nõ sit,qn is,q nouas necessitudines adiũgat,vetera sua bñficia cõseruari velit.Quãobrẽ est tuæ prudẽtię,aut seq ei⁹ auctoritatẽ,cui⁹ sectã,atq; imperiũ sũma cũ tua dignitate secut⁹ es,aut certe illi ĩtegrã oẽm cãm reseruare.Illud vero dubitare nõ debes,qn tã graue, tã firmũ,tam honestũ municipiũ tibi tuo sũmo bñficio in perpetuũ obligari velis.Sed hęc,q̃ scripta sũt supra,eo spectãt vt te horter,& suadeã.Reliqua sunt,q̃ ptinẽt ad rogãdũ,vt nõ solũ tua cã tibi cõsiliũ me dare putes,sed etiã qđ mihi opus sit,me a te petere, & rogare. Gratissimũ igit mihi feceris,si Volaterranos oĩb⁹ reb⁹ integros,incolumeisq; esse volueris.Eor̃ ego domicilia,sedes,rẽ,fortunas,q̃ a diis ĩmortalib⁹,& a pstãtissimis ĩ nostra rep.ciuib⁹ sũmo S.P.Q.R.

ſtudío cõſeruatę ſunt,tuę fidei,iuſtítię,bonitatiq; cõmẽdo.Sí p meís príſtínis opíb⁹ facultatẽmíhí res hoc tpe daret,vt íta defendere poſſem Volaterranos,quẽadmodũ conſueuí tueri meos,nullũ officiũ,nullũ deniq; certamẽ,in quo íllís pdeſſe poſſem,ptermitterẽ. Sed qñ apd te níhilo min⁹ hoc tpe valere me cõfido,q̃ valuerim ſemp apud omneís,p nr̃a ſumma neceſſítudíne,pariq; ínter nos,& mutua beneuolẽtia abs te peto,vt íta de Volaterranís mereare,vt exiſtímẽt eũ quaſi díuíno cõſilío iſtí negotío ppoſitũ eſſe,apud quẽ vnũ,nos eorũ ppetuí defenſores plurímum valere poſſemus. Vale.

M.T.C.Q.V.VALERIO Q.V.ORCAE.F.LE.PROPRAET.S.P.D.

NOn moleſte fero,eã neceſſítudínẽ q̃ mihí tecũ eſt, notã eſſe q̃plurimís: neq; tñ ob eã cãm, qd tu optíme exiſtímare potes,te ípedío, quo mín⁹ ſuſceptũ negotiũ p tua fíde & dílígẽtía ex volũtate Cæſaris q tibí rẽ magnã díffícílẽq; cõmiſit,gerere poſſis.Nã cũ multí a me petãt multa, q̃ de tua erga me volũtate nõ dubítẽt,nõ cõmítto,vt ambítíõe mea cõturbẽ officiũ tuũ.Caío Curtío ab íneũte ętate familiariſſíme ſũ vſus. Eíus,& Syllaní tpís iníuſtiſſíma calamítate doluí:& cũ íís,q ſímilẽ íníuríã acceperãt amiſſís oíb⁹ fortunís,redít⁹ tñ ín patríã volũtate oĩm cõcedí vídereture,adíutor íncolumítatís fuí. Is habet ín Volaterrano poſſeſſíonẽ,cum ín eã tãq̃ e nauſragío relíqas cõtuliſſet.Hoc aũt tpe eũ Cęſar ín ſenatum legit, quẽ ordínẽ ille íſta poſſeſſíõe amiſſa tueri vix põt.Grauiſſímũ aũt eſt,cũ ſupíor fact⁹ ſit ordíne,inferiorẽ eſſe fortuna,mínímeq; cõuenít ex eo agro,q̃ Cęſarís íuſſu díuídat̃,eũ moueri q̃ Cęſarís bñfício ſenator ſit.Sed míhí mín⁹ líbet multa de ęqtate reí ſcríbere,ne cã poti⁹ apd te valuiſſe vídear,q̃ gr̃a.Quãobrẽ te maiorẽ ín modũ rogo,vt Caíí Curtíí rẽ,meã putes eſſe: quícqd mea cã faceres,vt íd C.Curtíí cã cum fecerís,meum exiſtímes.Quod ílle pr̃ me habuerít,íd me habere abs te putato.Hoc te vehementer etiã,atq; etiã rogo. Vale.

Commẽd.

Nota.

M.T.C.Q.V.VALERIO Q.V.ORCAE.F.S.P.D.

SI vales bñ eſt,ego qdẽ valeo . Credo te memoría tenere,me & corã Cuſpío tecũ locutũ cẽ,cũ te pſeq̃rer paludatũ,& ídẽ poſtea plurib⁹verbís tecũ egiſſe,vt quoſcũq; tíbí ei⁹ neceſſarios cõmẽdarẽ,haberes eos ín numero meor̃ neceſſarior̃.Id tu p tua ſũma erga me bñuolẽtía,pr̃petuaq; obſeruãtía míhí líberaliſſíme,atq; humaniſſíme recepiſtí.Cuſpíus hõ ín oñeís ſuos officioſiſſímus mirífice quoſdã hoíes ex íſta puincía tueť & dílígít,ppterea q̃ fuit ín Aphrica bís,cũ maxímís ſocietatís negotíís pr̃eſſet.Itaq; hoc ei⁹ officiũ qd adhíbeť erga íllos,ego mea facultate,& gratía ſoleo,quãtũ poſſũ,adíuuare.Quare Cuſpíanor̃ oĩum cõmẽdatíõís cãm hac tíbí epl̃a exponẽdã putaui: relíqs epl̃ís tãtũ facíã,vt notã apponã eã,q̃ míhí recũ cõuenít,& ſímul ſígnífícẽ de numero eſſe Cuſpíí amícor̃.Sed hãc cõmẽdatíonem quã hís líterís conſignare volui,ſcíto eſſe oĩm gratiſſímã.Nã P.Cuſpí⁹ ſíngulari ſtudío cõtẽdít a me,vt tíbí q̃dílígentiſſíme L.Iuliũ cõmẽdarẽ.Eíus ego ſtudío vix vídeor míhí ſatiſfacere poſſe,ſí vtar verbís íís,q̃bus cũ dílígẽtiſſíme qd agímus,vtí ſolem⁹.Noua q̃dã poſtulat, & putat me ei⁹ gñís artificiũ qddã tenere:eí ego pollícit⁹ ſum,me ex íntíma noſtra arte deprõpturũ mírífícũ gen⁹ cõmẽdatíõís.Id qñ aſſeq non poſſum,tu re velím effícías,vt ílle gñe mearũ líterarũ íncredíbílí,qddã pfectũ arbítreť.Id facíes,ſí oẽ genus líberalítatís,qd & ab humanítate,& poteſtate tua ,pficíſcí poterít,nõ mõ re,ſed etiã verbís,vultu deniq; expſſerís:q̃ quãtũ ín ,puincía valeãt,vellẽ expert⁹ eſſes.Sed tñ ſuſpícor ípm hoíem,quẽ tíbí cõmẽdo,pr̃dignũ eẽ tua amícítía,nõ ſolũ,qa míhí Cuſpí⁹ dícít,credo,tametſí íd ſatís eẽ debebat,ſed qa noui ei⁹ íudícíũ ĩ hoíb⁹,& amícís delígẽdís.Harũ líterarũ vís quãta fuerít,ppdíẽ íudícabo, tibíq; vt cõfído,gratías agã.Ego q̃ te velle,quæq; ad te ptínere arbítrabor,oĩa ſtudioſe,dílígẽterq; curabo.Cura vt valeas.

Commẽd.

Cuſpius.

Nota Cic.

M.T.C.Q.VALERIO.Q.F.S.D.

QVbli⁹ Corneli⁹,q tíbí has lr̃as reddídít,eſt mihí a P.Cuſpío cõmẽdat⁹,cui⁹ cãm quã ꝓcœre cupęrẽ,deberẽq;,pfecto ex me facile cognouiſtí.Vehemẽter te rogo,vt cures, vt ex hac commendatíone míhí Cuſpíus q̃maximas, q̃prímum, q̃ſæpiſſíme gratías agat. Vale.

Cauſam cupęrẽ,deberẽq;.

M.T.C.CLVVIO.S.P.D.

QVm ĩ Gallíã pfícíſcẽs p nr̃a neceſſítudíe,tuaq; ſũma ĩ me obſeruãtía ad me domũ veníſſes,locut⁹ ſũ tecũ de agro vectígalí municípíí Athelaní,q eẽt ĩ Gallía:quãtoq; opere ei⁹ municípíí cã laborarẽ,tíbí oñdí.Poſt tuã aũt pfectionẽ,cũ & maxía res municípíí honeſtiſſímí,míhí cõiũctiſſímí,& ſũmũ meũ officiũ ageret,p tuo aío ĩ me ſíngl̃arí exiſtímaui

Commẽd.

me oportere ad te accuratiꝰ scribere. Etsi nō sum nesciꝰ,& q̄ tēporꝫ rō,& q̄ tua potestas sit, tibiq; negotiū datū esse a C.Cęsare,nō iudiciū pclare itellīgo. Quare a te tātū pęto,quātū & te facere posse,& libēter mei cā facturū eē arbitror.Et primū velim existimes,q; res est municipii,fortunas omneis in isto vectīgali cōsistere.His aūt tpibus hoc municipiū maxime onerib⁹ pressum,sūmis affectū esse difficultatib⁹.Hoc etsi cōe videt esse cū multis,tñ mihi crede singulareis huic municipio calamitates accidisse:quas idcirco nō cōmemoro,ne de miseriis meorꝫ necessariorꝫ cōquerēs,hoīes,quos nolo,videar offēdere. Itaq; nisi magnā spem habere C.Cęsari nos cām municipii cōprobaturos,nō erat cā,cur a te hoc tpe aliqđ cōtēderē: sed quia cōfido,mihiq; pærsuasi,illū & dignitatis municipii,& eqtatis,& etiā volūtatis erga se habiturū esse rōnē,ideo a te nō dubitaui cōtēdere,vt hāc cām illi integrā cōseruares.Qđ etsi nihilominus a te pęterē,si nihil audiuissem te tale fecisse,tñ maiorē spem impętrandi nactus sum,posteaq̄ mihi dictū est,hoc idē a te Rhegyenses impętrauisse:q etsi te aliqua necessitudine attingūt,tñ tuus amor ī me sperare me cogit,te qđ tuis necessariis tribuerīs, idem esse tributurū meis,pśertim cū ego p his vnis pętā,habeā aūt,q simili cā laborēt,complureis necessarios.Hoc me nō sine causa facere,neq; aliqua leui ambitione cōmotū a te cōtēdere,et si te existimare arbitror,tñ mihi affirmanti credas velim, me huic municipio debere plurimū,nullū vnq̄ fuisse tēpus,neq; honorꝫ,neq; laborꝫ meorꝫ,in quo nō huius municipii studiū in me extiterit singulare.Quapropter a te etiā,atq; etiā p nostra sūma cōiūctiōe,proq; tua ī me ppętua,& maxima beneuolētia maiorē in modū pęto,atq; cōtēdo,vt cū fortunas agi eius municipii intelligas,qđ sit mihi necessitudine,officiis,beneuolētia cōiūctissimū,id mihi des. Qđ erit huiuscemodi,vt si a Cęsare,qđ spęramus,impętrauerim⁹,tuo bñficio nos id cōsecutos esse iudicemus. Sin minus,pro eo tñ id habeamus,qñ a te data sit opęra,vt impętrare-
Suplatiua. mus.Hoc cū mihi gratissimū feceris,tū viros optimos,hoīes honestissimos,eosdēq; gratissimos,& tua necessitudine dignissimos,sūmo beneficio in pærpętuū tibi,tuisq; deuīxeris.Vale.

M.T.C.M.RVTILIO.S.P.D.

Comměd. VVm & mihi cōscius essem quāti te facerē,& tuā erga me bñuolētiā exper-
tus essem,nō dubitaui a te pętere,qđ mihi pętēdū eēt.P.Sextiū quāti faciā, ipse optime scio.Quāti aūt facere debeā,& tu,& oēs hoīes sciūt.Is cum ex aliis te mei studiosissimū eē cognosceret,pętiuit a me,vt ad te q̄ accuratissime scribērē de re C.Albinii senatoris,cuiꝰ ex familia natꝰ est L.Sextiꝰ optimus adolescēs,filius P.Sextii.Hoc idcirco scripsi,vt intelligeres nō solū me p P.Sextio laborare debere,sed Sextiū etiā pro Albinio.Res aūt hęc est:a M.Laberio C.Albinius pdia in ęstimatiōe accepit,q̄ pdia Laberiꝰ emerat a Cęsare de bonis Plotianis: ea si dicā nō esse e rep.diuidi,docere te videar,nō rogare.Sed tñ cū Cęsar Syllanas vēditiōes,& assignationes ratas esse velit,quo firmiores existimēt fuę,si ea pdia diuident,q̄ ipse Cęsar vēdidit,q̄ tādē inꝰ vēditionibꝰ auctoritas esse poterit:Sed hoc quale fit,tu p tua prudētia cōsiderabis.Ego te plane rogo,atq; ita,vt maiore studio,iustiore de cā magis ex aīo rogare nihil possim,vt Albinio parcas,pdia Laberiana ne attingas.Magna me affeceris,nō mō lętitia, sed etiā quodāmodo gloria,si P.Sextiꝰ homini maxime necessario satisfecerit,cū ego illi plu-
Vehemēter etiā atq; etiam. rimum debeam.Quod vt facias,te vehementer etiam,atq; etiam rogo.Maius mihi dare beneficium nullum potes.Id mihi intelliges esse gratissimum. Vale.

M.T.C.CRASSIPEDI.S.P.D.

Comměd. QVanq̄ tibi pśens cōmēdaui vt potui dīligētissime socios Bithynię,teq; cū mea cōmēdatiōe,tū etiā tua spōte intellexi cupere ei societati qbuscūq; reb⁹ posses cōmēdare,tñ cū ii,quorꝫ res agit,magni sua interesse arbitrarent,me etiā p literas declarare tibi qua essem erga ipsos voluntate,non dubitaui hęc ad te scribere.Volo.n.te existimare,me, cū vniuerso ordi-
Publicani. ni publicanorꝫ semp libētissime tribuerim,idq; magnis eius ordinis erga me meritis facere debuerim,tū in primis amicū esse huic Bithynicę societati,q̄ societas ordine,ipso hoīm gñe pars est maxima ciuitatis.Cōstat.n.ex cęteris societatib⁹,& casu pmulti sūt in ea societate valde mihi familiares.In primisq; is,cuiꝰ pcipuū officiū agit hoc tpe,P.Rupiliꝰ P.F.Men.q est magister in ea societate.Quę cū ita sint,maiorē in
Est in opis .i.factor. modū a te pęto,Cn.Pupiū,q est ī opis eiꝰ societatis,oīb⁹ tuis officiis,atq; oī liberalitate tuea re,curesq; vt eiꝰ opę,qđ tibi facile factu ē,q̄gratissimę sint sociis,rēq;,& vtilitatē socioꝫ,cuiꝰ

rei quãtã poteſtatẽ Quęſtor habeat,nõ ſum ignarus,p te q̃maxime deſenſam,& auctã velis. Id cũ mihi gratiſſimũ feceris,tũ illud tibi expt⁹ ꝓmitto,& ſpõdeo,te ſocios Bithyniæ,ſi his cõmodaris,memores eẽ,& gratos cogniturũ. Vale. M.T.C.BRVTO.S.P.D. Cũ & tum.

CVm ad te tuus quęſtor ꝓficiſcereť M.Varro,cõmẽdatiõe egere eũ nõ putabã.Satis.n.cõmẽdatũ tibi eũ arbitrabar ab ipſo more maiorũ,q, vt te nõ fugit, hãc q̃ſturæ cõiũctionẽ liberorũ neceſſitudini ꝓximã voluit eſſe. Sed cũ ſibi ita ꝑſuaſiſſet ipſe,meas de ſe accurate ſcriptas lr̃as maximũ apud te põdus habituras,a meq̃ cõtẽderet,vt q̃diligẽtiſſime ſcribẽrẽ,maluí facere, qđ meus familiaris tanti ſua intereſſe arbitrareť. Vt igiť debere facere me hoc intelligas,cũ primũ M.Terẽti⁹ in foꝝ venit,ad amicitiã ſe meã cõtulit. Deíde vt ſe corroborauit,duę cauſę acceſſerũt,q̃ meã in illũ bñuolentiã augerẽt. Vna q̃ verſabať in hoc ſtudio noſtro,quo etiã nũc maxime delectamur,& cũ ingenio,vt noſti,nec ſine induſtria. Deinde q̃ mature ſe cõtulit in ſocietates publicanoꝝ,qđ qdẽ nollẽ,maximis.n.damnis affect⁹ eſt, ſed tñ cõís ordinis mihi cõmẽdatiſſimi fecit amicitiã noſtrã firmiorẽ. Deíde verſat⁹ in vtriſq̃ ſubſelliis optima & fide & fama,iã ante hãc cõmutationẽ reip. ꝑtitioni ſeſe dedit, honorẽq̃ honeſtiſſimũ exiſtimauit fructũ laboris ſui.His aũt tꝛib⁹ a me Brũduſio cũ liter̃is,& mãdatis ꝓfectus ẽ ad Cęſarẽ:q̃ in re & amorẽ eius in ſuſcipiẽdo negotio pſpexi,& fidẽ in cõficiẽdo ac renũciãdo. Videor mihi,cũ ſeparatim de ꝓbitate eius,& morib⁹ dicturus fuiſſẽ,ſi pri⁹ cãm,cur eũ tantopere diligerẽ,tibi expoſuiſſem,in ipſa cã exponẽda ſatis etiã de ꝓbitate dixiſſe.Sed tñ ſeparatim ꝓmitto,in meq̃ recipio,fore eũ tibi,& voluptati,& vſui. Nã & modeſtũ hoíem cognoſces,& prudẽtẽ,& a cupiditate oĩ remotiſſimũ.præterea magni laboris,ſũmæq̃ induſtrię.Neq̃ ego hęc polliceri debeo,q̃ tibi ipſi,cũ bene cognoueris,iudicanda ſunt, ſed tñ IN OMNIBVS nouis cõiũctionib⁹ intereſt,q̃lis prim⁹ adit⁹ ſit, & q̃ cõmẽdatiõe q̃ſi amicitię fores aperiant.Qđ ego his liter̃is efficere volui, etſi id ipſa p ſe neceſſitudo quęſtu rę efficere debet.ſed tñ nihilo infirmi⁹ illud hoc addito.Cura igitur,ſi me tãti facis,quãti & Varro exiſtimat,& ipſe ſentio,vt q̃primũ intelligã,hãc meã cõmẽdationẽ tãtũ illi vtilitatis attuliſſe,quãtũ,& ipſe ſperarit,nec ego dubitarim. Vale. M.T.C.BRVTO.S.P.D. Cõmẽd. Non fugit. Quęſtorũ charitas. M.Terẽti⁹ Varro.

QVia ſemp aĩaduerti ſtudioſe te operã dare,vt ne qd meoꝝ tibi eſſet ignotũ, ꝓpterea nõ dubito qn ſcias,non ſolũ cuius municipii ſim,ſed etiã q̃ diligenter ſoleã meos municipes Arpinateis tueri.Quoꝝ qdẽ oĩa cõmoda, oĕſq̃ facultates,qb⁹ & ſacra cõficere,& ſarta tecta ædiũ ſacrarũ, locorũq̃ cõmuniũ tueri poſſint,cõſiſtũt ĩ his vectigalib⁹,q̃ habẽt in ꝓuincia Gallia,ad ea viſenda,pecunias q̃ a colonis debent exigendas,totãq̃ rẽ,& cognoſcendã, & ad miniſtrãdã,legatos egtes Romanos miſimus Q.Suffidium Q.F.M.Fauciũ M.F.Q.Mamercum Q.F.Peto a te maiorẽ in modũ ꝓ noſtra neceſſitudine, vt ea res tibi curæ ſit,operamq̃ des,vt per te q̃cõmodiſſime negotiũ municipii adminiſtreť,q̃primũq̃ cõficiať:ipſosq̃,quoꝝ noía ſcripſi,vt q̃ honorifitẽtiſſime ꝓ tua natura,& q̃liberaliſſime tractes. Bonos viros ad tuã neceſſitudinẽ adiũxeris,municipiũq̃ gratiſſimũ beneficio tuo deuinxeris,mihi vero etiã gratius feceris,q̃ cũ ſemp tueri municipes meos conſueui,tũ hic annus p̃cipue ad meã curam, officiumq̃ pertinet.Nã cõſtituẽdi municipii cã hoc anno ędilem filiũ meũ fieri volui,& fratris filiũ,& M.Cæſiũ hoíem mihi maxime neceſſariũ.is.n.magiſtratus in nr̃o municipio,nec ali⁹ vllus creari ſolet. Quos cohoneſtaris,in primiſq̃ me,ſi reſp.municipii,tuo ſtudio,diligẽtia bene adminiſtrata erit.Quod vt facias te vehementer etiam atq̃ etiam rogo. Vale. M.T.C.BRVTO.S.P.D. Commen. Arpinas Cicero.

ALia epiſtola cõmuniter cõmẽdaui tibi legatos Arpinatũ,vt potui, diligẽtiſſime: hac ſeparatim Q.Suffidiũ,quocũ mihi oẽs neceſſitudines ſunt,diligẽtius cõmẽdo,nõ vt aliqd de illa cõmẽdatione deminuã,ſed vt ad hãc addã. Nã & priuignus eſt M.Cęſii mei maxime,& familiaris,& neceſſarii,& fuit in Cilicia mecũ tribunus militũ:quo in munere ita ſe tractauit,vt accepiſſe ab eo beneficiũ viderer,nõ dediſſe.Eſt preterea,qđ apud te valet plurimũ, a noſtris ſtudiis nõ abhorrẽs.Quare velim eũ q̃liberaliſſime complectare,operãq̃ des,vt in ea legatione,quã ſuſcepit contra ſuum commodum ſecutus auctoritatem meã,q̃maxime eius excellat induſtria. Vult emñ,id qđ optimo cuiq̃ natura tributũ eſt,q̃maximam laudẽ tum a nobis,qui eũ impulimus,tum a municipio conſequi: quod ei continget,ſi hac mea cõmẽdatio Accepiſſe bñficiũ, nõ dediſſe.

ne tuum erga se studium erit consecutus. Vale. M.T.C.BRVTO.S.P.D.

Commēd. Lōge princeps.

Quid agatur autẽ,scribã sępius.Spærare tñ videor Cæsari collegę nostro fore curę,& esse,vt habeamus aliquã rẽp.cuius cõsiliis magni referebat te ĩteresse.Sed si tibi vtilius est,idest glorioſius Asię pesse,& istã partẽ reip.male affectã tueri,mihi quoq; idẽ,qđ tibi,& laudi tuæ p futurũ est,optatius debet esse.Ego q̃ ad tuã dignitatẽ ptinere arbitrabor,sũmo studio,diligẽtiaq; curabo.In primisq; tuebor omni obseruãtia clarissimũ virũ patrẽ tuũ,qđ & pro vetusta te necessitudinis,& pro beneficiis vestris,& pro dignitate ipsius facere debeo. Vale.

M.T.C.P.SERVILIO COLLEGAE.S.D.

Cõmend. Ille quidẽ.

CAius Curtius Mithres est ille qdẽ,vt scis,libertus Posthumii familiarissimi mei,sed me colit,& obseruat ęque,atq; illũ ipsum patronũ suũ.Apud eũ sic Ephesi fui,quotiescũq; fui,tãq̃ domi meę.Multaq; acciderũt,in qbus & beneuolẽtiã eius erga me exp̃rirer,& fidẽ.Itaq; si quid aut mihi, aut meorũ cuipiã in Asia opus est,ad hũc scribere cõsueui,huius tũ opera,& fide,tum domo,& re vti tãq̃ mea.Hęc ad te eo pluribus scripsi,vt intelligeres,me nõ vulgariter,nec ambitiose,sed vt p homine intimo,ac mihi pernecessario scribere.Peto igit a te,vt in ea cõtrouersia,quã habet de fundo cũ quodã Colophonio,& in cęteris rebus quãtũ tua fides patiet,quãtũq; tuo cõmodo poteris,tãtũ et honoris mei causa cõmodes.Etsi,vt ei⁹ modestiã cognoui,grauis tibi nulla,in re erit:si & mea cõmẽdatione,& sua pbitate assecutus erit,vti de se bene existimes,oĩa se adeptũ arbitrabitur. Vt igit eũ recipias ĩ fidẽ,habeasq; in numero tuorũ,te vehementer etiã atq; etiã rogo.Ego,quæ te velle, quęq; ad te pertinere arbitrabor,omnia studiose,diligenterq; curabo. Vale.

M.T.C.P.SERVILIO SVLPITIO COLLEGAE.S.D.

Cõmend.

COmmodaris ei.

VIa non est obscura tua in me beneuolẽtia,sic fit,vt multi p me tibi velint cõmẽdari.Ego aũt tribuo nõnũq; in vulgus, sed plerũq; necessariis,vt hoc tẽpore.Nã cũ Tito Appio Balbo mihi sũma familiaritas,necessitudoq; est. Eius libertũ Titũ Appiũ Menandrũ hominẽ frugi,& modestũ,& patrono, & nobis vehementer probatũ tibi cõmendo maiorẽ in modũ.Vehementer mihi gratũ feceris,si quibuscũq; rebus sine tua molestia poteris,ei cõmodaris.Quod vt facias,te vehementer etiam,atq; etiam rogo. Vale.

M.T.C.P.SERVILIO COLLEGAE.S.D.

Cõmend.

VItos tibi cõmẽdẽ necesse est,qñ oĩb⁹ nota nostra necessitudo est,tuaq; ĩ me beneuolẽtia.Sed tãetsi oĩm causa,quos cõmẽdo,velle debeo, tñ cũ oĩbus nõ mihi eadẽ causa est.Titus Augusius & comes meus fuit illo miserrimo tẽpore,& oĩm itinerũ,nauigationũ,laborũ, pericolorũ meorũ socius. Neq; hoc tẽpore discessisset a me,nisi ego ei pmisissem.Quare sic tibi eũ cõmendo, vt vnũ de meis domesticis,& maxime necessariis.Pergratũ mihi feceris,si eum ita tractaris,vt intelligat hanc cõmendationẽ sibi magno vsui,atq; adiumento fuisse. Vale.

M.T.C.P.SERVILIO COLLEGAE.S.D.

Cõmend. Nomina.

CEreliæ necessariæ meę rẽ,nomina, possessiones Asiaticas cõmẽdaui tibi præsens in hortis tuis,q̃ potui diligẽtissime. Tuq; mihi pro tua consuetudine, proq; tuis in me pętuis, maximisq; officiis oĩa te facturũ liberalissime recepisti.Meminisse te id spero.Scio enim solere.Sed tamẽ Cereliæ procuratores scripserũt te propter magnitudinẽ prouinciæ,multitudinẽq; negotiorũ etiã atq; etiã esse cõmonefaciendũ.Peto igitur,vt memineris te omnia, quæ tua fides paterętur,mihi cumulate recepisse.Equidẽ existimo te habere magnã facultatẽ, sed hęc est tui consilii,& iudicii,ex eo senatusconsulto,qđ in hæredes C.Venonii factũ est,Cerelię cõmodandi.id senatusconsultũ tu interptabere pro tua sapiẽtia.Scio em̃ eius ordinis auctoritatem semp apud te magni fuisse.Qđ reliquũ est,sic velim existimes,quibuscũq; rebus Cereliæ benigne feceris, mihi te gratissimũ esse facturum. Vale.

M.T.C.QV.PHILIPPO PROCON.S.D.

Gratulatoria.

GRatulor tibi,q; ex prouincia saluũ te ad tuos recepisti incolumi fama,& repu. Q; si Romę te vidissem,corã gras egissem,q; tibi L.Egnatius familiarissim⁹ meus absens,L.Oppius psens curę fuisset.Cũ Antipatro Derbete mihi nõ solũ hospitiũ,verũ etiã sũma familiaritas ĩtercedit.Ei te vehemẽter succẽsuisse audiui,& moleste tuli.De re nihil possum iudicare,nisi illud mihi certe pr

ſuadeo,te talẽ virũ nihil temere feciſſe. A te aũt p vetere noſtra neceſſitudine etiã,atq; etiã pcto,vt eius filios,q̃ ĩ tua poteſtate ſunt,mihi potiſſimũ cõdones,niſi qd exiſtimas ĩ ea re vio lari exiſtimationẽ tuã.Qd ego ſi arbitrarer,nũq̃ te rogarẽ:mihiq; tua fama multo antiquior eſſet,q̃ illa neceſſitudo eſt.Sed mihi ita pſuadeo,poteſt fieri vt fallar, eã rẽ laudi tibi potius, q̃ vitupærationi fore.Quid fieri poſſit,& qd mea cauſa facere poſſis (nam quin velis,nõ du bito) velim,ſi tibi graue non erit,certiorem me facias. Vale. Depcatio.

M.T.C.QV.PHILIPPO PROCONS.S.D.

SI nõ dubito p tua in me obſeruãtia, proq; nſa neceſſitudine,qn cõmẽda tionẽ meã memoria teneas,tñ etiã,atq; etiã eũdẽ tibi L.Oppiũ familiarẽ meũ pſentẽ,& L.Egnatii familiariſſimi mei abſentis negotia cõmẽdo. Tãta mihi cũ eo neceſſitudo eſt,familiaritaſq;,vt ſi mea res eẽt,nõ magis laborarẽ.Qua propter gratiſſimũ mihi feceris,ſi curaris,vt is ĩtelligat me a te tãtũ amari, quãtum ipſe exiſtimo.Hoc mihi gratius facere nihil potes.Idq; vt facias,te vehementer rogo. Vale. Cõmend.

M.T.C.T.TITIO TITI F.LEG.S.D.

TSi nõ dubito,qn apd te mea cõmẽdatio prima ſatis valeat,tñ obſequor homini familiariſſimo C.Auiano Flacco,cuius cauſa oĩa tũ cupio,tũ me hercule etiã debeo.De quo & pſens tecũ egi diligẽter, cũ tu mihi huma niſſime reſpõdiſti,& ſcripſi ad te accurate antea: ſed putat intereſſe ſua, me ad te q̃ſẽpiſſime ſcribere.Quare velim mihi ignoſcas,ſi illi⁹ volũtati obtẽpẽrãs,min⁹ videbor meminiſſe cõſtãtię tuę.A te illud idẽ pcto,vt de loco,quo deportet frumẽtũ,& de tpe,Auiano cõmodes.Quoq; vtrũq; p eũdẽ me obtinuit triẽniũ,dũ Põpei⁹ iſti negotio pfuit.Sũma eſt,ĩ quo mihi gratiſſimũ facere poſſis,ſi curaris,vt Auianus,qñ ſe a me amari putat,me a te amari ſciat.Erit id mihi pgratũ. Vale. Cõmend.

M.T.C.QVATTVORVIRIS,ET DECVRIONIBVS.S.D.

ANtę mihi cũ Q.Hippio cauſę neceſſitudinis ſunt,vt nihil poſſit eẽ cõiũcti⁹ q̃ nos ĩter nos ſum⁹.Qd niſi ita eẽt,vterer mea cõſuetudine,vt vobis nulla ĩ re moleſtus eẽm. Etenĩ vos mihi optimi teſtes eſtis,q̃ mihi pſuaſũ eẽt,nihil eẽ qd a vobis ĩpetrare nõ poſſem,nũq̃ me tñ grauẽ vobis eẽ voluiſſe.Vehemẽ ter igit̃ vos etiã,atq; etiã rogo,vt honoris mei cauſa liberaliſſime C.Valgiũ Hippianũ tractetis,rẽq; cũ eo cõficiatis,vt quã poſſeſſionẽ habet ĩ agro Fre gellano,a vobis emptã,eã liberã,& ĩmunẽ habere poſſit.Id ſi a vobis ĩpetraro,ſũmo me bñfi cio veſtro affectũ arbitrabor. Valete. Cõmend.

M.T.C.P.SVLPITIO IMP.S.D.

VM his tẽporib⁹ nõ ſane ĩ ſenatũ ventitarẽ,tñ vt tuas literas legi,nõ exiſti maui me ſaluo iure noſtrę veteris amicitię,multorũq; iter nos officioq; face re poſſe,vt honori tuo deeſſem.Itaq; affui,ſupplicationẽq; tibi libẽter decre ui: nec reliquo tpe vllo,aut rei,aut exiſtimatiõi,aut dignitati tuę deero.At q; hoc vt tui neceſſarii ſciãt, hoc me animo erga te eſſe, velim facias eos p literas certiores,vt ſi qd tibi op⁹ ſit,ne dubitẽt mihi iure ſuo denũciare.M. Bollanũ virũ bonũ,& fortẽ,& oĩbus rebus ornatũ,meũq; veterẽ amicũ tibi magnope cõmen do.Pergratũ mihi feceris,ſi curaris,vt is ĩtelligat hãc cõmẽdationẽ ſibi magno adiumẽto fu iſſe.Ipſumq; virũ optimũ,gratiſſimũq; cognoſces.Promitto tibi,te ex ei⁹ amicitia magnã vo luptatẽ eſſe capturũ.Prẽterea a te peto maiorẽ in modũ p noſtra amicitia,& p tuo ppetuo in me ſtudio,vt in hac re etiã elabores.Dionyſius ſeruus meus,q meã bibliothecã multoq; nũ moq; tractauit,cũ multos libros ſurripuiſſet,nec ſe impune laturũ putaret,aufugit.Is eſt in p uincia tua.Eũ & M.Bollanus familiaris,& multi alii Naronæ viderũt.Sed cũ ſe a me manu miſſum eſſe diceret,crediderũt.Hũc tu ſi mihi reſtituendũ curaris,nõ poſſum dicere q̃ mihi gratũ futurũ ſit.Res ipa parua,ſed animi mei dolor magn⁹ eſt.Vbi ſit,& qd fieri poſſit,Bolla nus te docebit.Ego ſi hoiem p te recuparo,ſũmo me a te beneficio affectũ arbitrabor. Vale. Cõmend. Oblatoria. Cõmend.

M.T.C.ALLIENO PROC.S.D.

EMocritus Sicyonius,nõ ſolũ hoſpes meus eſt, ſed etiã,qd̃ nõ multis cõtin git,Græcis pſertim,valde familiaris.Eſt.n.in eo ſumma pbitas, ſumma vir tus,ſumma in hoſpites liberalitas, & obſeruãtia: meq; p cæteris, & colit,& obſeruat,& dilĩgit.Eũ tu nõ modo ſuoq; ciuiũ,verũ etiã pene Achaię princi pem cognoſces.Huic ego tãtũmodo aditum ad tuam cognitionẽ patẽfacio,

& innuo cognitũ,per te ipm,quę tua natura est,dignũ tua amicitia, atq; hospitio iudicabis. Peto igit a te,vt his literis lectis recipias eũ in tuã fidẽ: polliceare oia te facturũ mea causa. De reliquo,si id qđ cõfido,fore dignũ eũ tua amicitia,hospitioq; cognoueris,peto vt eũ cõplectare,diligas,in tuis habeas.Erit id mihi maiorẽ in modum gratum. Vale.

M.T.C.ALLIENO PROC.S.P.D.

Cõmend. TE scire arbitror,quãti feceri C.Auianũ Flaccũ,& ego ex ipso audierã optimo & gratissimo hoie,q̃ a te liberaliter esset tractat⁹.Eius filios dignissimos illo patre,meosq; necessarios,quos ego vnice diligo,cõmẽdo tibi sic,vt maiore studio nullos cõmẽdare possim.C.Auian⁹ i Sicilia est.Marcus est nobiscũ. Vt illi⁹ dignitatẽ pñtis ornes,rẽ vtriusq; defendas,te rogo.Hoc mihi grati⁹ i ista puicia facere nihil potes.Idq; vt facias,te vehemẽter etiã,atq; etiã rogo. Vale.

M.T.C.EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER.XIIII.

M.T.C.TERENTIAE, ET TVLLIAE, ET CICERONI SVIS S.P.D.

Amatoria. ETsi literis multoq;, & sermone oim pferẽ ad me,incredibilẽ tuã virtutẽ,& fortitudinẽ eẽ,teq; nec animi,nec corporis laborib⁹ defatigari.Me miserũ,te ista virtute,fide,pbitate,hũanitate,in tãtas ęrũnas ppter me icidisse:Tullioląq; nostrã, ex quo patre tãtas voluptates capiebat,ex eo tãtos pcipe luctus.Nã qd ego de Cicerone dicã!q cũ primũ sapere cœpit,acerbissimos dolores,miseriasq; pcepit.Quæ si, vt tu scribis,fato facta putarẽ,ferrẽ paulo facilius,sed oia sunt mea culpa cõmissa,q ab iis me amari putabã,q inuidebãt:eos nõ seq̃bar, qui petebãt.Q̃ si nris cõsiliis vsi essem⁹, neq; apud nos tãtũ valuisset sermo aut stultoq; amicoq;,aut iproboq;,beatissimi viueremus. Nunc qñ sperare nos amici iubẽt,dabo operã,ne mea valetudo tuo labori desit.Res quãta sit intelligo,quãtoq; fuerit facilius manere domi,q̃ redire.Sed tñ si oẽis tribunos ple.habem⁹,si Lẽtulũ tã studiosũ,q̃ videt,si vero etiã Põpeiũ,& Cęsarẽ,nõ est desperãdũ.De familia,quõ placuisse amicis scribis,faciem⁹.De loco, nũc qdẽ abiit pestilẽtia,sed q̃diu fuit,me nõ attigit.Plãcus hõ officiosissim⁹ me cupit esse secũ,& adhuc retinet.Ego volebã loco magis deserto eẽ i Epiro,quo neq; Hyspo veniret,nec milites: sed adhuc Plãcus me retinet,sperat posse fieri,vt mecũ in Italiã decedat. Quẽ ego diẽ si videro,et si i vestrũ cõplexũ venero,ac si & vos, & me ipm recuparo,satis mihi magnũ fructũ videbor pcepisse,& vestrę pietatis,& meę.Pisonis hũanitas,virtus,amor i oẽis nos tãt⁹ est,vt nihil supra possit.Vtinã ea res ei voluptati fit,glię q dẽ video fore.De Q.Fratre nihil ego te accusaui,sed vos,cũ pserti tã pauci sitis,volui eẽ q̃cõiũctissimos.Quib⁹ me voluisti agere gras,egi,& me a te certiorẽ factũ eẽ scripsi.Qđ ad me mea Terẽtia scribis, te vicũ vẽditurã, quid obsecro te, me miserũ,qd futurũ ẽ!Et si nos pmet eadẽ fortuna,qd puero misero fiet!Nõ queo reliq̃ scribere,tãta vis lachrymarũ ẽ,ne te i eũdẽ fletũ adducã.Tm̃ scribo,si erũt i officio amici,pecunia nõ deerit:si nõ erũt,tu efficere tua pecunia nõ poteris.Per fortunas miseras nras vide,ne puerũ pditũ pdam⁹. Cui si aliqd erit,ne egeat, mediocri virtute opus ẽ,& mediocri fortuna,vt cętera cõsequat.Fac valeas, & ad me tabellarios mittas,vt sciã qd agat,& vos qd agatis.Mihi oino iã breuis expectatio ẽ.Tulliolę,& Ciceroni salutẽ dic.Datũ ad.vi.Cal.Decẽb.Dyrrachii.Dyrrachiũ veni,q & libera ciuitas est,& i me officiosa,& pxima Italię.Sed si offendet me loci celebritas,alio me cõferã, & ad te scribã.

Filio timet

M.T.C.TERENTIAE,ET TVLLIAE,ET CICERONI SVIS.S.D.P.

Amatoria. NOli putare me ad quẽq̃ lõgiores epistolas scribere,nisi si qs ad me plura scripsit,cui puto rescribi oportere.Nec.n.habeo qđ scribã, nec hoc tpe qcq̃ difficili⁹ facio.Ad te vero,& ad nostrã Tulliolã nõ q̃o sine plurimis lachrymis scribere. Vos.n.video eẽ miserrimas,quas ego beatissimas semp eẽ volui,id q; pstare debui,& nisi tã timidi fuissem⁹,pstitissem.Pisonẽ nostrũ merito ei⁹ amo plurimũ.Eũ,vt potui,p lras cohortat⁹ sũ,gras q; egi,vt debui.In nouis trib.pl.intelligo spẽ te habere:id erit firmũ,si Põpeii volũtas erit,sed Crassum tñ metuo.A te qdẽ oia fieri fortissime,& amãtissime video,nec miror,sed mœreo casũ eiusmodi,vt tãtis tuis miseriis meę miserię subleuent.Nã ad me P.Valerius hõ officiosus scripsit,id qđ maximo cũ

Pestilẽtia.

Mœreo casum.

fletu legí,quẽadmodũ a Veſtę ad tabulã Valeriã ducta eſſes.Hem mea lux,meũ deſideriũ,vn de oẽs opẽ pętere ſolebãt,te nũc mea Terẽtia ſic vexarí,ſic íacere ĩ lachrymís,& ſordíb⁹,idq; Terentía vexata.
fierí mea culpa,q cęteros ſeruauí,vt nos pírem⁹?Qđ de domo ſcríbis,hoc eſt de area,ego ve
ro tũ denię míhí vídebor reſtítut⁹ ſi ílla erít nobís reſtítuta.Verũ hæc nõ ſunt ĩ nr̃a manu.
Illud doleo,q̃ ĩpẽſa faciẽda eſt ĩ ei⁹ pte,míſerã,& deſpoliatã venire. Q; ſi cõficíẽ negotiũ,oía
cõſeq̃mur:ſin eadẽ nos fortuna p̃met,etiã ne reliqas tuas míſera ꝑícias,obſecro te vita mea.
Qđ ad ſũptũ attínet,& ſine alíos q poſſunt,ſi modo volũt,ſuſtínere,& valetudínẽ iſtã íſirmã
ſi me amas,noli vexare.Nã míhí ante oculos díes,nocteſq; verſaris.Omneís labores te excipe
vídeo,tímeo† ne ſuſtíneas,ſed vídeo ĩ te eẽ oía.Quare vt id qđ ſpas,& qđ agís,cõſeq̃mur,ſeruí † vt.
valetudíní.Ego ad quos ſcríbã,neſcío:níſi aut ad eos q ad me ſcríbũt,aut ad eos,de qb⁹ ad me
vos alíqd ſcríbitís.Lõgí⁹,qm̃ vobís íta placet,nõ díſcedã:ſed velí q̃ſępíſſíme lr̃as mittatís,p̃ſer
tí ſi qd eſt firmí⁹ qđ ſpem⁹.Valete mea deſideria,valete.Datũ ad.iíi.No.Octob.Theſſalonicę. Datum.

M.T.C.TERENTIAE, ET TVLLIAE,ET CICERONI SVIS.S.P.D.

ACcepí ab Ariſtocrito treís epiſtolas,quas ego lachrymís ꝑæ deleuí. Confí- Amatoría.
cíor.n.mœrore mea Terẽtía,nec me meę míſerię magís excruciãt,q̃ tuę,ve-
ſtręq;.Ego aũt hoc míſerior ſum,q̃ tu,q̃ es míſerríma,q; ípſa calamítas cõís
eſt vtríuſq; noſtrũ, ſed culpa mea propría eſt.Meũ fuit officiũ,vel legatíone
vítare pęrículũ,vel dílígẽtía,& copíís reſíſtere,vel cadere fortíter: hoc míſe-
rius,turpius,ĩdígnius nobís níhíl fuit.Quare cũ dolore cõficíor,tũ etiã pu- Cum,tũ.
dore.Pudet.n.me vxorí meę optímę,ſuauíſſímís líberís,vírtutẽ,& dílígẽtíã nõ ꝑſtítíſſe. Nam
míhí ante oculos díes,nocteſq; verſat̃ ſquallor veſter,& mœror,& íſirmítas valetudínís tuę:
ſpes aũt ſalutís ꝑtenuís oſtendít̃.Inímící ſunt multí,inuídí pene oẽs. Eíícere nos magnũ fuít,
excludere facíle eſt.Sed tñ q̃díu vos erítís ĩ ſpe,nõ defícíã,ne oía mea culpa cecídíſſe vídeant.
Vt tuto ſim,qđ laboras,íd míhí nũc facíllímũ eſt,quẽ etiã ínímící volũt víuere ín tãtís míſe-
ríís.Ego tñ facíã q̃ ꝑcípís.Amícís,qbus voluíſtí,egí gratías: & eas líteras Deſippo dedí,meq;
de eor̃ officío ſcrípſí a te certíorẽ eẽ factũ.Píſonẽ noſtrũ mírífico eſſe ſtudío ĩ nos, & officío, Píſo.
& ego ꝑſpícío,& oẽs ꝑdícãt. Díí faxínt,vt talí genero míhí ꝑſentí tecũ ſímul & cũ líberís no
ſtrís frui líceat.Nũc ſpes relíqua eſt ín nouís Tribunís ple.& ĩ prímís qdẽ dieb⁹. Nã ſi ſuetera
rít,actũ eſt.Ea re ad te ſtatím Ariſtocrítũ míſí,vt ad me cõtínuo ínítía rerũ,& rõnẽ toti⁹ ne-
gotíí poſſes ſcríbere. etſi Deſippo quoq; íta ímpauí,ſtatím vt recurreret: & ad fratrẽ míſí,vt
crebro tabellarios mítteret.Nã ego eo noíe ſũ Dyrrachíí hoc tẽpore,vt q̃celerríme qd agaṫ
audiã,& ſim tuto. Cíuítas.n.hęc ſemp a me defenſa eſt.Cũ ínímící noſtrí venire dícent̃,tũ ín
Epírũ ibo.Q; ſcríbís ſi velím te ad me vẽturã, ego vero cũ ſcíã magnã ꝑtẽ iſtí⁹ oneris abs te
ſuſtíneří,te iſtíc eẽ volo.Sí ꝑfícítís qđ agítís,me ad vos venire oportet. Sín autẽ,ſed níhíl eſt Iſtíc.
opus relíqua ſcríbere.Ex prímís aut ad ſũmũ ſecũdís lr̃ís tuís cõſtítuere poterímus,qd nobís Apoſíope-
faciẽdũ ſit.Tu modo ad me velím oía dílígentíſſíme ꝑſcríbas, etſi magís iã rẽ q̃ líteras debeo ſis.
expectare.Cura vt valeas,& íta tíbí ꝑſuadeas,míhí te charíus níhíl eſſe,neq; vnq̃ fuíſſe.Vale
mea Terentía,quã ego vídere vídeor.ítaq; debílítor lachrymís.Prídíe Cal.Decemb.

M.T.C.TERENTIAE, ET TVLLIAE,ET CICERONI SVIS.S.P.D.

SGo mínus ſępe ad vos do líteras,q̃ poſſum, ꝑpterea q; tũ oía mihí tpa ſunt
míſera:tũ vero cũ aut ſcríbo ad vos,aut veſtras lego,cõficíor lachrymís,ſic Amatoría.
vt ferre nõ poſſím.Q; vtinã mínus vítę cupídus fuíſſem,certe níhíl,aut nõ
multũ ĩ vita malí vídíſſem⁹.Q; ſi nos ad alíquã alícuí⁹ cõmodí alíqñ recupe
rãdí ſpem fortuna reſeruauít,mín⁹ eſt erratũ a nobís, ſi hęc mala fíxa ſunt.
Ego vero te q̃prímũ mea vita cupío vídere,& ĩ tuo cõplexu emorí,qñ neq;
díí,quos tu caſtiſſíme coluíſtí,neq; hoíes,quos ego ſeruauí ſemp,nobís gratiã retulerũt.Nos
Brũduſíí apđ M.Enníũ Flaccũ díes.xííí.fuím⁹,vírũ optímũ,q pículũ fortunarũ,& capítís ſuí
pro mea ſalute neglexít, neq; legís ĩprobíſſímę pœna deduct⁹ eſt,quo mín⁹ hoſpitíí,& amící
tię ius,offícíũq; ꝑſtaret.Huíc vtinã alíqñ gratiã referre poſſím⁹:hẽbím⁹ qdẽ ſemp.Brũduſío
ꝑfecti ſum⁹ ad qntũ Cal.Maíí p Macedoniã, & Cízycũ pętebam⁹.O me pditũ.O me afflictũ,
quíd nũc rogẽ te vt venías mulierẽ ęgrã,& corpore,& aío cõfectã?Nõ rogẽ.Síne te igíṫ ſim,
opínor.Sic agã.Sí ẽ ſpes noſtrí redit⁹,eã cõfírmes,& rẽ adíuues.Sín,vt ego metuo,trãſactũ ẽ
quoquo mõ potes ad me fac venías.Vnũ hoc ſcíto,ſi te habebo, nõ míhí vídebor plane píiſ
ſe.Sed qd de Tulliola mea fíet,íã íd vos vídete,míhí deeſt cõſílíũ.Sed certe quoquo mõ res ſe

habebit,illius misellæ & matrimonio,& famę seruiendū est.Quid Cicero meus?Quid agetis? Tu vero sis in sinu semp,& cōplexu meo.Nō queo iā plura scribere. Impedit mœror. Tu qd egeris,nescio:vtrū aliqd teneas,an qđ metuo,plane sis spoliata. Pisonem,vt scribis,spero fore semp nostrū.De familia liberata nihil est,qđ te moueat.Primū tuis ita ꝓmissum est te facturā esse,vt qsq; esset meritus.Est aūt ī officio adhuc Orpheus, prēterea magnope nemo cēteroꝝ seruoꝝ.Ea causa est,vt si res a nobis abesset,liberti nostri essent,si obtinere potuissent. Sin ad nos ptinerēt,seruirēt.ptercū oppido pauci.Sed hęc minora sunt.Tu ꝙ me hortaris,vt animo sim magno,& spem habeā recuperādę salutis,id velim sit eiusmodi,vt recte sperare possimus. Nūc miser qñ tuas iā literas accipiā?quis ad me perferet?Quas ego expectassem Brundusii,si esset licitū ꝓ nautas,qui tēpestatē ptermittere noluerūt.Qđ reliquū est,sustēta te mea Terentia,vt potes.honestissime vximus,floruimus : nō vitiū nostrū,sed virtus nostra nos afflixit. Peccatū est nullū,nisi ꝙ nō vna animā cū ornamētis amisimus . Sed si hoc fuit liberis nostris gratius nos viuere,cętera,q̄q̄ ferēda nō sunt,feram⁹.Atq; ego,q te cōfirmo,ipse me nō possū. Clodiū Philaterū,ꝙ valetudine impędiebat oculoꝝ,remisi hominē fidelem.Sallustius officio vincet omneis spes. Cennius est perbeneuolus nobis,quē semp spero tui fore obseruātē.Sicca dixerat se mecū fore,sed Brūdusio discessit.Cura,quoad potes,vt valeas: & sic existimes, vehemētius me tua miseria,q̄ mea cōmoueri.Mea Terentia fidissima,atq; optima vxor,& mea charissima filiola,& spes reliqua nostra Cicero valete.Pridie Cal.Maias Brundusio.

Famīlia liberata.

Quisq; meritus.

Oppido pauci.

Tēpestas.

Sallustius.

Terentiæ blanditur.

M.T.C.TEREN.ET TVL.SVIS.S.P.D.

Amatoria.

SI tu, & Tullia lux nostra valetis, ego,& suauissimus Cicero valemꝰ. Pridie Idus Octobris Athenas venimus, cū sane aduersis vētis vsi essemꝰ,tardeq; & incōmode nauigassemus.De naui exeūtibus nobis Achastus cū literis ꝓsto fuit vno & vigesimo die.sane strenue accepi tuas literas, qbus intellexi te vereri ne supiores mihi redditę nō essent.Omnes sunt redditę,diligētissi mecq; a te perscripta sunt oīa,idq; mihi gratissimū fuit . Neq; sum admiratꝰ hanc epistolā,quā Achastus attulit,breuē fuisse.Iam eā ipsum expectas,siue nos ipsos: qui q dem q̄ primū ad vos venire cupimus,etsi in quā rempu.venimus,intelligo . Cognoui eā ex multoꝝ amicoꝝ literis,quas attulit Achastus,ad arma rem spectare, vt mihi cū venero dissi mulare nō liceat,quid sentiā.Sed quādo subeūda fortuna est,eo citius dabimus operā vt veniamus,quo facilius de tota re deliberemus.Tu velim,qđ cū cōmodo valetudinis tuæ fiat,q̄ longissime poteris obuiā nobis properes. De hęreditate Pretiana, quæ quidem mihi magno dolori est,(valde eā illū amaui) hoc velim cures,si auctio ante meū aduentū fiet,vt Pomponius,aut si is minus poterit,Camillus nostrū negotiū curet.Nos cū venerimus,reliqua ꝓ nos agemus.Sin tu iā Roma ꝓfecta eris,tamē curabis vt hoc ita fiat. Si dii nos adiuuabūt,circiter Idus Nouēb.in Italia speramus fore.Vos mea suauissima,& optatissima Terētia, & Tulliola,si nos amatis,curate vt valeatis.Athenis ad.XV.Cal.Nouemb.

Reddite.

M.T.C.TERENTIAE.S.P.D.

NEc sæpe est cui literas demus,nec rem habemus vllam,quā scribere velimus. Ex tuis literis quas proxime accepi,cognoui prædiū nullū venire potuisse. Quare videas velim quomodo satisfiat ei,cui scis me satisfieri velle.Qꝛ nostra tibi gratias agit,id ego non miror te mereri,vt ea tibi merito tuo gratias agere possit.Pollucem,si adhuc non est profectus,q̄primū fac extrudas. Cura vt valeas.Idibus Quin. Vale.

M.T.C.TERENTIAE.S.P.D.

Medicinā feciſſe mihi

OMneis molestias,& sollicitudines,quibus & te miserrimā habui,id qđ mihi molestissimū est,Tulliolāꝙ,q̄ nobis nostra vita dulcior est,depositi & eieci. Quid causæ autē fuerit,postridie intellexi,q̄ a vobis discessi. χολὼ ἄκρατον noctu eieci statim.Ita sum leuatus,vt deus mihi aliquis medicinā fecisse videatur.Cui quidem tu deo,quemadmodū soles,pie,& caste satisfacias,idest Apollini,& Aesculapio.Nauim spero nos valde bonā habere,ī eā simulatq; cōscēdi,hęc scripsi.Deinde cōscribā ad nostros familiareis multas epistolas,qbus te,& Tullio lā nostrā diligētissime cōmēdabo.Cohortarer vos, ꝙ animo fortiore essetis, nisi vos fortiores cognoscerē,q̄ quēq̄ virū.Et tñ eiusmodi spero negotia eē, vt & vos istic cōmodissime spe rem esse,& me aliquando cū similibus nostris remp.defensurū.Tu primū valetudinem tuam

velim cures.Deinde tibi si videbitur, villis iis vtere,q̃ longissime aberũt a militibus. Fundo Arpinati bene poteris vti cũ familia vrbana,si annona carior fuerit.Cicero bellissimus tibi salutem plurimam dicit.Vale.Datum.III.Idus Iunii.

Cicero bellissimus. Datum.

M.T.C.TERENTIAE.S.P.D.

SI vales bene est,ego quidem valeo.Valetudinẽ tuam velim cures diligẽtissime. Nã mihi,& scriptum,& nunciatũ est,te in febrim subito incidisse. Q̃ celeriter me fecisti de Cęsaris literis certiorem, fecisti mihi gratum.Item posthac si quid opus erit, si quid accíderit noui,facies vt sciã.Cura vt valeas.Vale.Datum.iiii.nonas Iunias.

M.T.C.TERENTIAE.S.P.D.

AD cęteras meas miserias accessit dolore Dolabellę valetudine, & Tulliæ omnino de omnibus reb9 nec quid consilii capiã,nec quid faciam,scio.Tu velim tuam,& Tullię valetudinem cures. Vale.

M.T.C.TERENTIAE.S.P.D.

QVid fieri placeret scripsi ad Põponium serius,q̃ oportuit.Cũ eo si locuta eris,intelliges quid fieri velim.Apertius scribi,quando ad illum scripseram, necesse non fuit. De ea re,& de cęteris rebus,q̃primum velim nobis literas mittas. Valetudinem tuã cura diligenter. Vale.septimo Idus Quin.

M.T.C.TERENTIAE.S.P.D.

SI vales bene est,valeo.Tullia nostra venit ad me pridie Idus Iunii:cui9 summa virtute,& singulari hũanitate grauiore etiã sum dolore affect9,nra factũ esse negligẽtia,vt lõge alia in fortuna esset,atq; ei9 pietas ac dignitas postulabat.Nobis erat in aĩo Ciceronẽ ad Cęsarẽ mittere,& cũ eo Cn.Sallustium. Si profectus erit, faciam te certiorem. Valetudinem tuam diligenter cura. Vale.xiiii.Calẽ.Quin.

M.T.C.TERENTIAE.S.P.D.

QVod nos in Italiã saluos venisse gaudes, perpetuo gaudeas velim. Sed perturbati dolore animi, magnisq; iniuriis,metuo ne id,consilii ceperimus, qđ non facile explicare possimus.Quare quantũ potes adiuua.Quid aũt possis, mihi in mentem non venit.In viam̃q; te des hoc tẽpore,nihil est, & longũ est iter,& non tutum.Et non video quid prodesse possis,si veneris. Vale.Datum pridie Nonas Nouemb.Brundusii.

In viã des.

M.T.C.TERENTIAE.S.P.D.

QVod scripsi ad te proximis literis denuncio remittendo,quę sit istius vis hoc tempore,& quę cõcitatio multitudinis,ignoro.Si metuẽdus iratus est,quies tũ ab illo nascetur fortasse.Totũ iudicabis quale sit: & qđ in miserrimis rebus minime miserum putabis,id facies.Vale.VII.Idus Quin.

TVLLIVS TERENTIAE,ET PATER TVLLIOLAE, DVABVS ANIMIS SVIS, ET CICERO MATRI OPTIMAE, ET SVAVISSIMAE SORORI.S.P.D.

Duab9 animis.

SI vos valetis,nos valemus.Vestrũ iam consiliũ est,non solũ meũ, quid sit vobis faciendũ.Si ille Romã modeste vẽturus,recte in pręsentia domi esse potestis.Sin homo amẽs diripiẽdã vrbẽ daturus est,vereor vt Dolabella ipe satis vobis ꝑdesse possit.Etiã illud metuo,ne iã intercludamini,vt cũ velitis exire nõ liceat.Reliquũ est,qđ ipsę optime cõsiderabitis, vestri similes fœminę sint ne Romę.Si.n.nõ sunt,videndũ est vt honeste vos esse possitis.Quomodocũq; nũc res se habet,modo vt hęc vobis loca tenere liceat,bellissime vel mecum,vel in nostris ꝑdiis esse poteritis.Etiã illud verendũ est,ne breui tẽpore fames in Vrbe sit.His de rebus velim cũ Põponio,cũ Camillo,cũ qb9 vobis videbit,cõsideretis.Ad summã,aĩo forti sitis. Labienus rẽ meliorẽ fecit.Adiuuat etiã Piso,q; ab Vrbe discedit,& sceleris cõdẽnat generũ suum. Vos meę charissimę aĩę,q̃sępissime ad me scribite, & vos qd agatis, & qd istic agat. Quintus pater,& filius,& Rufus vobis salutẽ dicunt.Valete.VIII.Calen.Quin.Minturnis.

Ad summam. Aĩę charissimę.

M.T.C.TERENTIAE SVAE.S.D.P.

SI vales bene est,valeo.Cõstitueramus,vt ad te antea scripseram, obuiam Ciceronem Cæsari mittere.Sed mutauimus consilium,quia de illius aduentu nihil audiebamus. De cæteris rebus,etsi nihil erat noui, tamen quid velimus,& quid hoc tempore pu-

temus opus esse,ex Sicca poteris cognoscere. Tulliam adhuc mecum teneo. Valetudinẽ tuã cura diligenter. Vale.XII.Calen.Quinti.

M.T.C.TERENTIAE SVAE.S.P.D.

ETsi eiusmodi tempora nostra sunt,vt nihil habeam,qđ aut a te literarum expectem, aut ipse ad te scribã,tamen nescio quo modo,& ipse vestras literas expecto, & scribo ad vos cum habeo qui ferat. Volumnia debuit in te officiosior esse, q̃ fuit:& id ip̃m quod fecit,potuit diligentius facere,& cautius.q̃q̃ alia sunt,quę magis curemus,magisq; doleamus.Quę me ita conficiunt,vt ii voluerunt,qui me de mea sententia detruserunt. Cura vt valeas.

M.T.C.TERENTIAE.S.D.

SI quid haberem,qđ ad te scriberem,facerem id,& pluribus verbis,& sępius. Nunc q̃ sunt negotia vides.Ego autẽ quomodo sim affectus,ex Lepta,& Trebatio poteris cognoscere.Tu fac,vt tuam,& Tullię valetudinem cures. Vale.

M.T.C.TERENTIAE,ET TVLLIOLAE SVIS.S.D.

Animæ meę.

COnsiderandum vobis etiã,atq; etiã animę meę dilígẽter puto,quid faciatis: Romę ne sitis,an mecũ in aliquo tuto loco.Id non solũ meũ consiliũ est,sed etiã vestrum.Mihi veniunt in mentẽ hęc.Romę vos esse tuto posse per Dolabellam: eãq; rem posse nobis adiumento esse, siqua vis,aut si quæ rapinæ fieri cœperint.Sed rursus illud me mouet,q; video omneis bonos abesse Roma,& eos mulieres suas secũ habere.Hęc aũt regio,ĩ qua ego sum,nostrorũ est tum oppidorũ,tum etiã prędiorũ:vt & multũ esse mecum,& cum abieritis,cõmode,& in nostris prędiis esse possitis.Mihi nõ plane satis constat adhuc,vtrũ sit melius.Vos videte,qđ alię faciant ísto loco fœminę:& ne cũ velitis exire,non liceat.Id velim dilígẽter etiã,atq; etiã vobiscum,& cũ amicis cõsideretis.Domus vt propugnacula,& p̃sidiũ habeat Philotimo dicetis.Et velim tabellarios instituatis certos,vt quotidie aliquas a vobis literas accipiam. Maxime autem date operam,vt valeatis,si nos vultis valere.Octauo Calen.Formiis.

Abesse Roma.

Mulieres.

M.T.C.TERENTIAE.S.D.

ON maximis meis doloribus excruciat me valetudo Tulliæ nostræ. De qua nihil est, qđ ad te plura scribam.tibi.n.eque magnę curę esse certo scio. Qz me propius vultis accedere,video ita esse faciendũ:etiam ante fecissem, sed me multa impedierunt, quæ ne nunc quidem expedita sunt.Sed a Pomponio expecto literas,quas ad me q̃primum perferendas cures velim.Da operam vt valeas.

M.T.C.TERENTIAE.S.P.D.

IN Tusculanum nos venturos putamus, aut Nonis,aut postridie,ibi fac vt sint oĩa parata.Plures.n.fortasse nobiscum erunt,& vt arbitror,diutius tibi cõmorabimur. Labrum si in balneo non est,fac vt sit.Item cętera,quę sunt ad victum, & valetudinem necessaria.Vale.iiii.Calen.Octob.de Venusio.

Labrum.

De Venusio.

M.T.C.TERENTIAE.S.P.D.

SI vales bene est,ego valeo.Da operam vt conualescas:quod opus erit,vt res,tempusq; postulat,prouideas,atq; administres,& ad me de omnibus rebus q̃sæpissime literas mittas. Vale. M.T.C.TERENTIAE.S.P.D.

Tabellarii.

SI vales bene est, ego valeo. Nos quotidie tabellarios vestros expectamus: qui si venerint, fortasse erimus certiores,quid nobis faciendum sit: faciemusq; te statim certiorem. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale Calen.Septemb.

M.T.C.TERENTIAE.S.P.D.

SI vales bene est,valeo.Redditę mihi iam tandem sunt a Cæsare literę satis liberales, & ipse opinione celerius venturus esse dicitur.Cui vtrum obuiam procedã, an hic eum expectem,cum cõstituero,faciam te certiorem.Tabellarios mihi velim q̃primũ remittas.Valetudinem tuam cura diligenter. Vale.Pridie Calen.Sexti.

M.T.C.TERENTIAE.S.P.D.

SI vales bene est,valeo.Nos neq; de Cęsaris aduentu,neq; de literis,quas Philotimus habere dicitur,quicq̃ adhuc certi habemus. Si quid erit certi,faciam te statim certiorem. Valetudinem tuam fac vt cures. Vale.iii.Idus Sextilis.

M.T.C.EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER.XV.

M.T.C.M.F.PROCON.S.P.D.CONSS.PRAET.TR.PL.SENATVI P.Q.R. SI VOS.B.V.B.E.E.Q.V.

Motus Parthici,

TSi nõ dubie mihi nunciabat Parthos trãsisse Euphratẽ cũ oĩbus fere suis copiis,tñ ꝙ arbitrabar a M.Bibulo ꝓcõsule certiora de his rebus ad vos scribi posse,statuebã mihi nõ necesse esse publice scribere ea,q̃ de alterius prouicia nunciarent. Postea vero q̃ certissimis auctoribus,legatis,nunciis,literis sum certior factus, vel ꝙ tãta res erat,vel ꝙ nondũ audieramus Bibulũ in Syriã venisse,vel qa administratio huius belli mihi cũ Bibulo pene est cõmunis,q̃ ad me delata essent,scribenda ad vos putaui.Regis Antiochi Cõmageni legati primi mihi nunciarunt Parthorũ magnas copias Euphratẽ transire cœpisse.Quo nuncio allato, cũ essent nõnulli, qui ei regi minorẽ fidem habẽdã putarent,statui expectandũ esse,si quid certius afferret.Ad.xiii.Calẽ.Octob.cũ exercitũ in Ciliciã ducerẽ,in finibꝰ Lycaoniçe Cappadocia mihi literę redditę sunt a Tarchõdimoto,q fidelissimus socius trãs Taurũ,amicissimusq̃ Po.Ro.existimat,Parcorẽ Orodi regis Parthorũ filiũ cũ permagno eq Parcores, tatu Parthico trãsisse Euphratẽ,& castra posuisse Tybæ,magnũq̃ tumultũ esse in prouincia Syria excitatũ.Eodẽ die a Iãblicho Phylarcho Arabũ,quẽ hoies opinãt bene sentire, amicũq̃ esse reipu.nostrę,literę de iisdẽ rebꝰ mihi redditę sunt.His rebꝰ allatis, etsi intellígebã socios infirme animatos esse,& nouarũ rerũ expectatione suspẽsos,sperabã tñ eos,ad quos iã accesseram,quiq̃ nostrã cõsuetudinẽ,integritatẽq̃ pspexerãt,amiciores Po.Ro.esse factos: Ciliciã aũt firmiorẽ fore,si equitatus nostri particeps facta esset.Et ob eã causam,& vt opprimerent ii,q ex Cilicũ gẽte in armis essent,& vt hostis is,q esset in Syria,sciret exercitũ Po.Ro.non modo nõ cedere his nũciis allatis,sed etiã propius accedere,exercitũ ad Taurũ instituí ducere. Sed si quid apud vos auctoritas mea ponderis habet,in his psertim rebus,quas vos audistis,ego pene cerno, magnopere vos & hortor & moneo, vt his prouinciis serius vos qdẽ q̃ decuit, sed aliqd tñ cõsulatis.Nos quẽadmodũ instructos,& qbus psidiis munitos ad tãti belli opinionẽ miseritis,nõ estis ignari:qd ego negociũ nõ stultitia obcęcatus,sed verecũdia deterrꝰ nõ recusaui.Neq̃.n.vnq̃ vllũ periculũ tantũ putaui,qd subterfugere mallẽ, q̃ vestræ auctoritati obtẽperare.Hoc aũt tpe res sese sic habet,vt nisi exercitũ tãtũ,quantũ ad maximũ bellũ mittere soletis,mature in has puincias miseritis,summũ periculũ sit,ne amittẽdę sint oẽs hę puincię,qbus vectigalia Po.Ro.continent.Quãobrẽ vt in hoc prouinciali delectu spem habeatis aliquã,causa nulla est,neq̃ multi sunt,& diffugiũt q sunt,metu oblato.Et qd genus hoc militum sit,iudicauit vir fortissimꝰ M.Bibulus in Asia, qui cũ vos ei permisissetis delectũ habere,noluerit.Nã sociorũ auxilia propter acerbitatẽ,atq̃ iiurias imperii nostri,aut ita imbecilla sunt,vt nõ multũ nos iuuare possint,aut ita alienata a nobis,vt neq̃ expectãdũ ab iis,neq̃ cõmittẽdũ iis qcq̃ esse videat.Regis Deiotari & volũtatẽ & copias quãtęcũq̃ sunt,nostras eẽ Deiotarus duco.Cappadocia est inanis.Reliq reges,tyrãniq̃, neq̃ opibus satis firmi, nec volũtate sunt. Mihi in hac paucitate militũ certe animꝰ nõ deerit. Spero ne cõsiliũ quidẽ.Quid casurũ sit, incertũ est. Vtinã saluti nostrę cõsulere possimus,dignitati certe cõsulemus. Valete.

M.T.C.M.F.PROCON.S.P.D.CONSS.PRAET.TR.PL.SENATVI P.Q.R. SI.V.V.B.E.E.Q.V.

Infirme animati,

CVm Pridie Calẽ.Sextilis in puinciã venissem,neq̃ maturiꝰ ꝓpter itinerũ,& nauigationũ difficultatẽ venire potuissẽ, maxie cõuenire officio meo,reiq̃ pu.cõducere putaui,pare ea, q̃ ad exercitũ,q̃q̃ ad rẽ militarẽ ptinerẽt. Quę cũ esset a me cura magis,& diligẽtia,q̃ facultate, & copia cõstituta,nũciiq̃, & literę de bello a Parthis in puicia Syriã illato quotidie fere afferrent,iter mihi faciendũ p Lycaoniã,& p Isauros,& p Cappadociã arbitratꝰ sum.Erat Parthos eẽ magna suspitio Parthos,si ex Syria egredi,atq̃ irrũpere in eã puinciã conarent, iter eos eos, p Cappadociã,q̃ ea maxime pateret,esse facturos.Itaq̃ cũ exercitu p Cappadociæ partẽ eã, q̃

Cybistra. cũ Cilicia cõtinẽs est,iter feci,castraq; ad Cybistra,qđ oppidũ est ad montẽ Taurũ,locaui, vt Artuasdes rex Armenĩ⁹ quocũq; aĩo esset,sciret nõ ꝓcul a suis finib⁹ exercitũ Po. Ro. esse, & Deiotarũ fidelissimũ regẽ,atq; amicissimũ reip. nostrę,maxime cõiunctũ haberẽ,cuius & cõsilio & opib⁹ adiuuari posset resp. Quo cũ in loco castra haberẽ,eqtatũq; ĩ Ciliciã missem, vt & meus aduẽtus his ciuitatib⁹,q̃ in ea parte essent,nũciatus,firmiores aĩos hoĩm faceret, & ego mature qd ageret in Syria scire possẽ,tps ei⁹ triduí,qđ in his castris morabar,in magno officio,& necessario mihi ponendũ putaui. Cũ. n. vestra auctoritas intercessisset, vt ego regẽ Ariobarzanẽ, Heusebẽ,& Philorhomęum tuerer,eiusq; regis salutẽ,incolumitatẽ,regnũq; defenderẽ,regi,regnoq; ꝑsidio essem,adiũxissetisq; salutẽ ei⁹ regis Po. senatuiq; Ro. magnę curę esse,qđ nullo vnq̃ de rege decretũ esset a nostro ordine,existimaui me iudiciũ vestrũ ad regẽ deferre debere,eiq; ꝑsidiũ meũ,& fidẽ,& diligẽtiã polliceri,vt qñ salus ipsi⁹,ĩcolumitas regni mihi cõmẽdata esset a vobis,diceret si qd vellet. Quę cũ essẽ in cõsilio meo cũ rege locut⁹, inicio ille oratonis suę vobis maximas,vt debuit,deinde etiã mihi gratias egit,q; ei pmagnũ, & honorificũ videbat,S.P.Q.R.tãtę curę esse salutẽ suã,meq; tãtã diligẽtiã adhibere,vt & mea fides,& cõmẽdatiõis vtę auctoritas ꝑspici posset. Atq; ille prio,qđ mihi maximę lętitię fuit,ita mecũ locut⁹ est,vt nullas ĩsidias vitę suę,neq; regno diceret se aut ĩtelligere fieri,aut etiã suspicari. Cũ ei ego gratulat⁹ essẽ,idq; me gaudere dixissẽ,cohortat⁹ vt recordaret casũ illũ iteritus paterni,& vigilãter se tueret,atq; admonitu senat⁹ cõsuleret saluti suę,tũ a me discessit in oppidũ Cybistra. Postero aũt die,cũ Ariarate fratre suo,& cũ pr̃nis amicis maiorib⁹ natu ad me ĩ castra venit: ꝑturbatusq;,& flẽs,cũ idẽ & frater faceret,& amici,meã fidẽ, & vestrã cõmẽdationẽ ĩplorare cœpit. Cũ admirarer qd accidisset noui,dixit ad se ĩdicia manifestarũ insidiarũ esse delata,q̃ esset añ aduẽtũ meũ occultata,q; ii q ea patefacere possẽt,ꝑpter metũ retinuissẽt. Eo aũt tpe spe mei ꝑsidii cõplureis ea,q̃ scirẽt,audacter ad se detulisse: in his amãtissimũ sui,summa pietate ꝑditũ fratrẽ dicere ea,q̃ me quoq; audiẽte dicebat,se sollicitatũ esse vt regnare vellet. Id viuo ffe suo accidere nõ potuisse,se tñ añ tps illđ eã rẽ nũq̃ ĩ mediũ ꝑpter piculi metũ ꝓtulisse. Quę cũ esset locut⁹,monui regẽ,vt oẽm diligẽtiã ad se cõseruãdũ adhiberet: amicosq; in ꝑris ei⁹ fide,atq; iudicio ꝓbatos hortat⁹ sũ,regis sui vitã docti casu acerbissimo ꝑris ei⁹ oĩ cura,custodiaq; defẽderẽt. Cũ rex a me equitatũ,cohortesq; de exercitu meo

Regnare quid. postularet,etsi ĩtelligebã vestro senatusconsulto,nõ mõ posse me id facere,sed etiã debere,tñ cũ resp. postularet ꝑpter quotidianos ex Syria nũcios,vt q̃primũ exercitũ ad Cilicię fines adducerẽ,cũq; rex mihi patefactis iã ĩsidiis nõ egere exercitu Po. Ro. sed posse se suis opib⁹ defẽderẽ videret,illũ cohortat⁹ sũ,vt ĩ sua vita cõseruãda primũ regnare disceret: a qb⁹ ꝑspexisset sibi ĩsidias paratas,ĩ eos vteret iure regio: pœna afficeret eos,quos necesse eẽt,reliquos metu liberaret. Prędisidio exercit⁹ mei ad eoꝝ q in culpa essẽt,timorẽ poti⁹,q̃ ad contẽtionẽ vteret. Fore aũt,vt oẽs qñ senatusconsultũ nossẽt,ĩtelligerẽt me regi,si op⁹ eẽt, ex auctoritate vra ꝑsidio esse futurũ. Ita cõfirmato illo,ex eo loco castra moui,iter in Ciliciã facere instituí: cũ hac opinione e Cappadocia discederẽ,vt cõsilio vro,casu ĩcredibili,ac pene diuino regẽ,quẽ vos honorificẽtissime appellassetis nullo postulãte,quẽq; meę fidei cõmẽdassetis,& cui⁹ salutẽ magnęvobis curę eẽ decreuissetis,me⁹ aduẽt⁹ ꝑsẽtib⁹ ĩsidiis liberaret. Qđ ad vos a me scribi nõ alienũ putaui,vt ĩtelligeretis ex iis q̃ pene acciderũt,vos multo añ,ne ea acciderẽt ꝓuidisse: eoq; vos

Ariobarzanes. studiosi⁹ feci certiores,q; ĩ rege Ariobarzane ea mihi signa videor virtutis,ĩgenii,fidei,bene uolẽtięq; erga vos ꝑspexisse,vt nõ sine cã tãtã curã ĩ ei⁹ vos salutẽ,diligẽtiãq; videamini cõtulisse. Valete.

M.T.C.PROCON.M.CATONI.S.D.

Vm ad me legati missi ab Antiocho Cõmageno venissẽt in castra ad Iconiũ ad.iii.No.Sep.iiq; mihi nũciassẽt regis Parthorũ filiũ, quocũ esset nupta regis Armenioꝝ soror,ad Euphratẽ cũ maximis Parthoꝝ copiis,multarũq; ꝓterea gẽtiũ magna manu venisse,Euphratẽq; iã trãsire cœpisse,dicisq; Armeniũ regẽ ĩ Cappadociã ĩpętũ esse facturũ,putaui ꝓ nr̃a necessitudine me hoc ad te scribere oportere. Publice ꝑpter duas causas nihil scripsi,q; & ipm Cõmagenũ legati dicebãt ad senatũ statim nũcios,literasq; misisse: & existimabã M. Bibulũ ꝓcõsulẽ,q̃ circiter Id⁹

Ab Epheso Sextilis ab Epheso in Syriã nauib⁹ ꝓfectus erat,q; secũdos vẽtos habuisset, iã in ꝓuinciã suã pueniss̃e. Cui⁹ literis oĩa certiora platũ iri ad senatũ putabã. Mihi vt in hmõi re,tãtoq; bello, maximę curę est,vt q̃ copiis,& opib⁹ tenere vix possum⁹,ea mãsuetudine,& cõtinẽtia nostra, sociorũ fidelitate teneam⁹. Tu velim,vt cõsueſti,nos absenteis diligas,& defendas. Vale.

M.T.C.IMPE.M.CATONI.S.D.

SVmma tua auctoritas fecit,meũq; ꝑpetuũ de tua singulari virtute iudiciũ, vt magni mea intereſſe putarẽ,& res eas quas geſſiſſem,tibi notas eſſe,& nõ ignorari a te,qua ęqtate,& cõtinẽtia tuerer ſocios, prouinciãq; adminiſtrarem.His.n.a te cognitis arbitrabar facilius me tibi,q̃ vellẽ probaturũ.Cũ in prouinciã pridie Calẽ.Sexti.veniſſem,& ꝑpter anni tẽpus ad exercitũ mihi cõfeſtim eſſe eundũ videretur,biduum Laodiceę fui,deinde Apameę quatriduũ,tridcũ Synadis,totidẽ dies Philomeli.Quibus in oppidis cũ magni conuentus fuiſſent, multas ciuitates acerbiſſimis tributis,& grauiſſimis vſuris, & falſo ęre alieno liberaui. Cũq; ante aduentũ meũ ſeditione quadã exercitus eſſet diſſipat9,quinq; cohortes ſine legato, ſine Trib.militũ,deniq; etiã ſine cẽturione vllo apud Philomelũ cõſediſſent,reliquus exercit9 eẽt in Lycaonia,M.Mãneio legato ĩperaui,vt eas gnq; cohorteis ad reliquũ exercitũ duceret,coactoq; in vnũ locũ exercitu caſtra ĩ Lycaonia apud Iconiũ faceret.Qđ cũ ab illo diligẽter eẽt actum,ego in caſtra ad.VII.Calẽ.Septẽ.veni,cũ interea ſuperioribus dieb9 ex ſenatuſcõſulto & euocatorũ firmã manũ,& eqtatũ ſatis idoneũ,& ppl'orũ liberorũ, regũq;,& ſocioꝝ auxilia volũtaria cõparauiſſem.Interim cũ exercitu luſtrato iter in Cilicią facere cœpiſſem,Calẽ.Septẽ.legati a rege Cõmageno ad me miſſi,ꝓtumultuoſe, neq; tñ nõ vere Parthos in Syriã trãſiſſe nũciauerũt. Quo audito vehemẽter ſum cõmotus,cũ de Syria,tũ de mea ꝓuincia,de reliqua deniq; Aſia.Itaq; exercitũ mihi ducendũ per Cappadocię regionẽ eã, q̃ Ciliciã attingeret,putaui.Nã ſi me in Ciliciã demiſiſſem,Ciliciã quidẽ ipſam ꝑpter mõtis Amani naturã facile tenuiſſem.Duo ſunt.n.aditus in Ciliciã ex Syria,quorũ vterq; paruis ꝓſidiis ꝑpter anguſtias intercludi põt:nec eſt qcq̃ Cilicia cõtra Syriã munitius.Sed me Cappadocia mouebat,q̃ patet a Syria,regeſq; habet finitimos,q etiã ſi ſunt amici nobis, tñ aperte Parthis ĩimici eſſe nõ audẽt.Itaq; in Cappadocia extrema nõ lõge a Tauro apud oppidũ Cybiſtra caſtra feci,vt & Ciliciã tuerer,& Cappadociã tenẽs noua finitimorũ cõſilia impedirẽ.Interea in hoc tanto motu,tãtaq; expectatione maximi belli,rex Deiotar9, cui nõ ſine cauſa plurimũ ſemp & meo, & tuo,& ſenatus iudicio tributũ eſt,vir cũ beneuolẽtia,& fide erga Po.Ro.ſingulari,tũ ꝓſtãti magnitudine,& animi,& cõſilii,legatos ad me miſit,ſe cũ oĩb9 ſuis copiis in mea caſtra eẽ venturũ.Cuius ego ſtudio,officioq; cõmotus,egi ei ꝓ literas gratias,idq; vt maturaret,hortatus ſum.Cũ aũt ad Cybiſtra ꝑpter rationẽ belli quinq; dies eſſem cõmoratus,regẽ Ariobarzanẽ,cuius ſalutẽ a ſenatu te auctore cõmendatã habebã,ꝓſentibus inſidiis neq; opinantẽ liberaui:neq; ſolũ ei ſaluti fui,ſed etiã curaui,vt cũ auctoritate regnaret.Metrã,& eũ quem tu diligẽter mihi cõmẽdaras Atheneũ, ĩportunitate Athenaidis exilio multatos,maxima apud regẽ auctoritate,gratiaq; cõſtitui. Cũq; magnũ bellũ in Cappadocia concitaret,ſi ſacerdos armis ſe,qđ facturus putabaꝫ,defenderet,adoleſcẽs & equitatu,& peditatu,& pecunia paratus, & toto iis,qui nouari aliqd volebãt,perfeci vt e regno ille diſcederet,Rexq; ſine tumultu, ac ſine armis,oĩi auctoritate aulę cõmunita,regnũ cũ dignitate obtineret.Interea cognoui multorũ literis,atq; nunciis magnas Parthorũ copias Arabũ ad oppidũ Antiochiã acceſſiſſe, magnũq; eorũ equitatũ, q in Ciliciã trãſiſſet,ab equitatu in eorũ turmis, & a cohorte ꝓtoria,q̃ erat Epiphaneę ꝓſidii cauſa,occidione occiſum. Quare cũ videre a Cappadocia Parthorũ copias auerſas nõ lõge a finibus eſſe Cilicię,q̃ potui maximis itinerib9 ad Amanũ exercitũ duxi.Quo vt veni,hoſtẽ ab Antiochia receſſiſſe,Bibulũ Antiochię eſſe cognoui. Deiotarũ cõſeſtim iã ad me veniẽtẽ cũ magno & firmo eqtatu,& peditatu,& cũ oĩb9 ſuis copiis certiorẽ feci,nõ videri eſſe cauſam,cur abeſſet a regno:meq; ad eũ ſi qd forte noui accidiſſet,ſtatim literas,nũcioſq; miſſurũ eſſe.Cũq; eo aĩo veniſſem,vt vtriq; prouincię,ſi ita tps ferret,ſubuenirẽ, tamen id quod iam ante conſtitueram, vehementer intereſſe vtriuſq; prouinciæ pacare Amanum,& perpetuum hoſtem ex eo monte tollere,agere perrexi.Cũq; me diſcedere ab eo monte ſimulaſſem,& alias parteis Cilicię petere,abeſſemq; ab Amano iter vni9 diei, & caſtra apđ Epiphaneam feciſſem ad quartum Idus Octobris,cum adueſperaſceret,expedito exercitu ita noctu iter feci,vt ad.III.Idus Octobris cum luceſceret,in Amanum aſcenderem, diſtributiſq; cohortibus,& auxiliis,cum aliis Quintus frater legatus mecum ſimul,aliis C. Pontius legatus,reliquis Marcus Manneius,& Lucius Tulleius legati præeſſent, pleroſq; nec opinanteis oppreſſimus,qui occiſi,captiq; ſunt,intercluſi reliqui.Fugeranam autem,quę fuit non vici in ſtar,ſed vrbis,ꝓ erat Amani caput,itemq; Sepyram, & Ceminorim,acriter, & diu repugnã-

Magni mea intereſſe.

Aditus ex Syria in Ciliciã.

Deiotari laudes.

Sacerdos.

Q̃ potui maximis itinerib9.

Partes.

Aduеſperaſceret.

Fugerana vrbis ſtar.

Anteluca-nũ tẽpus. Arę Alexã.

tibus,Põtino illã partẽ Amani tenẽte,ex antelucano tẽpore vsq; ad horã diei decimã,magna multitudine hostiũ occisa cepim⁹,castellaq; sex capta,cõplura incẽdimus. His reb⁹ ita gestis castra in radicib⁹ Amani habuim⁹ apud Aras Alexãdri quatriduũ,& in reliquiis Amani delendis,agrisq; vastãdis,q̃ pars ei⁹ mõtis meę prouincię est,id tẽpus oẽ cõsumpsim⁹. Confectis

Pindenissũ.

his rebus ad oppidũ Eleuchẽcilicũ Pindenisum exercitũ adduxi:qđ cũ esset altissimo,& munitissimo loco,ab hisq; incoleret, q ne reg⁹ quidẽ vnq̃ paruissent,cũ & fugitiuos reciperẽt, & Parthorũ aduẽtũ acerrime expectarẽt, ad existimationẽ imperii pertinere arbitratus sum, cõprimere eorũ audaciã: quo facilius etiã cęterorũ animi,q alieni essent ab iperio nostro,frã gerentur. Vallo,& fossa circũdedi,sex castellis,castrisq; maximis sepsi: aggere,vineis, turrib⁹ oppugnaui:vsusq; tormẽtis multis,multis sagittariis,magno labore meo,sine vlla molestia, sumptuve sociorũ,septimo quinquagesimo die rẽ cõfeci,vt oĩbus partibus vrbis disturbatis,

Tebarani.

aut incẽsis,cõpulsi in potestatẽ meã peruenirent. His erant finitimi pari scelere,& audacia Tebarani. Ab his Pindenisо capto obsides accepi. Exercitũ in hyberna dimisi. Quint. fratrẽ negotio p̃posui,vt in vicis,aut captis,aut male pacatis exercitus collocaret. Nũc velim tibi sic p suadeas,si de his reb⁹ ad senatũ relatũ sit,me existimaturũ sũmã mihi laudẽ tributã,si tu honorẽ meũ sentẽtia tua cõprobaris. Idq; etsi talib⁹ de reb⁹ grauissimos hoies,& rogare solere, & rogari scio,tñ admonẽdũ potius te a me,q̃ rogandũ puto. Tu es.n.is,q me tuis sentẽtiis sępissime ornasti,q oratione,q p̃dicatione,q summis laudib⁹ in senatu,in cõcionibus ad cęlum extulisti. Cuius ego semp tanta esse verborũ põdera putaui, vt vno verbo tuo cũ mea laude cõiuncto,oĩa cõsequi me arbitrarer. Te deniq; memini,cũ cuidã clarissimo, atq; optimo viro

Supplicatio togata decreta.

supplicationẽ nõ decerneres,dicere te decreturũ,si referret ob eas res,quas is consul in vrbe gessisset. Tu idẽ mihi supplicationẽ decreuisti togato,nõ vt multis rep. bene gesta, sed, vt ne mini,repu. cõseruata. Mitto q̃ inuidiã,q̃ pericula,q̃ oĩneis meas tẽpestates,& subieris,& multo etiã magis, si p me licuisset, subire paratissim⁹ fueris: q̃ deniq; inimicũ meũ, tuũ inimicũ putaris:cuius etiã interitũ,vt facile itelligerẽ,mihi quãtũ tribueres,Milonis causa in senatu

Causa defẽdenda.

defendẽda approbaris. A me aũt hęc sunt pfecta,q̃ ego in beneficii loco non pono,sed in veri testimonii,atq; iudicii:nõ vt p̃stantissimas tuas virtutes tacitus admirarer: quis.n.idẽ non facit:sed in oĩbus orationib⁹,sentẽtiis dicẽdis,causis agẽdis,oĩbus scriptis,gręcis,latinis, omni deniq; varietate literarũ mearũ,te nõ modo iis quos vidisse⁹,sed iis de q̃bus audisse⁹,oĩbus anteferrẽ. Quęres fortasse,quid sit,q̃ ego nescio qd gratulationis & honoris a Senatu tãti ęstimẽ:agã iã tecũ familiariter,vt est & studiis,& officiis nostris mutuis, & summa amicitia dignũ,& necessitudine etiã paterna. Si quisq̃ fuit vnq̃ remotus,& natura,& magis etiã,vt

Inanis gloria vitanda

mihi q̃dẽ sentire videor,ratiõe atq; doctrina ab inani laude,& sermonib⁹ vulgi,ego pfecto is sum. Testis est cõsulatus meus,in quo,sicut in reliqua vita,fateor ea me studiose secutũ, ex q̃ bus vera gloria nasci posset:ipsam quidẽ gloriã p se nunq̃ putaui expetendã. Itaq; & prouinciã

Sacerdotiũ

ornatã,& spem nõ dubiã triũphi neglexi. Sacerdotiũ deniq;,cũ (quẽadmodũ te existimare arbitror)nõ difficillime cõseq possem, nõ appetiui. Idẽ post iniuriã acceptã,quã tu reip. calamitatẽ semp appellas,meã nõ modo nõ calamitatẽ,sed etiã gloriã,studui q̃ornatissima Senatus

Augur Cí.

populiq; Ro. de me iudicia intercedere. Itaq; & Augur postea fieri volui,qđ antea neglexerã, & eũ honorẽ,q a Senatu tribui reb⁹ bellicis solet,neglectũ a me olim,nũc mihi expetendũ puto. Huic meę voluntati,in qua ineſt aliqua vis desiderii,ad sanandũ vulnus iniurię,vt faueas adiutorq; sis,qđ paulo añ me negarã rogaturũ,vehemẽter te rogo:sed ita, si non ieiunũ hoc nescio qd,qđ ego gessi,& contẽnendũ videbit, sed tale,atq; tantũ,vt multi nequaq̃ parib⁹ rebus honores summos a senatu cõsecuti sint. Equidẽ etiã mihi illud aĩaduertisse videor,(Scis em̃ q̃ attẽte te audire soleã)te nõ tã res gestas,q̃ mores,instituta,atq; vitã imperatorũ spectare solere in habẽdis,aut non habendis honoribus. Qđ si in mea causa considerabis, reperies me exercitu ibecillo cõtra metũ maximi belli firmissimũ p̃sidiũ habuisse,eqtatẽ,& continẽtiã. His ego subsidiis ea sum cõsecut⁹,q̃ nullis legionib⁹ cõsequi potuissem,vt ex alienissimis sociis amicissimos,ex infidelissimis firmissimos reddere,animosq; nouarũ rerũ expectatione sus pẽsos ad veteris imperii beneuolentiã traducerẽ. Sed nimis hęc multa de me,p̃sertim ad te,a quo vno oĩm sociorũ querelę audiunt:cognosces ex iis,q meis institutis se recreatos putãt.

Clientelę. Cyprus insula &c.

Cũq; oẽs vno ppe cõsensu,de me apud te ea,q̃ mihi optatissima sunt,p̃dicabũt,tũ duę maximę clientelę tuę Cyprus insula,& Cappadocię regnũ,tecũ de me loquent. Puto etiã regẽ Deiotarũ,q vni tibi est maxime necessari⁹. Quę si etiã maiora sũt,& in oĩb⁹ seculis pauciores v[illegible]

rí reperti ſunt,q̃ ſuas cupídítates,q̃ qui hoſtiũ copias vincerent,eſt ꝓfecto tuũ,cũ ad res belli cas hęc q̃ rariora & difficiliora ſunt,genera virtutis adiũxeris ípas etiã illas res geſtas iuſtío res eſſe,& maiores putare.Extremũ illud eſt,vt quaſi diffídẽs rogationí meę,philoſophiã ad te allegẽ,qua nec míhí charior vlla vnq̃ res in vita fuit,nec hoím generi maius a deís mun⁹ vllũ eſt datũ.Hęc igit̃,q̃ míhí tecũ cõmunis eſt ſocietas ſtudiorũ, atq; artiũ noſtrarũ, qbus a pueritía dediti,ac deuincti,ſoli propemodũ philoſophiã illã verã,& antiquã,quę quibuſdam otíi eẽ,ac deſidię videtur,in forũ,atq; in rẽpu.atq; in ipſam aciem pene deduximus,tecũ agit de mea laude,cui negari a Catone fas eſſe non puto. Quamobrem ſic tibi perſuadeas velim, ſi mihí tua ſententia tributus honos ex meis literis fuerit, me exiſtimaturũ cum auctoritate tua,tum beneuolentía erga me,míhí quod maxime cupierím,contigiſſe. Vale. Philoſoꝓphía.

M.CATO.M.T.C.IMPE.S.P.D.

QVod & reſpu.me,& noſtra amicitía hortat̃,libenter facío,vt tuã virtutẽ, innocentiã,díligẽtiã cognitã in maximis rebus,domí togatí,armatí foris,parí induſtría adminiſtrare gaudeã.Itaq; qđ ꝓ meo iudício facere potui,vt innocẽtía,cõſilioq; tuo defenſã ꝓuíciã, ſeruatũ Ariobarzanis cũ ipo rege regnũ, ſociorũ reuocatã ad ſtudiũ ímperíí noſtri voluntatẽ,ſentẽtía mea,& decreto laudarẽ,feci.Supplicationẽ decretã,ſi tu qua in re níhil fortuito, ſed ſumma tua rõne,& cõtinẽtía reip.ꝓuiſum eſt,díis ímortalib⁹ gratulari nos,q̃ tibí referre acceptũ mauis,gaudeo.Q; ſi triũphi ꝓrogatiuã putas ſupplicationẽ,& idcírco caſum potius,q̃ te laudarí mauis,neq; ſupplicationẽ ſequit̃ ſemp triumphus,& triumpho multo clarius eſt ſenatũ iudícare potius mãſuetudine, & ínocẽtía imperatoris ꝓuinciã,q̃ vi militũ aut benígnitate deorum retentã,atq; cõſeruatã eſſe.Qđ ego mea ſentẽtía cẽſebã, atq; hęc ego idcírco ad te cõtra conſuetudinẽ meã pluribus ſcripſi,vt qđ maxime volo exiſtímes me laborare,vt tibí perſuadeam,me & voluiſſe de tua maieſtate, qđ ampliſſimũ ſum arbitratus, & qđ tu maluiſtí factũ eſſe gaudere. Vale,& nos dílige,& inſtituto ítinere ſecuritatẽ dílígentiãq; ſociís, & reip.ꝑſta. Tuã virtutem togatí.

M.T.C.M.CATONI S.P.D.

AEtus ſum laudarí me,inquit Hector, opínor apud Neuíũ,abs te pater laudato víro.Ea eſt.n.profecto iucũda laus,q̃ ab íís proficíſcit̃,qui ípſi in laude vixerunt.Ego vero vel gratulatione literarũ tuarũ, vel teſtimoníis ſentẽtię dictę níhil eſt qđ me nõ affecutũ putem.Idq; míhí tũ ampliſſimũ,tũ gratiſſimũ eſt,te libẽter amicitię dediſſe, qđ líquído veritatí dares.Et ſi nõ modo vnus,verũ etiã multí Catones eſſent in ciuitate noſtra,in qua vnũ extitíſſe mírabile eſt,quem ego currũ,aut quã lauream cũ tua laudatione conferrẽ:Nam ad meũ ſenſum,& ad illud ſyncerũ,ac ſubtile iudiciũ níhil poteſt eſſe laudabilius,q̃ ea tua oratio, q̃ eſt ad me perſcrípta a meís neceſſariís.Sed cauſam meę volũtatís,nõ em̃ dícam cupídítatís,expoſui tibí ſuperioribus líteris.Quę etiã ſi parũ iuſta tibí viſa eſt,hanc tñ habet rationẽ,vt non nímis concupíſcendus honos,ſed tñ ſi deferatur a ſenatu, mínime aſpernãdus eſſe videatur. Spero autem illum ordinem pro meis ob rempu.ſuſceptís laboríbus,me non índígnum honore,vſitato pręſertim exiſtímaturũ.Quod ſi ita erit,tantũ ex te peto,quod amiciſſíme ſcríbis,vt cum tuo iudício,qđ ampliſſimũ eſſe arbitrarís,mihí tríbueris,ſi id quod maluero acciderit,gaudeas.Sic em̃ feciſſe te, & ſcripſiſſe, & verius ſenſiſſe vídeo: reſq; ipſa declarat tibí illum honorem noſtrum ſupplicationís fuiſſe iucundũ,q; ſcríbendo affuiſtí.Hæc enim ſenatuſcõſulta nõ ígnoro ab amiciſſímis eius,cuius de honore agitur,ſcríbí ſolere.Ego,vt ſpero, te propediem vídebo:atq; vtínam repub.meliore,q̃ timeo. Vale. Laudatí ab laudato. Laus iucunda. Cato.

M.T.C.PROCONS.M.MARCELLO CON.S.P.D.

TE & pietatís in tuos,& animí in rẽpu.& clariſſimí atq; optimi conſulatus C.Marcello cõſule facto fructũ cepiſſe vehemẽter gaudeo.Non dubito quin ꝑſentes ſentiant. Nos quidẽ lõginqui,& a te ipo miſſi in vltimas gẽteis,ad cęlũ mehercule tollim⁹ veriſſimis,ac iuſtiſſimis laudib⁹.Nã cũ te a pueritia tua vnice dilexerím,tuq; me in omní genere ſemp ampliſſimũ eſſe,& volueris,& iudicaris,tũ hoc vel tuo facto,vel Po.Ro.de te iudício multo acri⁹,vehemẽtiuſq; díligo,maximaq; lętitia afficíor,cũ ab hoíb⁹ prudẽtiſſimis,viriſq; optimis, oíb⁹ dictis,factis,ſtudiis,inſtitutis,vel me tui ſimilẽ eſſe audío,vel te mei.Vnũ vero ſi addís ad ꝑclariſſimas res cõſulatus tui,vt aut míhí ſuccedat q̃primũ alíqs, aut ne qd accedat tẽporis ad id,qđ tu mihi,& ſenatuſcõſulto,& lege finiſtí,ꝺoía me per te cõſecutũ putabo.

Cura vt valeas,& me absentẽ diligas,atq; defendas.Quę mihi de Parthis nũciata sunt, qa nõ putabã a me etiã nũc scribenda esse publice,propterea ne pro familiaritate quidẽ nostra voluí ad te scríbere,ne cũ ad consulẽ scripsissem,publice viderer scripsisse. Vale.

M.T.C.PROCONS.C.MARCELLO CONS.DESIG.S.P.D.

Honorẽ tibi deos fortunare volo.

MAxima sum lętitia affectus,cũ audiui te cõsulẽ factũ esse, eũq; honorem tibi Deos fortunare volo, atq; a te pro tua, parẽtisq; tui dignitate administrari. Nam cũ te semper dilexi,amauiq;,cũ mei amantissimũ cognoui in omni varietate rerũ mearũ,tum patris tui pluribus beneficiis, vel defensus tristibus temporibus,vel ornatus secũdis, necesse est vt & sim totus vester, & esse debeam.Cũ psertim matris tuę grauissimæ,atq; optimæ fœminæ,maiora erga salutẽ,dignitatemq; meam studia,q̃ erant a muliere postulanda,perspexerim. Quapropter a te peto maiorem in modũ,vt me absentẽ diligas,atq; defendas. Vale.

Diligere. Amare.

M.T.C.PROCON.M.MARCELLO COLLEGAE.S.D.P.

MArcellum tuũ cõsulẽ factũ,teq; ea lętitia affectum esse, quã maxime optasti, mirum in modum gaudeo,idq; cum ipsius causa,tum q̃ te omnibus secundissimis rebus dignissimũ iudico, cuius erga me singularem beneuolentiã, vel in labore meo,vel in honore perspexi. Totam deniq; domũ vestram, vel salutis,vel dignitatis meę studiosissimã,cupidissimãq; cognoui.Quare gratum mihi feceris,si vxori tuæ Iunię grauissimæ,atq; optimæ fœminæ,meis verbis eris gratulatus.A te id,quod suesti,peto,me absentem diligas,atq; defendas. Vale.

M.T.C.IMP.C.MARCELLO CONS.DESIG.S.P.D.

Hominem neminem.

OVando id accidit,qđ maxime mihi fuit optatũ, vt oĩm Marcellorũ, Marcellinorum etiã,(mirificus.n.nominis,ac generis vestri fuit erga me semper animus).Quando ergo ita accidit,vt omniũ vestrũ studio tuus cõsulatus satis facere posset,in quẽ meę res gestę,lausq;,& honor earũ potissimũ incideret, peto a te id,qđ facillimũ factu sit,non aspernante,vt confido,senatu, vt g̃honorificentissimũ senatusconsultũ literis meis recitatis faciendũ cures.Si mihi tecũ minus esset,q̃ est cũ tuis oĩbus,allegarẽ ad te illos,a qbus intellígis me p̃cipue dilígi. Patris tui beneficia in me sunt amplissima.Neq;.n.saluti meę,neq; honori amicior quisq̃ dici potest.Frater tuus quãti me faciat,semperq; fecerit,esse hominem qui ignoret,arbitror nemínem.Domus tua deniq; tota me semper omnibus summis officiis p̃secuta est. Neq; vero tu in me diligendo cuiq̃ concessisti tuorũ.Quare a te peto maiorem in modũ, vt me per te g̃oratissimum velis esse,meãq; & in supplicatione decernenda, & in cęteris rebus existimationẽ satis tibi esse commendatam putes. Vale.

M.T.C.IMP.C.MARCELLO CONS.DESIG.S.P.D.

OVantę tibi curę meus honos fuerit,& q̃ idem extiteris consul in me ornãdo & amplificãdo,qui fueras semp cũ parẽtibus tuis, & cũ tota domo, etsi res ipsa loquebat,cognoui tñ ex meorũ oĩm literis.Itaq; nihil ẽ tãtũ,qđ ego nõ tua causa debeã, facturusq; sim nõ studiose, ac líbenter. Nã magni interest, cui debeas:debere aũt nemíni malui,q̃ tibí,cui me cũ studia cõmunia, beneficia paterna,tuaq; iam ante cõiunxerant,tum accedit, mea quidẽ sententia maximũ vínculũ,q̃ ita rẽpu.geris,atq; gessisti,qua mihi charius nihil est,vt quantũ tibí oẽs boni debeant,quo minus tantundẽ ego vnus debeã,non recusem. Quãobrẽ tibí velim hi sint exítus,quos mereris,& quos fore cõfido.Ego,si me nauigatio nõ morabitur, quę incurrebat in ipsas Etesias,propediem te,vt spero,videbo. Vale.

Etesiæ.

M.T.C.IMP.L.PAVLO CONS.DESI.S.P.D.

STsi mihi nũq̃ fuit dubiũ, quin te populus Ro.pro tuis summis in rẽpu. meritis,& p amplissima familię dignitate,summo studio,cũctis suffragiis cõsulem facturus esset, tñ incredibili lętitia sum affectus, cũ id mihi nũciatũ est: eũq; honorẽ tibí deos fortunare volo,a teq; ex tua,maiorũq; tuorũ dignitate administrari. Atq; vtinã pręsens illũ diem mihi optatissimum videre potuissem,proq; tuis amplissimis erga me studiis, atq; bñficiis tibí operã meã, studiũq; nauare.Quã mihi facultatẽ,quãdo hic nec opinatus,† & improuisus puincíæ casus eripuit,tñ vt te consulem rẽpub. pro tua dignitate gerentem videre possim,magnopere a te

Nauare tibi operam. † nec ipro-uisus.

pto,vt operã des,effícias,ne quíd míhí fiat íníurię,neve quíd tẽporís ad meũ annuũ munus accedat.Qđ ſi feceris,magnus ad tua priſtína erga me ſtudía cumulus accedet. Vale.

M.T.C.IMP.L.PAVLO CONS.S.P.D.

MAxíme mihí fuít optatũ Romæ eſſe tecũ multas ob cauſas, ſed p̃cípue vt & ín pętẽdo,& ín gerẽdo cõſulatu meũ debitũ tíbí ſtudíũ pęrſpícere poſſes. At pętitionis qdẽ tuę ratío míhí ſemp fuít explorata,ſed tñ nauare operã volebã.In conſulatu vero cupío eqdẽ te mínus habere negotii: ſed moleſte fero me cõſulẽ tuũ ſtudíũ adoleſcẽtis pęrſpęxíſſe:te meũ cũ íd ętatis ſim,pęrſpícere nõ poſſe.Sed íta,fato neſcío quo cõtigíſſe arbitror, vt tibí ad me ornãdũ ſemp detur facultas,míhí ad remunerandũ níhíl ſuppętat,p̃ter volũtatẽ.Ornaſti conſulatũ, ornaſtí reditũ meũ.Incidit meũ tẽpus rerũ gerẽdarũ ín íp̃m cõſulatũ tuũ.Itaq; cũ & tua ſumma amplitudo,& dignitas,& meus magnus honos,magnaq; exíſtímatio poſtulare vídeat,vt a te plurímís verbís cõtẽdã,ac pętã,vt q̃honorifícẽtíſſime Senatuſcõſultũ de meís reb⁹ geſtís faciẽdũ cures,nõ audeo vehemẽter a te cõtẽdere,ne aut ípſe tuę pęrpętuę cõſuetudínís erga me oblítus eſſe vídear,aut te oblítũ putẽ. Quare vt te velle arbitror,ita faciã,atq; ab eo,quẽ oẽs gẽtes ſciũt de me optíme meritũ,breuiter pętã.Sí alíí cõſules eſſent,ad te potiſſimũ Paule mitterẽ,vt eos míhí q̃amiciſſímos redderes . Nũc cũ tua ſumma poteſtas,ſummaq; auctorítas,notaq; oĩbus noſtra neceſſítudo ſit,vehemẽter te rogo,vt & q̃honorificẽtíſſime cures decernẽdũ de meís reb⁹ geſtís,& q̃celerríme.Dignas res eſſe & honore,& gratulatione cognoſces ex íís literís quas ad te,& collegã,& Senatũ publíce miſí:omníũq; mearũ reliquarũ rerũ, maximeq; exíſtímatíonís meæ procuratíonẽ ſuſceptã velím habeas.In primíſq; tíbí curæ ſit, qđ abs te ſuperíoríbus quoq; líterís pętíuí,ne míhí tempus prorogetur.Cupío te cõſulẽ vídere,omníaq; quæ ſpero cũ abſens, tum etiã præſens te conſule aſſequí. Vale.

Operam nauare.

M.T.C.C.CASSIO PROQVAEST.S.P.D.

MArcũ Fabiũ,q; míhí amícũ tua cõmendatíone das,nullũ in eo facío quęſtũ. Multí.n.anní ſunt,cũ ílle ín ære meo eſt, & a me dílígít ꝓpter ſummã eíus humanítatẽ,& obſeruãtiã.Sed tñ,q; ab eo egregíe díligeris, multo ei amícíor ſum factus.Itaq;,q̃q̃ ꝓfecerint literę tuæ,tñ aliquãto plus cõmẽdatíonís apud me habuít animus ípſius erga te míhí pſpectus & cognitus . Sed de Fabío faciemus ſtudioſe q̃ rogas, tu multís de cauſis vellẽ me cõuenire potuiſſes.Primũ,vt te,quẽ iãdiu plurimí facio,tãto ĩteruallo vídẽre.Deíde vt tíbí,qđ feci p̃ líteras, poſſem p̃ſens gratulari.Tũ vt quíbus de rebus vellemus,tu tuís,ego meís ínter nos cõmunícaremus.Poſtremo vt amícítía noſtra,q̃ ſummís offícíís ab vtroq; cultа eſt,ſed lõgís interuallís tẽporís interruptã cõſuetudínẽ habuít,cõfírmareť vehementíus. Id quãdo nõ accídít,vtemur bono líterarũ,& eadẽ fere abſentes,q̃ ſi corã eſſem⁹, cõſeq̃mur. Vnus ſcílícet ílle fructus q ín te vídẽdo eſt,pcípí líterís nõ poteſt,alter gratulationis eſt,& ís quidẽ exílíor,q̃ ſi tíbí,te ípm íntuẽs gratulárer.Sed tñ & feci ante,& facío nũc,tibiq; cũ p re rũ magnítudíne,quas geſſíſtí,tũ p opportunítate tẽporís gratulor,q; te de ꝓuíncía decedẽtẽ ſumma laus,& ſumma gratía ꝓuíncię ꝓſecuta eſt. Tertíũ eſt,vt id qđ de noſtrís rebus corã cõmunícaſſemus ínter nos,cõfícíamus ídẽ líterís.Ego cęterarũ rerũ cauſa tíbí Romã ꝓpærãdũ magnope cẽſeo.Nã & ea q̃ relíquí,tranquílla de te erãt,& hac tua recẽti victoría tã clarũ aduentũ tuũ fore íntellígo.Sed ſi q̃ ſunt onera tuoq;,ſi tãta ſunt vt ea ſuſtínere poſſís, níhíl tíbí erít lautíus,níhíl glorioſius.Sín maíora,cõſídera,ne ín alíeníſſímũ tẽpus cadat aduentus tuus.Huí⁹ reí totũ cõſílíũ tuũ eſt.Tu.n.ſcís qd ſuſtínere poſſís. Sí potes,laudabíle,atq; popularе eſt.Sín plane nõ potes,abſens hoĩm ſermones facílí⁹ ſuſtinebís.De me aũt ídẽ tecũ íís agolíſs,qđ ſupíoríbus egí,vt omneís tuos neruos ĩ eo cõtẽdas,ne qd míhí ad hãc prouíncíã,quã & Senatus & Populus annuã eſſe volũt,tẽporís ꝓgeť.Hoc a te íta cõtẽdo, vt ín eo fortunas meas poſítas putẽ.Habes Paulũ noſtrũ noſtrí cupídíſſímũ,eſt Curío,eſt Furnius.Síc velím enítare,quaſí ín eo ſint míhí oĩa.Extremũ íllud eſt de íís q̃ ꝓpoſuerã,confírmatío noſtrę amícítię,de qua plurĩbus verbís níhíl opus eſt.Tu puer me appętiſtí: ego aũt ſemp ornamẽto te míhí fore duxí.Fuiſtí etiã p̃ſídío triſtiſſímís meís tẽporíbus.Acceſſit poſt tuũ diſceſſum familiaritas míhí cũ Bruto tuo maxima.Itaq; ín veſtro ingenío,& índuſtría míhí plurímũ, & ſuauitatís,& dignitatís cõſtitutũ puto.Id tu,vt tuo ſtudío cõfírmes,te vehemẽter rogo:líteraſq; ad me,& contínuo mittas,& cũ Romam venerís,q̃ſæpiſſime. Vale.

In ęre meo

Gratul.

Ornamẽto præſidioq; eſſe.

Epistolarum familiarium

M.T.C.C.CASSIO.S.P.D.

TSi vterq; nostrũ spe pacis,& odio ciuilis sanguinis abesse a belli necessaria ptinacia voluit,tñ quãdo eius cõsilii princeps ego fuisse videor,plus fortasse tibi pstare ipse debeo,q̃ a te expectare. Etsi,vt sepe soleo mecũ recordari,sermo familiaris meus tecũ,& itẽ mecũ tuus adduxit vtrũq; nostrũ ad id cõsiliũ,vt vno plio putaremus si nõ totã causam, at certe nostrũ iudiciũ definiri cõuenire, neq; quisq̃ hãc nostrã sententiã vere vnq̃ reph̃edit. Prętereo,q arbitrant melius esse deleri oino rẽp.q̃ imminutã, & debilitatã manere. Ego aũt ex interitu eius nullã spem scilicet mihi pponebã, ex reliquiis magnã. Sed ea sunt cõsecuta,vt magis mirũ sit accidere illa potuisse,q̃ nos nõ vidisse ea futura,nec cũ hoies essemus,diuinare potuisse. Eqdẽ fateor meã cõiecturã hãc fuisse,vt illo quasi quodã fatali plio facto,& victores cõmuni saluti cõsulere vellent,& victi sue. Vtrũq; aũt positũ esse arbitrari in celeritate victoris. Que si fuisset,eãdẽ clemẽtiã expta esset Aphrica, quã cognouit Asia,quã etiã Achaia,&,vt opinor,ipso legato,ac depcatore. Amissis aũt tẽporib9 q̃ plurimũ valẽt,pstertim in bellis ciuilibus,interpositus ann9 alios induxit vt victoriã speraret,alios vt ipm vinci cõtemneret: atq; horũ maloq; oim culpã fortuna sustinet. Quis.n.aut Alexandrini belli tãtã morã huic bello adiũctũ iri,aut nescio quẽ istũ Pharnacẽ Asię terrorẽ illaturũ putaret? Nos tñ in cõsilio pari, casu dissimili vsi sumus. Tu.n.eã ptẽ pteristi,vt & cõsiliis interesses,& qd maxime curã leuat,futura animo perspicere posses. Ego qui festinaui vt Cæsarem in Italia videre,(Sic enim arbitramur) eũq; multis honestissimis viris conseruatis redeũtẽ,ad pacẽ currẽtẽ,vt aiũt,incitarẽ,ab illo longissime,& absum,& abfui. VERSOR aũt in gemitu Italiæ,& in vrbis miserrimis querelis,q̃bus aliqd opis fortasse ego pro mea,tu pro tua,pro sua quisq; pte ferre potuisset, si auctor affuisset. Quare velim pro tua erga me beneuolẽtia,scribas ad me qd videas,qd sentias,qd expectãdũ,quid agẽdũ nobis existimes. Magni erũt mihi tuæ literę: atq; vtinã primis illis quas Luceria miseras,paruissem. sine vlla em̃ molestia dignitatem meam retinuissem. Vale.

Magni erũt literæ.

M.T.C.C.CASSIO.S.P.D.

Litera. Idola. Spectra.

DVto te iã suppudere, cũ hæc tertia epistola ante te oppressit, q̃ tu schedulã, aut literã,sed nõ vrgeo. Lõgiores.n.expectabo,vel potius exigã. Ego si semp haberẽ cui darẽ,vel ternas in hora darẽ. Fit em̃ nescio qd, vt quasi corã adesse videare,cũ scribo aliqd ad te. Neq; id κατ' εἰδωλικὴν φαντασίας vt dicũt tui amici noui,q̃ putãt etiam διανοητικὰς φαντασίας spectris Catianis excitari.

Catius Epicureus.

Nã ne te fugiat Catius insup Epicureus,q̃ nuper est mortuus,quæ ille Gargatius etiã ante Democritus εἴδωλα, hic spectra nominat. his aũt spectris etiã si oculi possent feriri,q; velis ipsa currũt,animus q̃ possit,ego nõ video: doceas tu me oportebit. Cum saluus veneris,in mea ne potestate sit spectrũ tuũ,vt simulac mihi collibitũ sit,de te cogitare illud occurrat,neq; solũ de te,q̃ mihi hæres in medullis. Sed si insulã Britanniã cœpero cogitare,eius εἴδωλον mihi aduolabit ad pectus. Sed hæc posterius: tento em̃ te quo animo accipias. Si.n.stomachabere,& moleste feres,plura dicemus,postulabimusq; ex q̃ hęresi vi hoib9 armatis deiectus sis,in eã restituare. In hoc interdicto nõ solet addi in hoc anno. Quare si iã bienniũ,aut trienniũ est,cũ virtuti nũciũ remisisti,delinitus illecebris voluptatis,in integro res nobis erit. q̃q̃ qcũ loquor! cũ vno fortissimo viro,q̃ postea q̃ forũ attigisti, nihil fecisti, nisi plenissimũ amplissimę dignitatis,in ista ipsa αἱρεσι metuo ne plus neruoq; sit,q̃ ego putarim. Si modo eã tu pbas. Quid tibi in mẽtẽ venit,inquies? quia nihil habebã aliud,qd scriberem: de rep.enim nihil scribere possum,neq; enim qd sentio libet scribere. Vale.

Nũciũ remittere.

M.T.C.C.CASSIO.S.P.D.

Præposteri tabellarii.

PRæposteros habes tabellarios, etsi me quidem non offendunt,sed tamen cũ a me discedunt flagitant literas: cum ad me veniũt,nullas afferunt. Atq; id ipsum facerent cõmodius,si mihi aliquid spatii ad scribendũ darent,sed Petasati veniũt,comites ad portam expectare dicunt: ergo ignosces,alteras habebis,has breueis,sed expecta πάντα περὶ πάντων. Etsi ego me tibi purgo, cũ tui ad me inanes veniãt,ad te cũ epistolis reuertãtur,tñ ad te scribã aliquid. Nos hic D.Syllam patrẽ mortuũ habebamus: alii latronibus, alii cruditate dicebant. populus non curabat,combustũ enim esse cõstabat. hoc tu pro sapientia tua feres equo ani-

Petasati.

mo,q̄q̄ πρόσωπον πόλεως amiſimus.Cęſarē putabāt moleſte laturū,verētē ne haſta refrixiſſet. Perſonam
Mindius Marcellus,& Accius Pigmētarius valde gaudebat ſe aduerſariū pdidiſſe. De Hiſpa vrbis.
nia nouī nihil,ſed expectatio valde magna,rumores triſtiores,ſed ἀδέσποτοι.Panſa noſter pa- Haſtam re
ludatus ad.iii.Cal.Ian.pfectus eſt,vt quis intelligere poſſet,id qđ tu nup dubitare cœpiſti,τὸ frigere.
καλὸν, δι' αὐτὸ αἱρετὸν eſſe.Nā ꝙ multos miſeriis leuauit, & ꝙ ſe in his malis hominē pbuit,
mirabilis eū virorꝫ bonorꝫ beneuolētia pſecuta eſt. Tu ꝙ adhuc Brūduſii moratus es,valde
probo,& gaudeo:& mehercule puto te ſapiēter facturū,ſi ἄχθος πῖλον fueris.Nobis qdē q
te amamus, erit gratū.&,amabo te,cū dabis poſthac aliquid domū literarū, mei memineris. Amabo te.
Ego nunq̄ quēq̄ ad te cum ſciam,ſine meis literis ire patiar. Vale.

M.T.C.C.CASSIO S.P.D.

Longior epiſtola fuiſſet,niſi eo ipſo tempore pętita eſſet a me, cū iam iretur Iocatur.
ad te:longior autem ſi φαιδρὸν aliquem habuiſſet. Nam ἀσφάλειαν ſine
pęriculo vix poſſumus.Ridere igit̄, inquies,poſſumus.Nō mehercule facilli
me,verūtamē aliā aberratiōnē a moleſtiis nullā habem⁹. Vbi igitur,inquies,
philoſophia tua! & qdē in Culina mea moleſta eſt.Pudet enim ſeruire:itaꝙ Philia vbi.
facio,me alias res agere,ne cōuitiū Platonis audiā.De Hiſpania nihil adhuc
certi,nihil omnino nouī. Te abeſſe,mea cauſa moleſte fero,tua gaudeo.Sed flagitat tabella-
rius.Valebis igitur,meꝙ vt a puero feciſti,amabis.

C.CASSIVS.M.T.C.S.P.D.

On mehercule in hac mea pęregrinatione quicq̄ libentius facio,q̄ ſcribo ad
te.Videor enim cū pſente loqui,& iocari. Nec tamē hoc vſu venit propter
ſpectra Catiana: pro quo tibi proxima epiſtola tot ruſticos Stoicos regerā,
vt Catiū Athenis natū eſſe dicas.Panſam noſtrū ſecunda volūtate hominē
paludatū exurrexiſſe cū ipſius cauſa gaudeo,tū mehercule etiā oim noſtrū.
Spęro em̄ hoies intellecturos,quāto ſit oibus odio crudelitas,& quāto amo
ri probitas,& clementia,atꝙ ea quę maxime mali pętant, & cōcupiſcant,ad bonos pęruenire.
Difficile eſt.n.hoibus pſuadere τὸ καλὸν δι' αὐτὸ αἱρετὸν eſſe,ἡδονὴν vero & δι' ἀξίαν virtute,iu
ſtitia,ꝙ καλῷ parari,& verū,& pbabile eſt.Ipſe.n.Epicurus,a quo oēs Catii,& Amafinii ma Epicurus.
li verboꝝ iterpres pficiſcunt̄,dicit,οὐκ ἔστιν ἡδέως ἄνευ τοῦ καλῶς, καὶ δικαίως ζῆν.Itaꝙ & Pāſa q
ἡδονὴν ſequit̄,virtutē retinet:& ii q a nobis φιλήδονοι vocant̄, ſunt φιλόκαλοι, καὶ φιλοδίκαιοι,
omneiſq; virtutes & colūt,& retinēt.Itaꝙ Sylla, cuius iudiciū pbare debemus, cū diſſentire Sylla.
phos videret,nō q̄ſiuit qd bonū eſſet,& oīa bona coemit.cui⁹ ego mortē forti mehercule aīo
tuli.Nec tñ Cæſar diutius nos eū deſiderare patiet̄.Nā habet damnatos,quos ꝑ illo nobis re
ſtituat:nec ipſe ſectorē deſiderabit,cū filiū viderit.Nūc ad rēp.redeā.Quid ī Hiſpaniis gerat̄, Sector.
reſcribe.Pereā,niſi ſollicitus ſum,ac malo veterē,& clemētē dominū habere,q̄ nouū,& crude
lē expęriri. Scis Cneus q̄ ſit fatuus, ſcis quomodo crudelitatē virtutē putet, ſcis q̄ ſe ſemp a Cn.Pomp.
nobis deriſum putet.Vereor,ne nos ruſtice gladio velit† ἀνδικτρίσαι.qd fiat,ſi me diligis,re †ἀνδμυκτη
ſcribe.Hui q̄ velim ſcire vtrū iſtas ſollicito animo,an ſoluto legas.Scies.n.eodē tēpore,qd me ρίσαι.
facere oporteat,ne lōgior ſim.Vale,& me vt facis,ama.Si Cęſar vicit,celeriter me expecta.

M.T.C.C.TREBONIO.S.P.D.

Oratorem meū,ſic enim inſcripſi,Sabino tuo cōmēdaui.Natio me hominis Orator
impulit,vt ei recte putarem.niſi forte candidatoꝝ licentia hic quoꝙ vſus, Ciceronis.
hoc ſubito cognomen arripuit: etſi modeſtus eius vultus, ſermoꝙ cōſtās
habere quiddā a Curibus videbatur. Sed de Sabino ſatis. Tu mi Treboni
quādo ad amorē meū aliquantū olim diſcedens addidiſti, quo tolerabilius
feramus igniculū deſiderii tui,crebris nos literis appellato,atꝙ ita, ſi idem
fiet a nobis. q̄q̄ duę cauſę ſunt,cur frequētior in iſto officio eſſe debeas,q̄ nos.Primū,ꝙ olim
ſolebant,qui Romæ erant,ad prouincialeis amicos de rep.ſcribere:nūc tu nobis ſcribas opor
tet.Res enim publica iſtic eſt.Deinde ꝙ nos aliis officiis tibi abſenti ſatisfacere poſſum⁹ : tu
nobis niſi literis,nō video qua re alia ſatisfacere poſſis.Sed cętera ſcribes ad nos poſtea. Nūc
hęc primo cupio cognoſcere,iter tuū cuiuſmodi ſit ad nos,vbi Brutum noſtrū videris,q̄diu
ſimul fueris.Deinde cum proceſſeris longius,de bellicis rebus,de toto negotio,vt exiſtimare
poſſimus quo ſtatu ſimus.Ego tātū me ſcire putabo, quantū ex tuis literis habebo cognitū.
Cura vt valeas,meꝙ ames amore illo tuo ſingulari. Vale.

M.T.C.C.TREBONIO.S.P.D.

Accedere.

ET epistolam tuã legi libẽter,& librũ libẽtissime:sed tñ in ea voluptate hunc accepi dolorẽ,q cũ incendisses cupiditatẽ meã,cõsuetudinis augendę nostrę, (nã ad amorẽ qdẽ nihil poterat accedere) tũ discedis a nobis,meq tãto desiderio afficis,vt vnã mihi cõsolationẽ relinquas,fore vt vtriusq nostrũ absentis desideriũ crebris,& longis epistolis leniatur.Qd ego nõ modo de me tibi spondere possum,sed de te etiã mihi.Nullã em̃ apud me reliquisti dubitationem,quantũ me amares.Nã,vt illa omittã,quę ciuitate teste fecisti,cũ mecũ inimicitias communicasti,cũ me cõcionibus tuis defendisti,cũ quęstor in mea, atq in publica causa consulũ parteis suscepisti,cũ trib.pl.quæstor nõ paruisti,cui tuus pcertim collega pareret:vt hęc recẽtia quę meminero semp,obliuiscar,quę tua sollicitudo de me in armis,q̃ lętitia i reditu,quæ cura,q dolor,cũ ad te curę,& dolores mei pferrent,Brundusiũ deniq te ad me vẽturũ fuisse, nisi subito in Hispaniã missus esses:Vt hęc igit omittã,quę mihi tãti æstimanda sunt,quãti vitã æstimo,& salutẽ meã,Liber iste,quẽ mihi misisti,quantã habet declarationẽ amoris tui? Primũ,q tibi facetũ videt quicqd ego dixi,qd aliis fortasse non idẽ.Deinde q illa siue facetasint,siue sic fiũt narrãte te,venustissima,quin etiam ante q̃ ad me veniatur,risus omnis pene cõsumitur. Qz si in his scribẽdis nihil aliud,nisi qd necesse fuit,de vno me tãdiu cogitauisses,ferreus essem,si te nõ amarẽ.Cũ vero ea q̃ scriptura persecutus es,sine summo amore cogitare nõ potueris,nõ possum existimare plus quẽq̃ a se ipso,q̃ me a te amari.Cui quidẽ ego amori,vtinã cęteris rebus possem,amore certe respondebo:quo tñ ipso tibi cõfido futurũ satis.Nũc ad epistolã venio,cui copiose,& suauiter scriptæ nihil est qd multa respondeã. Primũ em̃ ego illas Caluo literas misi,nõ plus q̃ has,quas nũc legis,existimãs exituras.Aliter.n. scribimus qd eos solos quibus mittimus,aliter qd multos lecturos putamus.Deinde ingeniũ eius melioribus extuli laudibus,q̃ tu id vere potuisse fieri putas.Primũ q ita iudicabã,acute mouebat:genus quoddã sequebatur:in quo iudicio lapsus,quo valebat, tñ assequebatur, qd probaret.Multę erãt & reconditæ literæ,vis nõ erat.Ad eã igitur adhortabar. In excitãdo autẽ & in acuendo plurimũ valet,si laudes eũ,quẽ cohortere.Habes de Caluo iudiciũ, & consiliũ meũ.Consiliũ,q hortandi causa laudaui:iudiciũ,q de ingenio eius valde existimaui bene.Reliquũ est,tuã pfectionẽ amore prosequar,reditũ spe expectẽ,absentẽ memoria colam, omne desiderium literis mittẽdis,accipiendisq leniam. Tu velim tua in me studia,& officia multũ tecũ recordere:quæ cũ tibi liceat,mihi nefas sit obliuisci,non modo virũ bonũ me existimabis,verũ etiam te a me amari plurimũ iudicabis. Vale.

Literę recõditæ.

Amatoria.

M.T.C.EPISTOLARVM FAMILIARIVM. LIBER.XVI.

M.T.C.ET CICERO F.TIRONI HVMANISS.ET OPT.S.P.D.

Quæ tibi essent opus

IDe quãta in te sit suauitas.duas horas Thirei fuimus.Xenomenes hospes tã te diligit,q̃ si vixerit tecũ.Is oĩa pollicitus est,q̃ tibi essent opus:facturum puto.Mihi placebat si firmior esses,vt te Leucadem deportares,vt ibi te plane cõfirmares. Videbis,quid Curio, qd Lysoni, quid Medico placeat . Volebã ad te Marionẽ remittere,quem cum meliuscule tibi esset, ad me mitteres:sed cogitaui vnas literas Marionem afferre posse,me autẽ crebras expectare.Poteris igitur,& facies,si me diligis,vt quotidie sit Acastus i portu.Multi erũt qbus recte literas dare possis,q ad me libẽter pferãt. Equidẽ Patras euntẽ neminẽ ptermittã.Ego omnẽ spem tui diligenter curandi in Curio habeo.Nihil potest illo fieri humanius,nihil nostri amãtius.Ei te totũ trade:malo te paulo valentẽ,q̃ statim imbecillũ videre.Cura igitur nihil aliud,nisi vt tu valeas, cętera ego curabo.Etiam atq etiam vale.Leucade proficiscens.VII.Idus Nouemb.

Paulo.s. post,aut serius.

M.T.C.TIRONI.S.P.D.

SEptimũ iam diem Corcyrę tenebamur.Qu.autẽ pater,& filius Butroti sollicite eramus de tua valetudine mirum in modum,nec mirabamur nihil a te literarum. His enim vẽtis istinc nauigatur,qui si essent,nos Corcyrę nõ sederemus. Cura igitur te & confirma:& cum cõmode,& per valetudinẽm,& per anni tempus nauigare poteris,ad nos

amantíſſimos tuí veni.Nemo nos amat,qui te nõ dílígat.Charus oĩbus,expectatuſq; veníes. Cura vt valeas,etiam atq; etiã Tiro noſter.Vale.XV.Cal.Nouemb.Corcyrę.

M.T.C.TIRONI.S.P.D.

CIcero meus,& frater,& fratris filíus.Paulo facílíus putaui poſſe me ferre deſideriũ tuí,ſed plane nõ fero:& q̃q̃ magní ad honorẽ noſtrũ intereſt,q̃primũ ad Vrbẽ me venire,tñ peccaſſe mihí videor,q a te diſceſſerim.Sed qa tua volũtas ea videbať eſſe,vt prorſus níſi cõfirmato corpore nolles nauígare, approbaui tuũ cõſiliũ.Neq; nũc muto,ſi tu in eadẽ es ſentẽtía.Sin poſtea,q̃ cibũ cepiſti,videris tibi me poſſe cõſequí,tuũ cõſiliũ eſt.Marionẽ ad te eo miſi, vt aut tecũ ad me q̃primũ veniret:aut ſi tu morarere,ſtatim ad me rediret.Tu aũt hoc tibí perſuade,ſi cõmodo valetudínis tuę fieri poſſit,níhil me malle,q̃ te eſſe mecũ. Sin intelliges opus eſſe te Patrís cõualeſcẽdí cauſa paulũ cõmorarí,níhil me malle,q̃ te valere.Sí ſtatím naúigas,nos Leucade cõſequere.Sin te confírmare vís, & comites,& tẽpeſtates, & nauẽ idoneã vt habeas,dílígẽter vídebis. Vnũ illud mi Tiro vídeto,ſi me amas,ne te Marionís aduẽtus, & hę literę moueãt:qđ valetudíní tuę maxíme cõducet,ſi feceris,maxime obtẽperaris voluntatí meę.Hęc p tuo ingenío cõſidera.Nos ita te deſideramus,vt amemus. Amor,vt valentẽ videamus hortať:deſideríũ,vt q̃primũ.Illud igiť potíus.Cura ergo potiſſimũ,vt valeas. De tuís innumerabilibus in me officíís,erit hoc gratiſſimũ.III.Nonas Nouemb. Vale.

Amica.

Eo vt.

M.T.C.TIRONI.S.P.D.

NOn queo ad te,nec lubet ſcríbere,quo animo ſim affectus:tãtũ ſcríbo,& tibí & mihi maxímę voluptatí fore,ſi te firmũ q̃primum vídero. Tertío die abs te ad Alyzíam acceſſeramus. locus eſt citra Leucadem ſtadía. cxx.Leucade, aut te ipſum,aut tuas líteras a Marione putabam me accepturum. Quantum me dílígís,tãtum fac vt valeas,vel quantum te a me ſcís dílígí. Nonís Nouemb.Alyzía.

Actũs díſtantíæ.

Alyzía.

M.T.ET C.ET Q.FR.ET Q.FIL.TIRONI.S.

NOs apud Alyziã,ex quo loco tibí lr̃as añ dederam⁹,vnũ díẽ cõmoratí ſum⁹, q Qu.nos cõſecutus nõ erat.Is díes fuerat Nonís Nouẽb.Inde ante lucẽ pficiſcẽtes,añ diẽ.víii.Idus Nouẽb.has lr̃as dedím⁹.Tu ſi nos omneís amas,& prẽcipue me magíſtrũ tuũ,cõfirma te.Ego valde ſuſpẽſo aĩo expecto,te primũ ſcilicet,deínde Marionẽ,cũ tuís lr̃is.Oẽs cupím⁹,ego ĩ prímís,q̃primũ te vídere,ſed mí Tíro valẽtẽ.Quare níhil ꝓpararís:ſatís quotídie vídero, ſi valebís. Vtílitatibus tuís poſſum carere:te valere tua cauſa primũ volo,tũ mea mi Tíro. Vale.

Satís quotídie.

M.T.ET C.ET Q.FR.ET Q.FIL.TIRONI.S.

MArie ſum affectus tuís literís, valde priore pagina pturbatus, paulũ altera recreatus.Quare nũc qdẽ nõ dubíto,qn quo plane valeas,te neq; nauígatíoní,neq; víę cõmíttas.Satís te mature vídero, ſi plane cõfírmatũ vídero.De medíco,& tu bene exíſtímarí ſcríbís,& ego ſic audío. Sed plane curationes eíus nõ ꝓbo.Ius.n.dãdũ tíbí nõ fuit,cũ κακοσόμαχος eſſes. ſed tñ & ad illũ ſcrípſi accurate,& ad Lyſonẽ.Ad Curíũ vero ſuauiſſimũ hominẽ,& ſummí officíí,ſummęq; humanitatís multa ſcripſi.In hís etiã,vt ſi tíbí vídereť,te ad ſe tranſferret.Lyſo.n. noſter vereor ne negligẽtíor ſit.Primũ,qa oẽs Greci: deínde,q cũ a me líteras accepiſſet,mihí nullas remíſit.ſed eũ tu laudas.Igiť qd faciẽdũ ſit,iudícabís. Illud mi Tíro te rogo,ſumptuí ne parcas vlla in re,†qua ad valetudínẽ opus ſit.Scripſi ad Curíũ, qđ dixiſſes,daret medíco:ipſi puto alíqd dãdũ eſſe,quo ſit ſtudioſior.Innumerabília tua ſunt in me offícia,domeſtíca,forenſia,vrbana,prouíncialía,in príuata,in repub.in ſtudiís,ĩ literís noſtrís.Oía vícerís,ſi,vt ſpero,te validũ vídero.Ego puto te belliſſime,ſi recte erít, cũ q̃ſtore Meſcínío decurſurũ.Non inhumanus eſt,teq;,vt mihi viſus eſt,dílígit:& cũ valetudíní tuæ dílígẽtiſſime cõſuluerís,tũ mí Tíro cõſulíto nauígatíoní.nulla in re iam feſtinare volo,níhíl laboro,níſi vt ſaluus ſis.Sic habeto mí Tiro,neminẽ eſſe,quí me amet,quín idẽ te amet.tu cũ tua,& mea maxime íntereſt te valere,tum multís eſt curæ, adhuc dũ mihí nullo loco deeſſe vis,nũq̃ te cõfírmare potuíſtí.Nũc te níhíl impędit,oía depone,corporí ſeruí:quantã dílígẽtiã in valetudínẽ tuã cõtuleris,tanti me fieri a te iudícabo.Vale mí Tíro,vale,vale,& ſalue. Lepta tíbí ſalutem dícit,& omnes.Vale.VI.Idus Nouemb,Leucade.

†quę.

Vale,vale, vale,& ſalue.Vale.

M.T.ET C.ET Q.ET Q.FIL.TIRONI.S.

†ꝑ haberē

TErtiam ad te hanc epistolā scripsi eadē die, magis instituti mei tenēdi causa, quia nactus erā cui darem, q̄† quo haberē quid scriberem. Igitur illa: quātū me diligis, tantū adhibe in te diligētię. Ad tua innumerabilia in me officia, adde hoc, qđ mihi erit gratissimū omniū: cum valetudinis rationē, vt spero, habueris, habeto etiam nauigationis. In Italiam euntibus omnibus ad me literas dabis, vt ego euntem Patras neminē ptermitto. Cura te mi Tiro: quādo non contigit vt simul nauigares, nihil est qđ festines, nec quicq̄ cures, nisi vt valeas. Etiā atq; etiam vale. Septimo Idus Nouembris. Actio, vesperi.

Actio. Vesperi.

M.T.C.TIRONI.S.

MAgnę nobis est sollicitudini valetudo tua. Nā tametsi qui veniunt ἀκινδυνα λέγουσι, χρονιώτερα δὲ nūciant, tñ in magna cōsolatione ingēs inest sollicitudo, si diutius a nobis abfuturus est is, cuius vsum & suauitatē desiderando sentimus. Attamē q̄q̄ videre te tota cogitatione cupio, tñ te pœnitus rogo, ne te tā lōgę nauigationi, & vię, ꝑ hyemē, nisi bene firmū cōmittas, neve nauiges, nisi explorate. Vix in ipsis tectis, & oppidis frigus infirma valetudine vitat, nedum in mari, & via sit facile abesse ab iniuria temporis. ψύχος δὲ λεπτῷ χρωτὶ πλεμιώτερον, inquit Euripides. Cui tu quātum credas, nescio. Ego certe singulos eius versus, singula eius testimonia puto. Effice, si me diligis, vt valeas, & vt ad nos firmus, ac valens q̄primū venias. Ama nos, & vale. Qu. frater tibi salutem plurimam dicit.

Euripidis auctoritas.

M.T.ET C.ET Q.TIRONI.S.P.D.

MOs a te, vt scis, discessimus ad quartū Nonas Nouemb. Leucadē venimus ad octauū Idus Nouēb. ad septimū Actiū. ibi propter tempestatē ad sextū Idus morati sumus. Inde ad Quintū Idus Corcyrā bellissime nauigauimus. Corcyrę fuimus vsq; ad. XVI. Cal. Decemb. tempestatibus retēti, ad. XII. Calen. Decēb. in portū Corcyręorū, ad Cassodē stadia. CXX. processimus. Ibi retēti vētis fuimus vsq; ad. IX. Cal. Interea, q cupide ꝓfecti sunt, multi naufragia fecerūt, nos eo die cœnati soluimus. Inde austro lenissimo, cęlo sereno, nocte illa, & die postero in Italiā †ad Hydruntem ludibūdi puenimus: eodēq; vento postridie, id erat ad. VII. Cal. Decēb. hora quarta Brūdusiū venimus. Eodēq; tēpore simul nobiscū in oppidū introiit Terētia, q̄ te facit plurimi. Ad. V. Cal. Decēb. seruus Cn. Planci Brundusii tandē aliquādo mihi a te expectatissimas literas reddidit, datas Idibus Nouēb. quę me molestia valde leuarūt, vtinā omnino liberassent. Sed tñ Asclapo medicus plane cōfirmat propēdiē te valētē fore. Nūc qdē ego te hortor, vt omnē diligentiā adhibeas ad cōualescēdū. Tuā prudentiā, tēperantiā, amorem erga me noui. Scio te omnia facturū, vt nobiscū q̄primū sis. Sed tñ ita velim, vt ne qd ꝑ pęres. Symphoniā Lysonis velim vitasses, ne in quartā hebdomadā incideres. Sed quādo pudori tuo maluisti obsequi, q̄ valetudini, reliqua cura. Curio misi, vt medico honos haberet, & tibi daret, qđ opus esset: me cui iussisset, curaturū. Equū, & mulum Brundusii tibi reliqui. Romæ vereor ne ex Cal. Ianuarii magni tumultus sint. Nos agemus omnia modice. Reliquū est, vt te hoc rogē, & a te pętam, ne temere nauiges. Solent nautę festinare quęstus sui causa. Cautus sis mihi Tiro. Mare magnū, & difficile tibi restat. Si poteris cū Mescinio, caute is solet nauigare. Si minus, cū honesto aliquo homine, cuius auctoritate nauicularius moueat. In hoc omnē diligētiā si adhibueris, teq; nobis incolumē ꝑstiteris, omnia a te habebo. Etiā atq; etiam noster Tiro vale. Medico, Curio, Lysoni de te scripsi diligentissime. Vale, Salue.

Symphonia Lysonis Hebdomas quarta.

Nauicularius.

M.T.ET C.TERENTIA, TVLLIA, Q.V.ET Q.V.F.TIRONI.S.P.D.

ETsi opportunitatē opęrę tuę oībus locis desidero, tamē non tam mea, q̄ tua causa doleo, te nō valere. Sed quādo in quartanā cōuersa vis est morbi, sic em̄ scribit Curius, spero te diligētia adhibita etiā firmiorem fore. Modo fac id qđ humanitatis tuę est, ne qd aliud cures hoc tēpore, nisi vt q̄cōmodissime cōualescas. Nō ignoro quātū ex desiderio labores, sed erunt oīa facilia, si valebis: festinare te nolo, ne nauseæ molestiā suscipias æger, & periculose hyeme nauiges. Ego ad Vrbē accessi pridie No. Ianuarii. Ciuilis belli motus. obuiā mihi sic ꝓditū est, vt nihil fieri potuerit honoratius. Sed īcidi ī ipsam flāmā ciuilis discordię, vel potius belli: cui cū cuperē mederi, &, vt arbitror, possem, cupiditates cerroꝝ hoīm

Quartana.

Vrbem ingressus Ci.

nã ex vtraq; pte sunt q pugnare cupiãt,impædimẽto mihi fuerũt omnino.Et ipse Cæsar amícus noster mínaces ad Senatũ,& acerbas líteras míserat,& erat adhuc impudẽs,q exercitũ & prouínciã inuito Senatu teneret,& Curio meus illũ incitabat.Antonius quidẽ noster, & Q. Cassius nulla vi expulsi ad Cæsarẽ cũ Curione ꝓfecti erãt.Posteaq; Senatus cõsulibus,prætoribus,tribunis plebis,& nobis,qui Proconsules sumus,negotiũ dederat,vt curaremus ne qd respublica detrimẽti caperet,nũq; maiore in pericúlo ciuitas fuit, nunq; improbi ciues habuerũt paratiorẽ ducẽ omnino.Ex hac quoq; parte dilígẽtissime cõparatur.Id fit auctoritate, & studio Põpeii nostri,qui Cæsarẽ sero cœpit timere.Nobis inter has turbas Senatus tamẽ frequens flagitauit triũphũ.Sed Lentulus consul quo maius suũ beneficiũ faceret,simulatq; expediſſet quę essent necessaria de rep.dixit se relaturũ.Nos agim9 nihil cupide,eoq; est nostra plurís auctoritas.Italiæ regiones descriptę sunt,quã quisq; partẽ tueretur.Nos Capuã sumpsimus.Hęc te scire volui.Tu etiã,atq; etiã cura vt valeas,literasq; ad me mittas,quotiescũq; habebis cui des.Etiam,atq; etiã vale.Datum pridie Idus Ian.

M.T.C.TIRONI.S.P.D.

QVo in díscrímine versetur salus mea,& bonoꝝ omniũ, atq; vniuersæ reip. ex eo scire potes,q; domos nostras,& patriã ipsam vel diripiendã,vel inflãmandã reliquim9.In eũ locũ res deducta est,vt nísi qs Deus, vel casus alíqs subuenerit,salui esse nequeamus.Eqdẽ vt veni ad vrbẽ, nõ destiti omnia & sentire,& dicere,& facere,quę ad concordiã pertinerẽt:sed mirus inuaserat furor,nõ solũ ímprobos,sed etiã hos qui boni habẽt,vt pugnare cuperẽt, me clamante nihil esse bello ciuili miserius.Itaq; cũ Cæsar amentia quadã raperetur, & oblítus nominis,atq; honoꝝ suoꝝ Arimínũ,Pisaurũ,Anconam,Arretiũ †occupasset,Vrbẽ relíquimus,q̃ sapienter,aut q̃ fortiter,nihil attinet †dísputare.Quo qdẽ in casu simus,vides.Ferũtur omnino conditiones ab illo,vt Põpeius eat in Hispaniã: delectus qui sunt habiti,& prę sidia nostra dimittãtur.Se vlteriorem Galliam Domitio,citeriorem Cõsidio Nouiano (His enim obtigerunt)traditurũ,ad consulatus petitionem se vẽturũ:neq; se iam velle absente se, rationẽ haberi sui,se præsentẽ trinũdinũ petiturũ.Accepimus conditiones, sed ita,vt remoueat præsidia ex his locis quæ occupauit, vt sine metu de iis ipsis cõditionibus Romæ Senatus haberi possit.Id ille si fecerit,spes est pacis.Non eñ honestę leges imponũtur,sed quíduis est melius,q̃ sic esse,vt sumus.Sin ille suis cõditionibus stare noluerit, bellum paratũ est,eiusmodi tamẽ,qd ille sustinere nõ possit:præsertim cũ a suis conditionibus ipse fugerit, tãtum modo vt eũ intercludamus,ne ad Vrbem possit accedere,qd speramus fieri posse.Delectus enim magnos habebamus,putabamusq; illũ metuere,si ad Vrbẽ ire cœpisset,ne Gallias amitteret,quas ambas habet inimicissimas,preter Trãspadanos.Ex Hispaniaq; sex legiones,& magna auxilia Afranio,& Petreio ducibus habet a tergo. videt,si insanier,posse opprimi modo vt Vrbe salua.Maximã aũt plagã accepit,q; is q summã auctoritatẽ ĩ illius exercitu habebat Titus Labienus,socius sceleris esse noluit,reliquit illũ,& nobiscũ est, multiq; idẽ facturi esse dicunt.Ego adhuc oręmaritimę presum a Formiis.Nullũ maius negotium suscipere volui, quo plus apud illũ meę literæ,cohortationesq; ad pacẽ valerent.Sin autẽ erit bellũ,video me castris,& certis legionibus pfuturũ.Habeo etiã illã molestiã,q; Dolabella noster apud Cęsarẽ est.Hęc tibi nota esse volui,quę caue te pturbẽt,& impædiãt valetudinẽ tuã.Ego A.Varroni quẽ cũ amantissimũ mei cognoui,tũ etiã valde tui studiosum,dilígẽtissime te cõmendaui,vt & valetudinis tuæ rationẽ haberet,& nauigationis,& totũ te susciperet,ac tueretur.quẽ oía facturũ confido.Recepit enim,& mecũ locutus est suauissime.Tu quãdo eo tẽpore mecũ esse nõ potuisti,quo ego maxime operã,& fidelitatẽ desideraui tuã,caue festines,aut cõmittas,vt aut ęger,aut hyeme nauiges.Nũq; ego sero te venisse putabo,si saluus veneris.Adhuc nemínem viderã qui te postea vidisset,q̃ M.Volusius,a quo tuas líteras accepi. qd non mirabar. Neq; enim meas puto ad te líteras tanta hyeme perferri.Sed da operã vt valeas:& si valebis, cũ recte nauigari poterit,tũ nauiges.Cicero meus in Formiano erat,Terentia & Tullia Romæ.Cura vt valeas.IIII.Cal.Febr.Capua.

† ínuaserat
†dísputarí
Trinũdinũ
Gallię duę.
Labienus.
Dolabella.
Recepit.

M.T.C.TIRONI.S.P.D.

EGo vero cupío te ad me veníre,sed viã timeo,grauissime ægrotasti:ínedía,& purgationibus,& ví ipsius morbi cõsumptus es:graues solẽt offensiones esse ex grauibus morbis, siqua culpa cõmissa est.Iã ad id biduũ,qd fueris in via,dũ in Cumanũ vene-

Purgationes.

ris,accedēt cōtinuo ad reditū dies qnq;.Ego in Phormiano ad.iiii.Cal.esse volo:ibi te vt firmū offendam mi Tiro effice.Literulę meę siue nostrę tui desiderio oblāguerūt. Hac tñ epla, quā Acąstus attulit,oculos paululū sustulerūt.Pōpeius erat apud me,cū hęc scribebā:hilare, & lībēter ei cupiēti audire nra dixi,sine te oia mea †mutasse. Tu musis nris para vt opas reddas:nostra ad diē dictā fiēt. Docui.n.te fides ἔτοιμον qđ haberet.Fac plane vt valeas, nos ad summū. Vale.xiiii.Cal.Ianuarii.

Hilare. †mutta esse

M.T.C.TIRONI.S.P.D.

Egypta ad mē venit Pridie Idus Aprilis. Is etsi mihi nūciauit te plane febri carere,& belle habere,tñ ꝙ negauit te potuisse ad me scribere,curā mihi attulit,& eo magis ꝙ Hermia,quē eodē die venire oportuerat,nō venerat.In credibili sum sollicitudine de tua valetudine:qua si me liberaris,ego te oñi cura liberabo.Plura scriberē,si iā putarē lībēter te legere posse.Ingeniū tuū qđ ego maximi facio,cōser ad te mihi,tibiq; conseruandū.Cura te etiā,atq; etiā diligenter.Vale.Scripta iam epistola,Hermia venit.Accepi tuā epistolā vacillantibus literulis,nec mirū tā graui morbo.Ego ad te Aegyptam misi,ꝙ nec inhuman⁹ est, & te visus est mihī dilīgere,vt is tecū esset,& cum eo cocum quo vterere.Iterum vale.

Carere febri. Aegypta.

M.T.C.TIRONI.S.P.D.

Ndricus postridie ad me venit,q̄ expectarē.Itaq; habui noctē plenā timorib⁹ ac miseriis.Tuis lr̄is nihilo sū fact⁹ certior,quo mō te haberes,sed tñ sū recreat⁹.Ego oī delectatiōe,lr̄isq; oīb⁹ careo,quas añ q̄ te videro, attīgere nō possum.Medico mercedis quātū poscit,ꝑmitti iubeto:id scripsi ad Mumiū. Audio te aio angi,& medicū dicere ex eo te laborare.Si me dilīgis,excita ex somno tuas lr̄as,humanitatēq;,ꝑpter quā mihi es charissim⁹.Nūc opus est te aio valere,vt corpore possis.Id cū tua,tū mea causa facias a te pęto.Acastū retine,quo cōmodius tibi ministrēt.Cōserua te mihi,dies ꝑmissorum adest,quē etiā repsentabo, si aduenerīs. Etiā atq; etiā vale.III.Idus Aprilis.

Cum & tū.

M.T.C.TIRONI.S.P.D.

Mnia a te data mihi putabo,si te valētē videro.Summa cura expectabā aduētū Menādri,quē ad te miserā.Cura,si me dilīgis,vt valeas:& cū te bene cōfirmaris,ad nos venias. Vale.iiii.Idus Aprilis.

Tiro manu missus.

Q V.C.M.CICERONI FRATRI.S.P.D.

E Tirone mi Marce, ita te,meūq; Ciceronē, & meā Tulliolā, tuūq; filiū vidēā,vt mihi gratissimū feciſti,cū eū indignū illa fortuna,nobis amicū,q̄ seruū esse maluisti.Mihi crede,tuis,& illi⁹ lr̄is plectis,exilui gaudio,& tibi ago gratias,& gratulor.Si.n.mihi Statii fidelitas est tātę voluptati,quātę esse in isto hęc eadē bona debēt additis lr̄is,sermonib⁹,humanitate,q̄ sunt his ipīs cōmodis potiora!Amo te oīb⁹ eqdē de maximis causis,verū etiā ꝑpter hāc, vel ꝙ mihi sic,vt debuisti,nūciasti.Te totū ī lr̄is vidi.Sabini pueris,& ꝑmisi oia,& faciā.Vale.

Amo te de maximis causis.

M.T.C.TIRONI.S.P.D.

Ideo qđ agas, tuas quoq; epistolas vis referā in volumina.Sed heus tu, qui κἀνὼν esse meoꝝ scriptoꝝ soles,vnde illud tā ἄκυρον, valetudini fideliter inseruiēdo!Vnde in istū locū fideliter venit,cui verbo domiciliū est ꝑpriū in officio,migrationes ī alienū multę.Nā & doctrina,& domus,& ars,& ager, etiā fidelis dici pōt,vt sit, quemō Theophrasto placet, verecunda tralatio. Sed hęc corā.Demetri⁹ venit ad me,quo qdē comitatu ἀφωμοίλκᾳ satis scis. & tu eū videlicet nō potuisti videre,cras aderit,videbis igit̄.Nā ego hinc perendie mane cogito. Valetudo tua me valde sollicitat,sed inseruī,& fac oīa:tū te mecū esse, tū mihi cumulatissime satisfacere putato.Cuspio ꝙ operā dedisti,mihi gratū ē.Valde.n.eius cā volo. Vale.

Fideliter ī propriē positum. Hīc cogito

M.T.C.TIRONI.S.P.D.

Vid igit̄!nō sic oportet! Eqdē cēseo,sic addēdū,etiā suo:sed si placet,īuidia vitet,quā qdē ego sępe cōtēpsi.Tibi διαφώνκσιν gaudeo ꝑfuisse.Si vero etiā Tusculanū,Dii boni,quāto mihi illud erit amabili⁹.Sed si me amas, qđ qdē aut facis,aut ꝓbelle simulas,qđ tñ ī modū ꝓcedit:sed vtut est,īdulge valetudini tuę:cui qdē tu adhuc, dū mihi deseruis, seruisti nō satis.ea qđ postulet,nō ignoras. πέψιν, ἀλυπίαν, πδίπαρν, σύμμετρον, τέρψιν, εὐλυσίαν κοιλίας. Fac bellus reuertare,nō modo te,sed etiā Tusculanū nostrū plus amem.†Parhedrū excita,vt †hortum ipse cōducat,sic olitorē ipm cōmouebis.Helluo nequissimus sestertia ducenta da-

Indulge. †Perhedū. †hedum.

bat nullo aprico horto,nullo emissario,nulla macería,nulla casa.Is ne nos tãta impensa derí deat,calface hoiem,vt ego Motonẽ.Itaq; abutor coronis.De Crabra qd agaẽ,etsi nũc qdẽ etiã nimiũ est aquę,tñ velim scire.Horologiũ mittã,& libros,si erit sudũ.Sed tu nullos ne tecũ lí bellos,an pangis aliqd Sophocleũ!fac opus appareat.Aligurius Cæsaris familiaris mortuus est,bonus homo,& nobis amicus.Te qñ expectemus,fac vt sciã.Cura te diligenter. Vale. *Sí erit sudum.*

M.T.C.TIRONI.S.P.D.

EXpecto tuas lras de multis reb⁹,te ipm multo magis.Demetriũ redde nrm,& aliud,si qd potes boni.De Aufidiano noĩe nihil te hortor,scio tibi curę eẽ,sed cõfice.Et si ob eã rẽ morarís,accipio causam.si te id nõ tenet,aduola.Lras tuas valde expecto. Vale. *De multis rebus.*

M.T.C.TIRONI.S.P.D.

SOllicitat,ita viuam,me tua mi Tiro valetudo: sed cõfido si diligentiã,quã istituisti, adhibueris,cito te firmũ fore.Libros cõpone,videlicet cũ Metrodoro lubebit, qñ ei⁹ arbitratu viuẽdũ est,cũ Olitore,vt videt.Tu potes Calẽ.expectare gladiatores,postri die redire,& ita censeo.verũ,vt videbitur.Cura te,(si me amas)diligenter. Vale.

CI.FIL.TIRONI SVO DVLCISS.S.P.D.

VIm vehemẽter tabellarios expectarẽ quotidie, aliqñ venerunt post diẽ.xl.& sextũ,q̃ a vobis discesserant,quorũ mihi fuit aduẽtus optatissim⁹.Nã cũ maximam cepissem lętitiã ex humanissimi,& charissimi patris epistola, tũ vero iucũdissimę tuę literę cumulũ mihi gaudii attulerũt. Itaq; me iã nõ pœnitebat intercapedinẽ scribẽdi feciſſe,sed potius lętabar.Fructũ.n.magnũ humanitatis tuę capiebã ex filẽtio mearũ literarũ.Vehemẽter igit gaudeo te meã sine dubitatione accepisse excusationẽ.Gratos tibi,optatosq; esse,q de me rumores afferunt, nõ dubito mi dulcissime Tiro,p̃staboq; & enitar,vt in dies magis,magisq; hæc nascẽs de me duplicet opinio.Quare qd pollicerís te buccinatorẽ fore existimationis meę,firmo id,cõstãti q; animo facias licet.Tantũ.n.mihi dolorẽ,cruciatũq; attulerunt errata ętatis meę,vt nõ solum animus a factís,sed aures quoq; a cõmemoratione abhorreãt.Cuius te sollicitudinis, & doloris participẽ fuisse,notũ,exploratũq; est mihi,nec id mirũ. Nam cũ oĩa mea causa velles mihi succesſa,tũ etiã tua:sociũ eñ te meorũ cõmodorũ semp esse volui. Qz igit tũ ex me doluisti,nũc vt duplicet tuũ ex me gaudiũ,p̃stabo.Cratippo me scito nõ vt discipulũ,sed vt filiũ esse coniunctissimũ.Nã cũ & audio illũ libẽter,tũ etiã eius propriã suauitatẽ vehementer amplector.Sum totos dies cũ eo,noctisq; sępenumero partẽ.exoro eñ vt mecũ q̃sępissime cœnet.Hac introducta cõsuetudine sępe insciẽtib⁹ nobis, & cœnãtibus obrepit,sublataq; seueritate philosophię,humanissime nobiscũ iocat. Quare da operã,vt hunc talẽ, tam iucundũ,tã excellentẽ virũ videas q̃primũ.Nam qd ego de Bruto dicã! quẽ nullo tẽpore a me patior discedere,cui⁹ cũ frugi,seueraq; est vita,tũ etiã iucũdissima cõiunctio. Nõ est eñ seiunctus † locus a philologia,& quotidiana συζητήσει.Huic ego locum in proximo cõduxi,& vt possum, ex meis angustiis illius sustento tenuitatem.Præterea declamitare græce apud Cassium instituí,latine aũt apud Brutũ exerceri volo.Vtor familiaribus, & quotidianis cõuictorib⁹,quos secũ Mitylenis Cratipp⁹ adduxit,hoib⁹ & doctis,& illi p̃batissimis.Multũ etiã mecũ ẽ Epicrates princeps Atheniẽsiũ, & Leonides,& horũ cęteri filęs.τὰ μὲν οὖν καθ' ἡμᾶς. De Gorgia autẽ qd mihi scribis,erat qdẽ ille ĩ quotidiana declamatiõe vtilis,sed oĩa postpositi, dũmõ p̃ceptis p̃ris parerẽ.διαλέγεσθαι.n.scripserat,vt eũ dimittrerẽ statĩ.tergiuersari nolui,ne mea nimia αὐθαδεία suspitionẽ ei aliquã iportaret.Deide illd ẽt mihi succurrebat,graue eẽ me de iudicio p̃ris iudicare.Tuũ tñ studiũ,& cõsiliũ gratũ,acceptũq; ẽ mihi.Excusationẽ angustiarũ tui tpis accipio.scio.n.q̃ soleas eẽ occupat⁹.Emisse te p̃diũ vehemẽter gaudeo,feliciterq; tibi rẽ istã euenire cupio.Hoc loco me tibi gratulari,noli mirari.Eodẽ.n.fere loco,tu quoq; emisse te,fecisti me certiorẽ.Habes vbi deponẽdę sint vrbanitates,rustic⁹ roman⁹ fact⁹ es.Cũ ego mihi nũc añ ocłos tuũ iucũdissimũ cõspectũ ppono,videor videre emẽtẽ te rusticas res,cũ villico loquẽtẽ, in lacinia seruãtẽ ex mẽsa scda semina.Sed qd ad rẽ ptinet,me tũ tibi defuisse,q̃q̃,ac tu,doleo. Sed noli dubitare mi Tiro,qn te subleuatur⁹ sim,si mõ fortuna me.p̃sertim cũ sciã cõem nobis emptũ eẽ istũ fũdũ.De mãdatis qd tibi curę fuit,est mihi gratũ.Sed pero a te, vt q̃celerrime mihi librari⁹ mittat,maxime quidẽ græcus. Multũ.n.mihi eripit operę in exscribẽdis hypomnematis. Tu velim in primis cures, vt valeas,vt vna συμφιλολογῆν possimus. Antherũ tibi cõmendo. Vale. M.T.C.TIRONI.S.P.D. *Buccinator. Existimationis meę. Successa. Cratippus. Brutus. † iocus a philosophia. Librarius Hypomnemata.*

SPero ex tuis lr̃is tibi meli⁹ eē,cupio certe.Cui qdē rei om̃i rōne cura vt īseruias,& caue suspiceris cōtra volūtatē meā te facere,ꝙ nō sis mecū,mecū es si te curas.Quare malo te valetudini tuę seruire,q̃ meis oculis, & aurib⁹. Etsi em̃ & audio te,& video libēter,tñ hoc multo erit,si valebis,iucundius.Ego hic cesso,qa ipse nihil scribo,lego aūt libētissime. Tu istic,si qd librarii mea manu nō ītelligēt,mōstrabis.vna oīno īterpositio difficilior est,quā ne ipe q dē facile† legere soleo.De quadrimo Catone.De Triclinio cura,vt facis.Tertia aderit, mō ne Publi⁹ rogatus sit.Demetri⁹ iste nūq̃ oīno Phalereus fuit, sed nūc plane Bilienus est. Itaq; te do vicariū,tu eū obseruabis.Etsi verūtamē de illis,nosti cętera.Sed tñ si quē cū eo sermonem habueris,scribes ad me,vt mihi nascat̃ epl'ę argumētū,& vt tuas q̃longissimas lr̃as legā.Cura mi Tiro,vt valeas,hoc mihi grati⁹ facere nihil potes.Vale. M.T.C.TIRONI.S.P.D.

Librarii.

† facile soleo.

Demetrius

TV vero cōfice professionē,si potes. etsi hęc pecunia ex eo gñe est, vt professiōe nō egeat.Verūtamē Balb⁹ ad me scripsit,tāta se epiphora oppressum,vt loq nō possit.Antoni⁹de lege qd egerit,liceat mō rusticari,ad Bithynicū scripsi.De Seruilio tu videris,q senectutē nō cōtēnis.Etsi Attic⁹ noster, q quōdā me cōmoueri πανικοῖς intellexit,idē semp putat,nec videt qbus p̃sidiis philosophię septus sim:& Hercle,ꝙ timidus ipse est, θορυβοποιεῖ. Ego tñ Antonii inueteratā sine vlla offensiōe amicitiā retinere sane volo,scribāq; ad eū,sed nō ante,q̃ te videro.nec tñ te auoco a syngrapha,cras expecto Leptā. etem̃ ad cuius rutā pulegio mihi tui sermonis vtendum est.Vale. M.T.C.TIRONI.S.P.D.

Epiphora.

Panici.

Ad rutā pulegio &c.

STsi mane Harpalū miserā,tñ cū haberē,cui recte darē literas,etsi noui nihil erat,iisdē de reb⁹ volui ad te sępius scribere,nō quin diffiderē diligētię tuæ, sed rei magnitudo me mouebat.Mihi prora,& puppis,vt Gręcorū ꝓuerbiū est,fuit a me tui dimittendi, vt rōnes nostras explicares. Offilio,& Aurelio vtiq; satisfiat:a flāma,si nō potes oēm partē,aliquā velim extorqueas. In primisq;,vt expedita sit pensio Calē.Ian.de attributione cōficies:de repręsentatione videbis.De domesticis rebus hactenus,de publicis oīa mihi certa,quid Octauius,quid Antonius,q̃ hoīm opinio,quid futurū putes,ego vix teneor,qn accurrā. Sed lr̃as tuas expecto,& scito Balbū,tū fuisse Aquini,cū tibi est dictū,& postridie Hirciū puto.Vtriq; ad aquas Semas qd egerint,Dolabellę procuratores fac vt admoneant̃.appellabis etiā Appiam.Vale. CICERO FIL.TIRONI.S.P.D.

Prora & puppis.

ETsi iusta,& idonea vsus es excusatiōe ītermissionis lr̃arū tuarū,tñ id ne sæpius facias rogo. Nā etsi de reip.rumorib⁹, & nūciis certior fio,& de sua ī me volūtate semp ad me pscribit pater,tñ de quauis minima re scripta a te ad me epistola semp fuit gratissima.Quare cū in primis tuas desiderem literas,noli cōmittere, vt excusatione poti⁹ expleas officiū scribēdi,q̃ assiduitate literarū.Vale. Q.CICERO TIRONI.S.D.

Intermissio

VErberaui te cogitationis tacito dūtaxat cōuitio,ꝙ fasciculus alter ad me iā sine tuis literis platus est.Nō potes effugere hui⁹ culpę pœnā,te patrono, Mar.est adhibēdus.Isq; diu,& multis lucubrationib⁹ cōmētata oīone,vide vt ꝓbare possit,te nō peccasse.Plane te rogo,sicut olim matrē nostrā facere memini,q̃ lagenas etiā inaneis obsignabat,ne dicerent̃ inanes aliq̃ fuisse, q̃ furtim essent exiccatę:sic tu etiā si qd scribas,nō habebis,scribito tñ,ne furtū cessatiōis q̃siuisse videaris.Valde.n.mihi semp & vera & dulcia tuis epistolis nunciant̃.Ama nos,& vale. Q.C.TIRONI.S.P.D.

Te patrono.

Memini.

Attende facetiam.

MIrificā mihi verberationē cessationis epl'a dedisti. Nā q̃ parcius frater pscripserat,verecūdia videlicet,& properatione, ea tu sine assentatione, vt erant, ad me scripsisti, & maxime de cōsulibus designatis,quos ego penitus noui libidinum,& lāguoris effœminatissimi animi plenos.qui nisi a gubernaculis recesserint, maximū ab vniuerso naufragio periculum est.Incredibile est,quę ego illos scio oppositis Gallorum castris in ęstiuis fecisse:quos ille latro,nisi aliquid firmi⁹ fuerit,societate vitiorū deliniet. Res est aut tribunitiis, aut priuatis consiliis munienda. Nam isti duo vix sunt digni, quibus alteri Cesenam, alteri Cossutianarum tabernarū fundamenta credas. Te,vt dixi,fero oculis.Ego vos ad.IIII.Calen. videbo,tuosq; oculos,etiam si te veniens in medio foro videro,dissauiabor.Me ama.Vale.

Incredibile est quę illos scio fecisse.

Dissauiari.

M.T.C.EPISTOLARVM FAMILIARIVM FINIS.

M.T.C.EPISTOLARVM AD BRVTVM LIBER.

M.T.C.BRVTO.S.

CLODIVS Trib.ple.designatus valde me dilígit, vel vt ἐμφαλικώτερον dícam, valde me amat. Qđ cum mihi ita persuasum sit, non dubito (bene enim me nosti) quin il lum quoq; iudices a me amari. Níhil enim mihi minus hominis videtur, q̃ non respondere in amore iis a qui bus prouocere. Is mihi visus est suspicari, nec sine ma gno meo quidem dolore, alíquid a suis, vel pr suos po tius inimicos ad te esse delatum, quo tuus animus a se esset alienior. Non soleo mi Brute (quod tibi notũ esse arbitror) temere affirmare de altero. Est enim perículo sum propter occultas hominum voluntates, multipli ces q; naturas. Clodii animum perspectum habeo, cogni tum, iudicatum. multa eius indicia, sed ad scribendum non necessaria. Volo enim hoc testimonium tibi vide ri potius, q̃ epistolam. Auctus Antonii beneficio est, eius ipsius beneficii magna pars a te est. Ita eum saluis nobis vellet saluum. In eum autem locum rem adductam intellígit (est enim vt scis, minime stultus) vt vtriq; salui esse non possint. Itaq; nos mauult. De te vero amicissi me & loquitur, & sentit. Quare, si quis secus ad te de eo scripsit, aut si coram locutus est, pe to a te etiã, atq; etiã, mihi vt potius credas, qui & facilius iudicare possum, q̃ ille nescio quis, & te plus díligo. Clodium tibi amicissimum existima, ciuemq; talem, qualis & prudentissim⁹, & fortuna optima esse debet.

Dílígo. Amo. Redamandum est. Clodii cõmendatio.

M.T.C.BRVTO.

SCripta, & obsignata iã epistola literę mihi redditę sunt a te, plenę rerũ noua rum, maximeq; mirabiles, Dolabellã quinq; cohortes misisse in Cherrhonne sum. Adeo ne copiis abũdat, vt is q ex Asia fugere dicebat, Europã appete re conet? Quinq; aũt cohortib⁹ qd se nã facturũ arbitratus est, cũ tu eo quin q; legiones, optimũ equitatũ, maxima auxilia haberes? Quas quidẽ cohortes spero iã tuas esse, qm̃ latro ille tã fuit demẽs, & tuũ cõsiliũ vehemẽter laudo, q; nõ pri⁹ tuũ exercitũ Apollonia Dyrrhachioq; mouisti, q̃ de Antonii fuga audisti, Bruti eru ptione, Po.Ro. victoria. Itaq; qđ scribis postea statuisse te ducere exercitũ in Cherrhõnesum, nec pati sceleratissimo hosti ludíbrio esse ĩperiũ Po.Ro. facis ex tua dignitate, & e repu. Qđ scribis de seditiõe, q̃ facta est in legione quarta de Antoníis, qđ dicã in bonã partẽ accipias, magis mihi ꝓbat militũ seueritas, q̃ tua. Te beneuolẽtiã exercitus, equitũq; expertũ esse vehe mẽter gaudeo. De Dolabella, vt scribis, si qd habes noui, facies me certiorẽ: in quo valde dele ctor, me añ puidisse, vt tuũ iudiciũ liberũ esset cũ Dolabella belli gerẽdi, & id valde ptinuit, vt ego tũ intellígebã, ad rẽp. vt nũc iudico, ad dignitatẽ tuã. Qđ scribis, me maximo otio egis se, vt isectarer Antonios, idq; laudas, credo ita videri tibi, sed illã distinctionẽ tuã nullo pacto ꝓbo. Scribis, n. acrius phibẽda bella ciuília esse, q̃ in superatos iracũdiã exercendã. Vehemen ter a te Brute dissentio, neq; clemẽtię tuę cõcedo, sed salutaris seueritas vincit ĩanẽ specíẽ cle mẽrię. Q; si clemẽtes esse voluerimus, nũq̃ deerũt bella ciuília. Sed de hoc tu videris. De me possum idẽ, qđ Plautin⁹ pater in Trinũmo. Mihi qdẽ ętas acta ferme est, tua istuc refert maxi me. Opprimemini (mihi crede) Brute, nisi puideritis. Neq; n. populũ semp eundẽ habebitis, neq; Senatũ, neq; † Senat⁹ ducẽ. Hęc ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta, níhil põt esse verius. XIIII. Calen. Maii.

Dolabellæ conatus. Plautinus pater. † Senatí.

M.T.C.BRVTO.S.

NOstrę res meliori loco videbãtur. Scripta em̃ ad te certo scio, quę gesta sunt. qualeis tibi sępe scripsi Consules, tales extiterunt. Cæsaris vero pueri mirifi ca índoles virtutis, vtinã tã facile eũ florẽtẽ & honorib⁹ & gratia regere, ac tenere possimus, q̃ facile adhuc tenuim⁹. Est oĩno illud difficilius, sed tñ nõ diffidimus. Persuasum est em̃ adolescẽti, & maxime p me, eius opera nos eẽ saluos. & certe, nisi is Antoniũ ab vrbe auertisset, periissẽt oĩa. Tríduo vero aut quatríduo añ hãc rẽ pulcherrimã, timore quodã pculsa ciuitas tota ad te se cũ cõiugib⁹

Octauii laus.

& liberis effundebat: eadem recreata ad. XII. Calen. Maii te huc venire, q̃ se ad te ire malebat. Quo qdē die magnorū meorū laborū, multarūq; vigiliarū fructū cepi maximū, si modo est ali quis fructus ex solida, veraq; gloria. Nam tantę multitudinis, quantā capit Vrbs nostra, concursus est ad me factus: ea cum vsq; in capitoliū deductus, maximo clamore, atq; plausu in rostris collocatus sum. Nihil est in me inane, neq; em̃ debet. Sed tamen omnium ordinum consensus, gratiarū actio, congratulatioq; me cōmouet propterea, q; popularē me esse in populi salute pręclarū est. Sed hęc te malo ab aliis audire: me velim de tuis rebus, cōsiliisq; facias dili gentissime certiorem. Illudq; cōsideres, ne tua liberalitas dissolutior videatur. Sic sentit senatus, sic Po. Ro. nullos vnq̃ hosteis digniores omni supplicio fuisse, q̃ eos ciueis, q; hoc bello cōtra patriam arma ceperunt: quos quidē ego oībus sententiis vlciscor, & persequor oībus bonis approbantibus. Tu quid de hac re sentias, tui iudicii est. Ego sic sentio, triū fratrum vnā & eandem esse causam. Consules duos, bonos quidē, sed duntaxat bonos amisimus. Hircius q dem in ipsa victoria occidit, cum paucis diebus magno pręlio ante vicisset. Nam Pansa fugerat vulneribus acceptis, quę ferre non potuit. Reliquias hostiū Brutus persequit, & Cæsar.

Popularem esse in pop. salute.

Secta M. Antonii.

Hostes autem omnes iudicati, qui M. Antonii sectam secuti sunt. Itaq; id senatusconsultum, pleriq; interpretant etiam ad tuos, siue captiuos, siue dedititios pertinere. Equidem nihil dif ferui durius, cum nominatim de C. Antonio decernerem, q; ita statueram, a te cognoscere causam eius senatum oportere. X. Calen. Maii.

M. BRVTVS M. T. CICERONI. S.

Antonii tres.

OVanta sim lętitia affectus cognitis rebus Bruti nostri, & consulum, facilius est tibi existimare, q̃ mihi scribere. Cū alia laudo, & gaudeo accidisse, tum q; Bruti eruptio nō solū ipsi salutaris fuit, sed etiā maximo ad victoriā adiumento. Quod scribis triū Antoniorū vnā, atq; eandē causam esse, quid ego sentiam, mei iudicii esse statuo nihil, nisi hoc: Senatus, aut Po. Ro. iudicium esse de his ciuib⁹, qui pugnātes nō interierint. At hoc ipsum inquies inique facis, q; hostilis animi in rēp. hoīes ciueis appelles, immo iustissime. Qd enim nondū Senatus censuit, nec Po. Ro. iussit, id arroganter nō prędudico, neq; reuoco ad arbitriū meum. Illud qdem non muto, q; ei quē me occidere res non coegit, neq; crudeliter quicq̃ eripui, neq; dissolute quicq̃ remisi: habuiq; in mea potestate, quoad bellū fuit. Multo quidē honestius iudico, magisq; qd cōcedere possit resp. miserorū fortunā nō insectari, q̃ infinita tribuere potētibus, q̃ cupiditatē, & arrogantiā incēdere possint. Qua in re Cicero vir optime, ac fortissime mihi q; merito, & meo noīe, & reip. charissime, nimis credere videris spei tuę, statimq;, vt quisq; aliquid recte fecerit, oīa dare, ac permittere, quasi nō liceat traduci ad mala cōsilia corruptū largitionibus aīm. Quę tua est hūanitas, equo aīo te moneri patieris, pīsertim de cōmuni salute: facies tñ qd tibi visum fuerit, etiā ego, cū me docueris. Nūc Cicero, nūc agēdū est, ne frustra oppressum esse Antoniū gauisi simus, neu semper primi cuiusq; mali excidendi causa sit, vt aliud renascat illo peius. Nihil iam neq; opinātibus, aut patientibus nobis aduersi euenire potest, in quo nō cū omniū culpa, tum prędipue tua futura sit, cuius tantā auctoritatē Senatus, ac Po. Ro. non solum esse patitur, sed etiam cupit, quāta maxime in libera ciuitate vnius esse potest: quam tu non solum bene sentiendo, sed etiam prudenter tueri debes. Prudētia porro, quę tibi supereſt, nulla abs te desideratur, nisi modus in tribuēdis honoribus. Alia omnia sic abūde adsunt, vt cū quolibet antiquorū cōparari possint tuę virtutes. Vnum hoc grato animo, liberaliq; profectum, cautiorem, ac moderatiorē liberalitatē desiderat. Nihil em̃ Senatus cuiq̃ dare debet, qd male cogitantibus exēplo, aut prędidio sit. Itaq; timeo de consulatu, ne Cęsar tuus altius se ascendisse putet decretis tuis, q̃ inde, si consul factus sit, descensurum. Q; si Antonius ab alio relictū regni instrumentum occasionem regnandi habuit, quonā animo fore putas, si quis auctore non tyranno interfecto, sed ipso Senatu putat se imperia quælibet concupiscere posse! Quare tum & facilitatē, & prouidentiā laudabo tuā, cum exploratum habere cœpero Cęsarē honoribus, quos acceperit, extraordinariis fore contētum. Alienę igitur inquies, culpę me reū facies! prorsus alienę, si prouideri potuit, ne existeret. qd vtinā inspecta re possis timorem de illo meū. His literis scriptis, te consulē factum audiuim⁹. Tum vero incipiam proponere mihi rēpu. iustā, & iam suis nitentē viribus, si istuc videro. Filius valet, & in Macedoniam cū equitatu prędmissus est. Idibus Maiis. ex castris.

Antonii tres.

Prędudico.

Admonitoria.

De Cęsare prudēter.

Extraordinarii honores.

Cic. Cōsul.

M. T. C. MARCO BRVTO. S.

AD quintũ Calendarũ Maii, cũ de iis qui hostes iudicati sunt bello persequendis sentẽtię dicerẽtur, dixit Seruilius etiã de Vẽtidio, & vt Cassius persequeret Dolabellã. Cui cũ essem assensus, decreui hoc amplius, vt tu, si arbitrarere vtile fore, & e repu. esse, persequerere Dolabellã bello. Si minus id commodo reipu. facere posses, siue nõ existimares e repu. esse, vt in iisdem locis exercitũ contineres. Nihil honorificẽtius potuit facere Senatus, q̃ vt tuum esset iudicium, quid tibi maxime conducere reipu. videretur. Equidem sic sentio, si manum habet, si castra, si vbi consistat vspiã Dolabella, ad fidem, & ad dignitatẽ tuam pertinere eũ persequi. De Cassii nostri copiis nihil sciebamus: neq; em̃ ab ipso vllę literę, neq; nunciabatur quicq̃, qđ p certo haberemus. Quantopere autẽ interfit opprimi Dolabellam, profecto intelligis, tum vt sceleris pœnas persoluat, tum ne sit, quo se latronũ duces ex Mutinensi fuga conferant. Arq; hoc mihi iam in te placuisse, potes ex superioribus meis literis recordari: q̃q̃ tum & fugę portus erat in tuis castris, & subsidiũ salutis in tuo exercitu. quo magis nũc liberati (vt spero) periculis, in Dolabella opprimendo occupati esse debemus. Sed hęc cogitabis diligẽtius, statues sapienter. Facies nos, qđ cõstitueris, & qđ agas (si tibi videbitur) certiores. Ciceronẽ nostrũ in vestrũ collegiũ cooptari volo. Existimo oĩno absentiũ rationẽ sacerdotũ comitiis posse haberi: nã etiã factum est antea. C. em̃ Marius, cũ in Cappadocia esset, lege Domitia factus est augur, nec quo minus id postea liceret, vlla lex sanxit. Est etiã in lege Iulia, q̃ lex est de sacerdotiis pxima, his verbis. Qui petit, cuiusve ratio habebit. aperte ĩdicat posse rationẽ haberi, etiã nõ pśentis. Hac de re scripsi ad eũ, vt tuo iudicio vteret, sicut in rebus oĩbus. Tibi aũt statuendũ est de Domitio, & de Catone nostro. Sed q̃is liceat absentis rationẽ haberi, tamẽ omnia sunt prędentibus faciliora. Q̃z si statueris in Asiam tibi eundum, nulla erit ad comitia nostros accersendi facultas. Omnino Pansa viuo celeriora omnia putabamus. Statim em̃ collegam sibi subrogasset: deinde ante prætoria, sacerdotum comitia fuissent. Nunc per auspicia longam moram video. Dum em̃ vnus erit patricius magistratus, auspicia ad patres redire nõ possunt. Magna sane pturbatio. Tu tota de re quid sentias, velim me facias certiorem. III. Nonarum Maii.

Pro certo.
Interfit.
Cic. filium cooptari in colleg.
Lex Domitia.
Lex Iulia de sacerdo.
Auspicia.

M. BRVTVS M. T. CICERONI. S.

NOli expectare, dum tibi gratias agã: iampridẽ hoc ex nostra necessitudine, q̃ ad summã beneuolẽtiã peruenit, sublatum esse debet. Filius tuus a me abest, in Macedonia congrediemur. Iussus est enim Ambraciã ducere equites per Thessaliam, & scripsi ad eũ, vt mihi Heracleam occurreret. Cum eũ videro (quoniam nobis permittis) cõmuniter constituemus de reditu eius ad petitionẽ, aut ad cõmendationẽ honoris. Tibi Glicona medicũ Pãsę, qui sororẽ Achilleos nostri in matrimonio habet, diligentissime cõmendo. Audimus eũ venisse in suspitionẽ Torquato de morte Pansę, custodiriq; vt parricidã. nihil minus credendũ est. Quis em̃ maiorem calamitatẽ morte Pansę accepit? pręterea est modestus homo, & frugi, quẽ ne vtilitas quidẽ videat impulsura fuisse ad facinus. Rogo te, & quidẽ valde rogo (nã Achilleus noster nõ min9 q̃ ęquũ est, laborat) eripias eũ ex custodia, cõseruesq;. Hoc ego ad meũ officium priuatarũ rerũ ęque, atq; vllã aliam rẽ pertinere arbitror. Cũ has ad te scriberẽ literas, ab Satrio legato Caii Trebonii reddita est mihi epistola, a Tullio, & Deiotaro Dolabellã cęsum, fugatũq; esse. Grecã epistolã tibi misi Cycherei cuiusdã ad Satriũ missam. Flauius noster de cõtrouersia, quã habet cũ Dyrrhachinis hęreditariã, sumpsit te iudicẽ: rogo te Cicero, & Flauius rogat, rẽ cõficias. quin ei q Flauiũ fecit hęredẽ, pecuniã debuerit ciuitas, nõ est dubiũ, neq; Dyrrhachini inficiant, sed sibi donatũ ęs alienũ a Cęsare dicũt. Noli pati a necessariis tuis necessario meo iniuriã fieri. XVII. Calendarũ Iunii, ex castris ad imam Candauiam.

Glíconis cõmendatio.
Habet in matrimonio.
Dolabellæ fuga.
Ex cast. ad imam Cãd.

M. BRVTVS M. T. CICERONI. S.

BIbulus q̃ charus mihi esse debeat, nemo melius iudicare põt, q̃ tu, cuius tantę pro repu. contentiones, sollicitudinesq; sunt fueruntq;. Itaq; vel ipsius virtus, vel nostra necessitudo debet cõciliare te illi, quo minus multa mihi scribenda esse arbitror. Volũtas. n. te mouere debet nostra, si modo iusta est, aut p officio necessario suscipit. Is Pansę locũ petere cõstituit, eã nominationem a te petimus: neq; cõiunctiori dare beneficiũ, q̃ nos tibi sum9, neq; digniorẽ notare potes, q̃ Bibulũ. De Domitio, & Apuleio quid attinet ad me scribere, cũ ipsi per se ti-

Cõmenda.

bi cõmendatíſſimi ſint? Apuleiũ vero tu tua auctoritate ſuſtinere debes. Sed Apuleius, in ſua epiſtola celebrabitur. Bibulum noli dimittere ex ſinu tuo tantũ iam virum, ex quãto (crede mihi) poteſt euadere, qui veſtris paucorum reſpondeat laudibus.

Veſtris paucorum. Cõmend.

M.T.C.MARCO BRVTO.S.

MVltos tibi cõmendo, & cõmendem neceſſe eſt. optimus em̃ quiſq; vir, & cuius ſequitur iudicium tuũ: tibiq; oẽs fortes viri nauare operam, & ſtudium volunt: nec quiſq̃ eſt, quin ita exiſtimet, meã apud te, & gratiã, & auctoritatem valere plurimũ. Sed C. Naſenniũ municipẽ Sueſſanũ tibi ita cõmẽdo, vt neminẽ diligẽtius. Cretẽſi bello Metello imperatore octauũ principẽ duxit: poſtea in re familiari occupatus fuit. Hoc tẽpore cũ reip. partibus, tũ tua excellenti dignitate cõmotus † vellet per te aliquid auctoritatis aſſumere. Fortẽ virũ Brute tibi commendo, frugi hominẽ, & ſi quid ad rem pertinet, etiam locupletem. Pergratum mihi erit, ſi eum ita tractaris, vt merito tuo mihi gratias agere poſſit.

Princeps octauus. † valeat.

M.T.C.MARCO BRVTO.S.

EVngerer officio, quo tu functus es in meo luctu, teq; p̃ literas cõſolarer, ni ſi ſcirẽ his remediis, q̃bus meũ dolorẽ tu leuaſſes, te in tuo nõ egere, ac velim facili⁹, q̃ tũc mihi, nũc tibi tute medeare. Eſt. n. alienũ tãto viro, vt es tu, q̃d alteri p̃ceperit, id ipſum facere nõ poſſe. Me quidẽ tũ rationes, quas collegeras, tum auctoritas tua, a nimio mœrore deterruit. Cum enim mollius tibi ferre viderer, q̃ deceret virũ, p̃ſertim eũ qui alios cõſolari ſoleret, accuſaſti me p̃ literas grauioribus verbis, q̃ tua conſuetudo ferebat. Itaq; iudiciũ tuũ magni ęſtimans, idq; veritus, me ipſe collegi, & ea quę didicerã, legeram, acceperam, grauiora duxi tua auctoritate addita. Ac mihi tum Brute officio ſolũ erat, & naturę: tibi nunc populo, & ſcenæ (vt dicitur) ſeruiendũ eſt. Nam cũ in te non ſolũ exercitus tui, ſed omniũ ciuiũ, ac pene gentiũ coniecti oculi ſint, miníme decet, ꝓpter quẽ fortiores cęteri ſum⁹, eũ ipſum animo debilitatum videri. Quãobrem accepiſti tu quidẽ dolorem (id. n. amiſiſti, cui ſimile in terris nihil fuit) & eſt dolendũ in tam graui vulnere, ne id ipm̃ carere omni ſenſu doloris, ſit miſerius, q̃ dolere: ſed vt modice, cęteris vtile eſt, tibi neceſſe eſt. Scriberem plura, niſi ad te hæc ipſa nimis multa eſſent. Nos te, tuumq; exercitum expectamus: ſine quo, vt reliqua ex ſententia ſuccedant, vix ſatis liberi videmur fore. De tota repu. plura ſcribã, & fortaſſe iam certiora his literis, quas Veteri noſtro cogitabam dare.

Tãto, vt. Adhortatoria. Carere ſenſu doloris.

M.T.C.MARCO BRVTO.S.

NVllas adhuc a te literas habebamus, ne famã quidẽ, quę declararet te cognita Senatus auctoritate, in Italiã adducere exercitum: q̃d vt faceres, idq; maturares, magnopere deſiderabat reſp. Ingraueſcit em̃ in dies inteſtinũ malũ, nec externis hoſtibus magis, q̃ domeſticis laboramus: qui erant oĩno ab initio belli, ſed facilius frangebant. Erectior ſenatus erat, nõ ſentẽtiis ſolum noſtris, ſed etiã cohortationib⁹ excitat⁹. Erat in Senatu ſatis vehemens, & acer Panſa, cũ in cęteros huius generis, tum maxime in ſocerũ: cui cõſuli nõ animus ab initio, nõ fides ad extremũ defuit. Bellũ ad Mutinã gerebat, nihil vt in Cęſare reprehenderes, nõnulla in Hircio. huius belli fortuna, vt in ſecundis, fluxa: vt in aduerſis, bona. erat victrix reſp. cęſis Antonii copiis, ipſo expulſo a Bruto. Deinde ita multa peccata, vt quodãmodo victoria excideret e manib⁹: pterritos, inermes, ſaucios nõ ſunt noſtri duces pſecuti, datũq; Lepido tempus eſt, in quo leuitatẽ eius ſępe pærſpectã maioribus in malis experiremur. Sũt exercitus boni, ſed rudes Bruti, & Planci. Sunt fideliſſima, & maxima auxilia Gallorũ, ſed Cęſarẽ meis cõſiliis adhuc gubernatum, pręclara ipſum indole, admirabiliq; cõſtantia, improbiſſimis literis quidam, fallacibuſq; interpretibus, ac nunciis impulerũt in ſpem certiſſimã cõſulatus. Q̃d ſi mulatq; ſenſi, neq; ego illũ abſentẽ literis monere deſtiti, nec accuſare pſentes ei⁹ neceſſarios, qui eius cupiditati ſuffragari videbantur. Nec in Senatu ſceleratiſſimorũ conſiliorum fontes aperire dubitaui: nec vero vlla in re memini, aut Senatũ meliorẽ, aut magiſtratus. Nunc̃ em̃ in honore extraordinario potentis hoĩs, vel potentiſſimi potius (quando quidẽ potentia iã in vi poſita eſt, & armis) accidit, vt nemo Tri. Ple. nemo alio magiſtratu, nemo priuat⁹ auctor exiſteret. Sed in hac conſtãtia, atq; virtute, erat tamen ſollicita ciuitas. Illudimur em̃ Brute, tum militum delitiis, tum imperatoris inſolentia: tantum quiſq; in repub. poſſe po-

Gallorũ auxilia. Octauii ambitio. Fontes conſiliorum. Exiſteret. Militũ inſolentia.

ſtulat,quantū habet virium,non ratio,nō modus,non lex,non mos,non officiū valet,non iudicium,non exiſtimatio ciuium,non poſteritatis verecundia.Hęc ego multo ante proſpiciēs fugiebā ex Italia,tum cū me veſtrorum edictorum fama reuocauit. Incitaſti vero tu me Brute Veliæ.q̄q̄ eā dolebam in eam me vrbē ire,a qua tu fugeres, qui eam liberauiſſes, qđ mihi quoq; quondam acciderat periculo ſimili,caſu triſtiore,perrexi tamen,Romāq; perueni,nulloq; p̄ſidio quatefeci Antonium:contraq; eius arma nefanda,pręſidia,quę oblata ſunt, Cęſaris conſilio,& auctoritate firmaui.qui ſi ſteterit idem,mihiq; paruerit,ſatis videmur habituri præſidij.Sin autem impiorum conſilia plus valuerint,q̄ noſtra,aut imbecillitas ætatis non potuerit grauitatē rerum ſuſtinere,ſpes omnis eſt in te. Quāobrem aduola obſecro,atq; eam rempu.quā virtute,atq; animi magnitudine,magis q̄ euētis rerū liberaſti,exitu libera.omnis omnium concurſus ad te futurus eſt.Hortare idē per literas Caſſium.Spes libertatis nuſq̄,niſi in veſtrorum caſtrorū pręſidiis eſt.Firmos omnino & duces habemus ab occidente,& exercitus.Hoc adoleſcentis pręſidium equidē adhuc firmum eſſe confido,ſed ita multi labefactāt vt ne moueatur,interdum extimeſcam.Habes totum reipu.ſtatum,qui quidē tum erat, cum has literas dabam. Velim deinceps meliora ſint:ſin aliter fuerit,(qđ Dii omen auertāt)reip. vicem dolebo,q̄ immortalis eſſe debeat:mihi quidem aliquantulum reliqui eſt.

Quatefeci.

Vicē dolebo.

MARCVS BRVTVS CICERONI.S.

VEteris Antiſtii talis animus eſt in rempu.vt non dubitem, quin in Cæſare,& Antonio ſe pręſtiturus fuerit acerrimū ppugnatorem cōmunis libertatis,ſi occaſioni potuiſſet occurrere.Nam qui in Achaia congreſſus P.Dolabella milites,atq; equites habente,quoduis adire periculū ex inſidiis paratiſſimi ad oīa latronis maluerit, q̄ videri aut coactus eſſe pecuniā dare,aut libēter dediſſe homini nequiſſimo,atq; improbiſſimo,is nobis vltro pollicitus eſt,& dedit.XX.HS.ex ſua pecunia:& qđ multo charius eſt,ſe ipſum obtulit,& coniunxit. Huic perſuadere cœpimus, vt imperator in caſtris remaneret,remq; publicam defenderet: ſtatuit id ſibi, quoniā exercitum dimiſiſſet, ſtatim vero rediturum ad nos confirmauit legatione ſuſcepta,niſi pręторum comitia habituri eſſent cōſules.Nam illi ita ſentienti de repu.magnopere auctor fui, ne differret tēpus petitionis ſuæ. Cuius factum omnibus gratum eſſe debet,qui modo iudicarint hūc exercitum eſſe vtilē reipu.tibi tanto gratius,quāto maiore & animo,gloriaq; libertatē noſtrā defendis,& dignitatē, ſi contigerit noſtris cōſiliis exitus,quem optamus,perfuncturus es.Ego etiam mi Cicero proprie,familiariterq; te rogo,vt Veterem ames, veliſq; eſſe q̄ampliſſimum:qui etſi nulla re deterreri a propoſito poteſt,tñ excitari tuis laudibus,indulgentiaq; poterit,quo magis amplexetur,ac tueatur iudiciū ſuū:† & mihi gratiſſimum erit.

Veteris cō mendatio.

† id.

M.T.C.MARCO BRVTO.

ETſi daturus eram Meſſalę Coruino continuo literas, tamen Veterem noſtrū ad te ſine literis meis venire nolui.Maximo in diſcrimine reſpu.Brute verſatur, victoreſq; rurſus decertare cogimur: id accidit Marci Lepidi ſcelere, & amētia.Quo tempore,cum multa propter eam curam, quam pro repu. ſuſcepi,grauiter ferrem,tum nihil tuli grauius,q̄ me non poſſe matris tuæ precibus cedere,non ſororis.Nam tibi(quod mihi plurimi eſt)facile me ſatisfactu rum arbitrabar. Nullo enim modo poterat cauſa Lepidi diſtingui ab Antonio, omniumq; iudicio etiam durior erat : q̄ cum honoribus ampliſſimis a Senatu eſſet Lepidus ornatus, tum etiam paucis ante diebus pręclaras literas ad Senatum miſiſſet,repente non ſolum recepit reliquias hoſtium,ſed bellum acerrimum terra,mariq; gerit.cuius exitus,qui futurus ſit incertum eſt.Itaq; cum rogamur,vt miſericordiam liberis eius impertiamur,nihil affertur, quo minus ſumma ſupplicia,ſi(qđ Iupiter omen auertat)pater puerorum vicerit,ſubeunda nobis ſint.Nec vero me fugit,q̄ ſit acerbum parentum ſcelera filiorū pœnis lui.Sed hoc pcla re legibus comparatū eſt,vt charitas liberorū amiciores parentes reipu.redderet. Itaq; Lepidus crudelis in liberos,nō is,qui Lepidū hoſtē iudicat. Atq; ille,ſi armis poſitis de vi dānat⁹ eſſet,quo in iudicio certe defenſionē non haberet,eandē calamitatē ſubirent liberi bonis publicatis.q̄q̄ qđ tua mater,& ſoror deꝑcaꝛ ꝓ pueris,id ipm, & multa alia crudeliora nobis omnib⁹ Lepidus,Antonius,& reliqui hoſtes denunciāt.Itaq; maximam ſpem hoc tēpore habemus in te,atq; exercitu tuo.Tum ad reip.ſummam,tum ad gloriā, & dignitatē tuā vehemē

Lepidi ſcelus.

Pœna filiorum &c.

Charitas liberorum.

ter pertinet te in Italiam, vt ante scripsi, venire q̃primum. Eget enim vehementer cum virib⁹ tuis, tum etiam consilio respu. Veterem pro eius erga te beneuolentia, singulariq; officio libenter ex tuis literis complexus sum, eũq; cum tui, tum reipu. studiosissimum, amantissimũq; cognoui. Ciceronem meum propediem, vt spero, videbo: tecum enim illum, & te in Italiam celeriter esse venturum confido.

M.BRVTVS M.T.CICERONI.

DE Marco Lepido vereri me cogit reliquorũ timor: qui si eripuerit se nobis, qđ velim temere, atq; iniuriose de illo suspicati sint hoĩes, oro, atq; obsecro te Cicero, necessitudinẽ nostrã, tuãq; in me beneuolentiã obtestans, sororis meę liberos obliuiscaris esse Lepidi filios, meq; his in patris locũ successisse existimes. Hoc si a te impetro, nihil ꝓfecto dubitabis ꝑ his suscipere. Aliter alii cũ suis viuũt. nihil ego possum in sororis meæ liberos facere, quo possit expleri voluntas mea, aut officiũ. Quid vero aut mihi tribuere boni possunt, si modo digni sumus qbus aliquid tribuat̃, aut ego matri, ac sorori, puerisq; illis p̃staturus sum, si nihil valuerit apud te, reliquũq; Senatũ contra patrẽ Lepidũ Brutus auũculus? Scribere multa ad te neq; possum prę sollicitudine, ac stomacho, neq; debeo. Nã si in tanta re, tãq; necessaria verbis mihi opus est ad te excitandũ, & confirmandũ, nulla spes est, facturũ te qđ volo, & qđ oportet. Quare noli expectare longas p̃ces, intuere me ipsum, qui hoc a te vel a Cicerone coniunctissimo hoĩe priuatim, vel a consulari tali viro remota necessitudine priuata impetrare debeo. Quid sis facturus, velim mihi q̃primum rescribas. Calendis Quintilibus, ex Castris.

Pręstatur⁹. Liberorum Lepidi Brutus auũculus.

M.T.CICERO MAR.BRVTO.S.

BReues tuę literę. breueis dico, immo nullę. tribus ne versiculis his temporibus Brutus ad me? nihil scripsissem potius, & requiris meas. Quis vnq̃ ad te tuorũ sine meis venit? Quę aũt epistola nõ pondus habuit? Quę si ad te perlatę nõ sunt, ne domesticas quidẽ tuas perlatas arbitror. Ciceroni scribis te longiorẽ daturũ epistolã, recte id quidem, sed hęc quoq; debuit esse plenior. Ego autẽ, cũ ad me de Ciceronis abs te discessu scripsisses, statim extrusi tabellarios, literasq; ad Ciceronẽ, vt etiã si in Italiã venisset, ad te rediret. Nihil.n. mihi iucũdi⁹, nihil illi honestius. q̃q̃ aliquoties ei scripserã sacerdotũ comitia mea summa contentione in alterum annũ esse reiecta: qđ ego cum Ciceronis causa elaboraui, tum Domitii, Catonis, Lentuli, Bibulorum, qđ ad te etiam scripseram. Videlicet cum illam pusillam epistolam tuam ad me dabas, nondũ erat tibi id notum. Quare omni studio a te mi Brute contẽdo, vt Ciceronẽ meũ ne dimittas, tecũq; adducas: qđ ipsum si rẽpu. cui susceptus es, respicis, tibi iã, iãq; faciendum est. renatum em̃ bellum est, idq; non paruo scelere Lepidi. Exercitus autẽ Cæsaris, q erat optimus, non modo nihil prodest, sed etiã cogit exercitũ tuũ flagitari: qui si Italiã attigerit, erit ciuis nemo (quẽ quidẽ ciuẽ appellari fas sit) qui se nõ in tua castra conferat. etsi Brutum pręclare cũ Planco coniunctũ habemus. Sed nõ ignoras, q̃ sint incerti animi hominũ, & infecti partibus, & exitus pręliorũ. Quin etiã si, vt spero, vicerimus, tamen magnã gubernationẽ tui consilii, tuęq; auctoritatis res desiderabit. Subueni igit̃ per deos, idq; q̃primũ tibi persuade, non te Idibus Martiis, quibus seruitutem a tuis ciuibus repulisti, plus profuisse patrię, q̃ si mature veneris profuturum. II. Iduum Quintil.

Animi hominũ incerti &c.

M.T.C.MARCO BRVTO.S.

MEssalam habes. Quibus igitur literis tã accurate scriptis assequi possum subtilius, vt explicem quę gerantur, quęq; sint in repub. q̃ tibi is exponet, qui & optime omnia nouit, & elegantissime expedire, & deferre ad te potest? Caue em̃ existimes Brute. q̃q̃ non est necesse ea me ad te, quę tibi nota sunt, scribere. Sed tamen tantã omniũ laudũ excellentiã non queo silentio pręterire. Caue putes probitate, constantia, cura, studio reipu. quicq̃ illi esse simile, vt eloquentia, qua mirabiliter excellit, vix in eo locũ ad laudandũ habere videatur. q̃q̃ in hac ipsa sapientia plus apparet: ita graui iudicio, multaq; arte se exercuit in verissimo genere dicẽdi. Tãta aũt industria est, tantũq; euigilat in studio, vt nõ maxima ingenio, qđ in eo summũ est, gratia habenda videat̃. Sed prouehor amore, non em̃ id propositum est huic epistolę, Messalam vt laudẽ pręsertim ad Brutum, cui & virtus illius non minus, q̃ mihi nota est, & hęc ip̃a studia q̃ laudo notiora, quẽ cũ a me dimittens grauiter ferrem, hoc leuabar vno, ꝙ ad te tãq̃

Messala, & eius laus.

Laudem ad Brutum.

ad alterũ me proficiſcẽs,& officio fungebatur,& laudẽ maximã aſſequebatur.Sed hęc hactenus.Venio nũc longo ſane interuallo ad quandã epiſtolã, qua mihi multa tribuẽs vnũ reꝑhẽdebas,ꝙ in honoribus decernẽdis eſſem nimius,& tãꝫ prodigus. Tu hoc,alius fortaſſe,ꝙ in animaduerſione,pœnaq; durior,niſi fortaſſe vtrũq; tu.Qđ ſi ita eſt,vtriuſq; rei meũ iudiciũ tibi cupio eſſe notiſſimũ,neq; ſolũ, vt Solonis dictũ vſurpẽ,q & ſapiẽs vnus fuit ex ſeptẽ, & legũ ſcriptor ſolus ex ſeptẽ.Is rẽp.duabus rebus cõtineri dixit,præmio & pœna.eſt ſcilicet vtriuſq; rei modus,ficut reliquarũ,& quędã in vtroq; genere mediocritas, ſed nõ tãta de re propoſitũ eſt hoc loco diſputare. Quid ego aũt ſecutus hoc bello ſim ĩ ſentẽtiis dicẽdis,alienũ nõ puto aperire.Poſt interitũ Cæſaris, & veſtras memorabileis Idus Martias Brute quid ego ꝑtermiſſum a vobis,quãtãq; impẽdere reip.tẽpeſtatẽ dixerim,nõ es oblitus. Magna peſtis erat depulſa ꝑ vos,magna Populi Ro.macula deleta,vobis vero parta diuina gloria,ſed inſtrumentũ Regni delatũ ad Lepidũ,& Antoniũ,quoꝝ alter incõſtãtior,alter impurior,vterq; pacem metuens,inimicus otio.His ardentibus perturbandę reipu.cupiditate,qđ opponi poſſet præſidiũ,non habebamus.Erexerat enim ſe ciuitas in retinenda libertate conſentiens.Nos tũ nimis acres,vos fortaſſe ſapientius exceſſiſtis Vrbe ea,quã liberaſtis : Italiæ ſua vobis ſtudia profitenti remiſiſtis.Itaq; cũ teneri Vrbem a parricidis videremus,nec te in ea,nec Caſſium tuto eſſe poſſe,eãq; armis oppreſſam ab Antonio,mihi quoq; ipſi eſſe excedendũ putaui . Tetrum enim ſpectaculum,oppreſſa ab impiis ciuitas opitulandi poteſtate præciſa. Sed animus idẽ q ſemper infixus in patriæ charitate,diſceſſum ab eius periculis ferre nõ potuit. Itaq; in medio Achaico curſu,cũ Eteſiarum diebus auſter me in Italiã,quaſi diſſuaſor mei cõſilii retuliſſet, te vidi Veliæ,doluiq; vehementer.Cedebas enim Brute,cedebas,quoniã Stoici veſtri negãt fugere ſapientis.Romam vt veni,ſtatim me obtuli Antonii ſceleri,atq; dementię:quem cum in me incitauiſſem,conſilia inire cœpi Brutina plane (veſtri.n.hæc ſunt propria ſanguinis) Reipublicę liberandæ.Longa ſunt quæ reſtant,prætereunda ſunt enim:de me tantũ dico,Cęſarem hunc adoleſcentem,per quem adhuc ſumus,ſi verum fateri volumus,fluxiſſe ex fonte cõſiliorũ meoꝝ.Huic habiti a me honores nulli quidẽ Brute,niſi debiti,nulli, niſi neceſſarii. Vt em̃ primũ libertatẽ reuocare cœpimus,cũ ſe nõdũ,ne Decimi quidẽ Bruti diuina virtus ita cõmouiſſet,vt iã id ſcire poſſemus,atq; omne præſidiũ eſſet in puero,qui a ceruicibus noſtris auertiſſet Antoniũ, quis honos ei nõ fuit decernẽdus! q̃q̃ ego illi tũ verboꝝ laudẽ tribui,eãq; modicã.Decreui etiã imperiũ:qđ q̃q̃ videbatur illi ætati honorificũ,tamẽ erat exercitũ habenti neceſſariũ.Quid em̃ eſt ſine imperio exercitus!Statuã Philippus decreuit,celeritatẽ petitionis primo Seruius,poſt maiorẽ etiã Seruilius.nihil tũ nimiũ videbat . Sed neſcio quo modo facilius in timore benigni,q̃ in victoria grati reperimur.Ego enim D.Bruto liberato,cũ lętiſſimus ille ciuitati dies illuxiſſet,idẽq; caſu Bruti natalis eſſet,decreui, vt ĩ Faſtis ad eũ diẽ Bruti nomẽ aſcriberetur.In eoq; ſum maiorũ exẽplũ ſecutus,qui hũc honorẽ mulieri Larentię tribuerunt,vos cuius põtifices ad arã in Velabro ſacrificium facere ſoletis. qđ ego cũ dabã Bruto,notã eſſe in faſtis gratiſſimę victoriæ ſempiternã memoriã volebã . Atq; illo die cognoui paulo plures in Senatu maleuolos eſſe,q̃ gratos. Eos per ipſos dies effudi(ſi ita vis) honores in mortuos Hirciũ,& Panſam, Aquilã etiã.qđ quis reꝑhendit, niſi qui depoſito metu ꝑteriti periculi fuerit oblitus! Accedebat ad beneficii memoriã gratã ratio illa, quæ etiã poſteris poſſet eſſe ſalutaris.Extare enim volebã in crudeliſſimos hoſteis monimẽta odii publici ſempiterna.Suſpicor illud minus tibi ꝑbari,qđ ab tuis familiaribus optimis illis quidẽ viris,ſed in rep.rudibus nõ probatur,ꝙ vt ouanti introire Cæſari liceret,decreuerim. Ego autẽ (ſed erro fortaſſe,nec tamẽ is ſum,vt mea me maxime delectẽt) nihil mihi videor hoc bello ſenſiſſe prudẽtius.Cur aũt ita ſit, aperiẽdũ nõ eſt,ne magis videar prouidus fuiſſe, q̃ gratus.Hoc ipm̃ nimiũ,quare alia videamus.D.Bruto decreui honores,decreui L.Planco. Pręclara illa qdẽ ingenia,quę gloria inuitãtur: ſed Senatus etiã ſapiens,qui quacũq; re putat modo honeſta,ad remp.iuuãdam poſſe adduci,hac vtitur.At in Lepido reꝑhẽdimur, cui cũ ſtatuam in roſtris ſtatuiſſemus,iidẽ illam euertimus.Nos illũ honore ſtuduimus a furore reuocare:vicit amentia leuiſſimi hominis noſtrã prudẽtiam. Nec tamen tantũ in ſtatuenda Lepidi ſtatua factũ eſt mali,quantũ in euertenda boni.Satis multa de honoribus, nũc de pœna pauca ſunt dicẽda.Intellexi enim ex tuis ſæpe literis te in his quos bello deuiciſti, clementiã tuam velle laudari:exiſtimo equidẽ nil a te niſi ſapienter. Sed ſceleris pœnam prætermittere (id enim eſt qđ vocatur ignoſcere) etiam ſi in cæteris rebus tolerabile eſt, in hoc bello pni-

Solonis dictum, præmio & pœna rẽp. cõtineri.

Inſtrumẽtũ Regni.

Eteſiarum dies.

Ceſſit non fugit Brutus.

Conſilia Brutina.

Cęſ.Aug. laus.

Facilius in ti.benig. q̃ in vict.gra.

Natalis Bruti.

Acca Larentia.

Illis.

Lepidi in roſtris ſtatua.

De pœna ſumenda.

Ignoſcere.

cioſum puto. Nullũ enim bellũ ciuile fuit in noſtra repu. omniũ quæ memoria mea fuerunt, in quo bello nõ vtracũq; pars viciſſet, tamẽ aliqua forma eſſet futura reip. hoc bello victores, quã rẽp. ſimus habituri, nõ facile affirmarim: victis certe nulla vnq; erit. Dixi igitur ſentẽtias in Antoniũ, dixi in Lepidũ ſeueras, neq; tã vlciſcendi cauſa, q̃ vt & in p̃ſens ſceleratos ciueis timore ab impugnãda patria deterrerẽ, & in poſterũ documẽtũ ſtatuerẽ, ne quis talẽ amẽtiã vellet imitari. q̃q̃ hæc quidem ſentẽtia nõ magis mea fuit, q̃ omniũ. In qua videtur illud eſſe crudele, q̃ ad liberos, qui nihil meruerũt, pœna peruenit: ſed id & antiquũ eſt, & omniũ ciuitatũ: ſiquidẽ etiã Themiſtoclis liberi eguerũt. Et ſi iudicio damnatos eadẽ pœna ſequitur ciueis, qui potuimus leniores eſſe in hoſteis! Quid autẽ queri poteſt quiſq̃ de me, qui ſe ſi viciſſet, acerbiorẽ in me futurũ fuiſſe cõfiteatur neceſſe eſt! Habes rationẽ mearũ ſentẽtiarum, de hoc genere dũtaxat honoris, & pœnæ. Nã de cęteris rebus qd ſenſerim, quidq̃ cenſuerim, audiſſe te arbitror. Sed hęc qdẽ non ita neceſſaria. Illud valde neceſſariũ Brute, te in Italiam cũ exercitu venire q̃primũ: ſumma eſt expectatio tui, qui ſi Italiam attigeris, ad te cõcurſus fiet omniũ. Siue enim vicerimus, qui qdẽ pulcherrime viceramus, niſi Lepidus perdere omnia, & perire ipſe cũ ſuis cõcupiuiſſet, tua nobis auctoritate opus eſt ad collocãdũ aliquẽ ciuitatis ſtatũ. Siue etiã nũc certamẽ reliquũ eſt, maxima ſpes eſt, cũ in auctoritate tua, tũ in exercitus tui viribus. Sed p̃pera p deos. Scis em̃ quãtũ ſit in tẽporibus, quãtũ in celeritate. Sororis tuę filiis q̃ diligenter cõſulam, ſpero te ex matris, & ex ſororis literis cogniturũ. qua in causa maiorem habeo rationẽ tuæ volũtatis, quę mihi chariſſima eſt, q̃ vt quibuſdã videor, conſtantię meæ, ſe d ego nulla in re malo, q̃ te amando conſtans eſſe videri.

Liberi patrũ ſcelera luũt.

Amanter.

M. BRVTVS CICERONI. S.

Articulam literarum tuarum quas miſiſti Octauio, legi miſſam ab Attico mihi. Studium tuũ, curaq; de ſalute mea, nulla me noua voluptate affecit. Non ſolum enim vſitatum, ſed etiam quotidianũ eſt aliquid audire de te, qđ pro noſtra dignitate fideliter, atq; honorifice dixeris, aut feceris. At dolore, quantũ animo maximũ capere poſſum, eadem illa pars epiſtolæ ſcriptæ ad Octauium de nobis affecit. Sic enim illi gratias agis de Repu. tam ſuppli citer, ac demiſſe. Quid ſcribam! pudet conditionis, ac fortunæ, ſed tamen ſcribendum eſt. Cõmẽdas noſtram ſalutẽ illi, quæ morte qua non pernicioſior! vt prorſus præ te feras, nõ ſublatam dominationem, ſed dominũ cõmutatum eſſe. Verba tua recognoſce, & aude negare ſeruientis aduerſus Regem iſtas eſſe preces. vnum ais eſſe qđ ab eo poſtuletur, & expectetur, vt eos ciueis, de quibus viri boni, Populuſq; Romanus bene exiſtimet, ſaluos velit. quid ſi nolit! non erimus! Atqui non eſſe, q̃ eſſe per illũ præſtat. Ego mediuſfidius non exiſtimo tã omneis deos auerſos eſſe a ſalute Populi Ro. vt Octauius orandus ſit pro ſalute cuiuſq̃ ciuis, non dicam pro liberatoribus orbis terrarum. Iuuat enim magnifice loqui, & certe decet aduerſus ignoranteis, quid pro quoq; timendũ, aut a quoq; petendum ſit. Hoc tu Cicero poſſe fateris Octauiũ, & illi amicus es! aut ſi me charũ habes, vis Romæ videri, cũ vt ibi eſſe poſſem, commẽdandus puero illi fuerim! Cui qd agis gratias, ſi vt nos ſaluos eſſe velit, & patiatur, rogãdũ putas! An hoc pro beneficio eſt habendũ, q̃ ſe q̃ Antoniũ eſſe maluerit, a quo iſta petenda eſſent! Supplicato vindici illi quidẽ alienæ dominationis, non vicario. Sed quis ſupplicat, vt optime meritis de rep. liceat eſſe ſaluos! Iſta vero imbecillitas, & deſperatio, cuius culpa non magis in te reſidet, q̃ in omnibus aliis, & Cæſarẽ in cupiditatẽ regni impulit, & Antonio poſt interitũ illius perſuaſit, vt interfecti locũ occupare conaretur: & nũc puerũ iſtũ extulit, vt tu iudicares p̃cibus eſſe impetrandã ſalutẽ talibus viris, miſericordiaq; vnius, vix etiã nunc viri tutos fore nos, haud vlla alia re. Q̃ ſi Romanos nos eſſe meminiſſemus, nõ audacius dominari cuperẽt poſtremi homines, q̃ id nos p̃hiberemus: neq; magis irritatus eſſet Antonius Regno Cęſaris, q̃ ob eiuſdẽ mortẽ deterritus. Tu qdẽ cõſularis, & tãtoq; ſcelerũ vindex, quibus oppreſſis vereor ne in breue tẽpus dilata ſit abs te pernicies, qui potes intueri quæ geſſeris ſimul & iſta vel p̃bare, vel ita demiſſe, ac facile pati, vt p̃bãtis ſpeciẽ habeas! Qđ autẽ tibi cũ Antonio priuatũ odiũ! nempe quia poſtulabat hæc, ſalutem ab ſe peti precariam, nos incolumitatem habere a quibus ipſe libertatem accepiſſet: eſſe arbitrium ſuũ de repu. Quęrẽda eſſe arma putaſti, quibus dominari prohiberetur, ſcilicet vt illo prohibito, rogaremus alterũ, qui ſe in eius locũ reponi pateretur! an vt eſſet ſui iuris, ac mancipii reſp! niſi forte nõ de ſeruitute, ſed de conditione ſeruiendi recuſandũ eſt a nobis. Atqui nõ ſolũ bono domino potuimus

Prudenter de Octa. Brutus.

Aduerſus.

Grauiter in Ciceronẽ.

Poſtremi homines.

Salus precaria.

Sui iuris ac mãcipii reſpub.

Antonio tolerare nostrã fortunã,sed etiã beneficiis atq; honoribus vt participes frui quãtis vellemus.Quid.n.neget iis,quoꝝ patientiã videret maximũ suę dominationis ꝑfidiũ eẽ? Sed nihil tãti fuit, quo vẽderemus fidẽ nostrã,& libertatẽ.Hic ipse puer,quẽ Cæsaris nomẽ icita re videt in Cæsaris interfectores,quanti æstimet(si sit cõmercio locus)posse nobis auctorib9 tãtũ quãtũ ꝑfecto poterit,qm̃ viuere,& pecunias habere,& dici cõsulares volum9?Cęterũ ne quicq̃ perierit ille:cuius interitu qd gauisi sumus,si mortuo nihilo minus seruituri eramus? Nulla cura ab aliis adhibet.Sed mihi prius oĩa Dii,Deęq; omnes eripuerint,q̃ illud iudiciũ, quo nõ modo hæredi eius,quẽ occidi,nõ cõcesserim qđ in illo nõ tuli,sed ne patri qdẽ meo, si reuiuiscat,vt patiente me plus legibus,ac Senatu possit.An hoc tibi persuasum est,fore cęteros ab eo liberos,quo inuito nobis in ista ciuitate locus nõ sit? Qui porro id qđ petis fieri potest vt impetres?Rogas enim velit nos saluos esse.Videmur ergo tibi salutẽ accepturi, cũ vitã acceperimus?quã si prius dimittimus,dignitatẽ, & libertatẽ qui possumus accipere? An tu Romæ habitare,id putas incolumem esse?Res,nõ locus oportet pręstet istuc mihi:neq; in columis fui Cæsare viuo,nisi postq̃ illud conscĩui facinus:neq; vsq̃ exul esse possum, dũ seruire,& pati cõtumelias peius odero malis omnibus aliis. Nonne hoc est in easdẽ tenebras recidisse,cũ ab eo,qui tyranni nomẽ asciuit sibi,cũ in Græcis ciuitatibus liberi tyrannorum oppressis illis,eodẽ supplicio afficiãtur,petitur,vt vindices,atq; oppressores dominationis salui sint?Hanc ego ciuitatẽ videre velim,aut putem vllam,quæ ne traditã quidẽ,atq; inculcatam libertatem recipere possit,plusq; timeat in puero nomen sublati Regis,q̃ confidat sibi,cũ illũ ipsum,qui maximas opes habuerit,paucorũ virtute sublatum videat?Me vero posthac ne cõmendaueris Cæsari tuo,ne te quidẽ ipsum,si me audies.Valde care æstimas tot annos,quot ista ætas recipit,si propter eam causam puero isti supplicaturus es.Deide qđ pulcherrime fecisti,& facis in Antoniũ,vide ne conuertatur a laude maximi animi ad opinionẽ formidinis. Nam si Octauius tibi placet,a quo de nostra salute petendũ sit,nõ dominũ fugisse,sed amicorem dominũ quęsisse videberis.Quẽ q; laudas ob ea quæ adhuc fecit,plane probo.Sũt em̃ laudanda,si modo cõtra alienam potẽtiam,non pro sua suscepit eas actiones.Cum vero iudicas tantũ illi nõ modo licere,sed etiã a te ipso tribuendum esse,vt rogandus sit,ne nolit esse nos saluos,nimiũ magnã mercedẽ statuis. Id enim ipsum illi largiris, qđ ꝑ illũ habere videbatur resp.Neq; hoc tibi in mẽtem venit,si Octauius vllis dignus sit honoribus, quia cũ Antonio bellũ gerat,iis qui illud malũ exciderint,cuius istę reliquiæ sunt,nihil quo expleri possit eorum meritũ tributurũ vnq̃ Po.Ro.si omnia simul cõgesserit.At vide quanto diligentius homines metuãt,q̃ meminerint:quia Antonius viuat, atq; in armis sit:de Cæsare vero qđ fieri potuit,ac debuit,transactũ est,neq; iam prouocari in integrũ potest.Octauius is est,qui qd de nobis iudicaturus sit,expectet Po.Ro?Nos hi sumus,de quorũ salute vnus homo rogandus videatur?Ego vero (vt istuc reuertar) is sum,qui nõ modo non supplicem,sed etiã coerceã postulãteis,vt sibi supplicetur. Aut longe a seruiẽtibus abero, mihiq; esse iudicabo Romam vbicũq; liberũ esse licebit,†aut vestri miserebor,quib9 nec ætas,neq; honores,neq; virtus aliena dulcedinẽ viuẽdi minuere potuerit.Mihi quidẽ ita beatus esse videbor,si modo constãter ac perpetuo placebit hoc consiliũ,vt relatã putem gratiã pietati meæ. Quid enim est melius q̃ memoria recte factorũ, & libertate contentũ negligere humana? Sed certe nõ succumbam succumbẽtibus,nec vincar ab iis qui se vinci volũt: experiarq;,& tentabo omnia, neq; desistã abstrahere a seruitio ciuitatẽ nostrã.Si secuta fuerit quę debet,fortuna,gaudebimus omnes: sin minus,ego tamẽ gaudebo.Quibus enim potius hæc vita factis, aut cogitationibus traducatur,q̃ iis quę pertinuerint ad liberandos ciueis meos?Te Cicero rogo,atq; hortor,ne de fatigere,neu diffidas semp in pśentib9 malis prohibẽdis:futura quoq;,nisi ante sit occursum explores,ne se insinuent.Fortem,& liberũ animũ,quo & Consul,& nũc Consularis remp.vindicasti,sine cõstantia,& æquabilitate nullũ esse putaris.Fateor enim duriorẽ esse cõditionem spectatę virtutis,q̃ incognitę.Benefacta pro debitis exigimus:quæ si aliter eueniũt, vt decepti ab his,infesto animo reꝑhendimus.Itaq; resistere Antonio Ciceronem, etsi magna laude dignũ est,tamen quia ille Consul,hunc consularẽ merito pręstare videtur,nemo admiratur. Idem Cicero,si flexerit aduersus alios iudicium suũ,qđ tanta firmitate,ac magnitudine direxit in exturbando Antonio,nõ modo reliqui tẽporis gloriã eripuerit sibi, sed etiã præterita euanescere coget.Nihil enim per se amplũ est,nisi ĩ quo iudicii ratio extat. Quia neminẽ magis decet,q̃ te rẽp.amare,libertatisq; defensorẽ esse vel ĩgenio,vel rebus gestis,vel studio,atq;

Libertas Bruti.

Sibi.

†ac.

Fortis animus q sit.

Virtutis spectatę cõditio.

efflagitatione omniũ. Quare nõ Octauius est rogandus, vt velit nos saluos esse: magis tu te exuscita, vt eã ciuitatẽ, in qua maxima gessisti, liberã, atq; honestã fore putes, si modo sint populo duces ad resistendum improborum consiliis.

M. BRVTVS T. P. ATTICO. S.

SCribis mihi, mirari Ciceronem, ꝙ nihil significem vnq̃ de suis actis. Quoniã efflagitas, coactu tuo scribam quæ sentio. Omnia fecisse Ciceronem optimo animo scio. Quid enim mihi exploratius esse potest, q̃ illius animus in rẽp? Sed quædã mihi videtur, quid dicam imperite, vir omniũ prudẽtissimus, an ambitiose fecisse, qui valentissimũ Antoniũ suscipere pro rep. nõ dubitauit inimicũ? Nescio quid scribã tibi, nisi vnũ: pueri & cupiditatẽ, & licentiã potius esse irritatã, q̃ repressam a Cicerone: tãtũq; eũ tribuere huic indulgẽtię, vt se maledictis nõ abstineat iis quidem, quæ in ipsum dupliciter recidũt, ꝙ & plureis occidit vno, seq; prius oporret fateatur sicariũ, q̃ obiiciat Cascæ, qđ obiicit: & imitatur in Casca Bestiam. An qa nõ oĩbus horis iactamus Idus Martias, similiter atq; ille Nonas Decẽb. suas in ore habet, eo melíore cõditione Cicero pulcherrimũ factũ vituperabit, q̃ Bestia, & Clodius reprehendere illius consulatũ soliti sunt? Sustinuisse mihi gloriaꝫ bellũ Antonii, togatus est Cicero noster. Quid hoc mihi prodest, si merces Antonii oppressi poscitur, in Antonii locũ successio? & si vindex illius mali, auctor extitit alterius, fundamẽtũ, & radices habituri altiores, si patiamur? vt iam ista q̃ facit, nõ dominationẽ, nõ dominũ, sed Antoniũ timentis sint. Ego autẽ gratiã non habeo, si qs, dũ ne irato seruiat, rẽ ipsam nõ depcatur. immo triumphus, & stipẽdiũ decernitur, & oĩbus decretis ornatur. Pudeat cõspicere fortunã, cuius nomẽ suscepĕrit cõsularis. hoc an Ciceronis est? Quoniã tacere nõ licuit, leges quę tibi necesse est molesta esse. Etenim ipse sentio quãto cũ dolore hęc ad te pscripserim, nec ignoro qd sentias in rep. & q̃ desperatã quoq; sanari putes posse. Nec mehercle te Attice rephẽdo. Aetas em̃, mores, liberi, segnẽ efficiunt: qđ quidẽ etiã ex Flauio nostro pĕrspexi. Sed redeo ad Ciceronẽ. Quid inter Saluidenũ, & eum interest? Quid aũt amplius ille decerneret? Timet, iquies, etiã nũc reliquias belli ciuilis. Quisq̃ ergo ita timet profligatũ, vt neq; potẽtiã eius, qui exercitũ victorẽ habeat, neq; temeritatem pueri putet extimescẽdã esse? An hoc ipm ea re facit, ꝙ illi ꝓpter amplitudinẽ oĩa iã vltroq; deferẽda putat? O magnã stultitiã timoris, id ipm qđ verearis ita cauere, vt cũ vitare fortasse potueris, vltro accersas, & attrahas. Nimiũ timemus mortẽ, & exiliũ, & paupertatẽ. Hęc mihi videtur Ciceroni vltima esse in malis: & dũ habeat a qbus impetret quę velit, & a quibus colatur, ac laudetur, seruitutẽ honorificã modo nõ aspernatur: si quicq̃ in extrema, ac miserrima contumelia potest honorificũ esse. Licet ergo patrẽ appellet Octauius Ciceronẽ, referat omnia, laudet, gratias agat, tamen illud apparebit, verba rebus esse contraria. Quid enim tam alienũ ab humanis sensibus est, q̃ eum patris habere loco, qui nec liberi quidẽ hominis numero sit? Atqui eo tendit, id agit, ad eum exitum properat vir optimus, vt sit illi Octauius propitius. Ego vero iã his artibus nihil tribuo, quibus scio Ciceronẽ instructissimũ esse. Quid. n. illi prosunt, quæ ꝓ libertate patriæ, de dignitate, quæ de morte, exilio, paupertate scripsit copiosissime? Quãto autẽ magis illa callere videtur Philippus, qui priuigno minus tribuerit, q̃ Cicero, qui alieno tribuit. Desinat igitur gloriãdo etiã insectari dolores nostros. Quid enim nostra victũ esse Antoniũ, si victus est vt alii vacaret qđ ille obtinuit? tametsi tuæ literæ dubia etiã nũc significant. Viuat Hercule Cicero, qui potest supplex, & obnoxius, si neq; ætatis, neq; honorũ, neq; rerũ gestarũ pudet. Ego certe, qui cũ ipsa re bellũ geram, hoc est cũ regno, & imperiis extraordinariis, & dominatione & potẽtia, quæ supra leges se esse velit, nulla erit tã bona cõditio seruiendi, qua non deterrear, q̃uis sit vir bonus, vt scribis, Antonius, qđ ego nũq̃ existimaui: sed dominũ, ne parentẽ quidẽ maiores nostri voluerũt esse. Te nisi tantũ amarem quantum Ciceroni pĕrsuasum est dilĩgi ab Octauio, hæc ad te nõ scripsissem. Dolet mihi ꝙ tu non stomacharis amantissimus tum tuorum omniũ, tum etiam Ciceronis. Sed pĕrsuade tibi de voluntate propria mea nihil esse remissum, de iudicio largiter. Neq; enim impetrari potest, quin quale quidq; videatur ei, talem quisq; de illo opinionẽ habeat. Vellem mihi scripsisses, quæ cõditiones essent Atticę nostræ: potuissem tibi aliquid de meo sensu pĕrscribere. Valetudinẽ Porcię meę tibi curę esse non miror. Deniq; qđ pĕtis, faciam libenter: nam etiam sorores me rogant: & hominem noro, & quid sibi voluerit.

Iactantia Cic.

Ciceronẽ arguit.

Patrẽ Ciceronẽ appellauit Octauius.

Quid nostra.

Dominus.

Largiter.

M. T. C. MARCO BRVTO. S.

CVm sæpe te literis hortatus essem, vt q̃primũ reipub.subuenires, in Italiãq; exercitũ adduceres,neq; id arbitrarer dubitare tuos necessarios,rogatus sum a prudẽtissima,& diligẽtissima fœmina matre tua,cuius oẽs curæ ad te referũtur,& in te cõsumũtur,vt venirẽ ad se ad.VIII.Cal.Sextilis:qđ ego,vt debui,sine mora feci.Cũ autẽ venissem,Casca aderat,& Labeo,& Scaptius. At illa retulit,quęsiuitq; quidnã mihi videretur,accerseremus ne te,atq; tibi id cõducere putaremus,an tardare,& cõmorari te melius esset.Respõdi id qđ sentiebã,& dignitati,& existimationi tuę maxime cõducere,te primo quoq; tẽpore ferre p̃sidiũ labenti,& inclinatę reip.Quid.n.abesse cẽses mali in eo bello, in quo victores exercitus fugiẽtẽ hostẽ p̃sequi noluerũt?& in quo incolumis Imperator honoribus amplissimis,fortunisq; maximis,cõiuge, liberis,vobis affinibus ornatus,bellũ reip.indixerit?Quid dicã ĩ tãto Senatus,populiq; cõsensu,cũ tãtũ resideat intra muros mali?Maximo autẽ cũ hęc scribebã,afficiebar dolore:q; cum me pro adolescẽtulo,ac pene puero resp.accepisset vadem,vix videbar qđ promiserã,pręstare posse.Est aũt grauior & difficilior animi,& sentẽtię,maximis p̃sertim in rebus, ꝓ altero,q̃ pecunię obligatio.Hæc.n.solui potest,& est rei familiaris iactura tolerabilis:reip.qđ spoponderis,quẽadmodũ soluas,nisi is depẽdi facile patitur,pro quo spopõderis? q̃q̃ & hũc (vt spero) tenebo multis repugnãtibus.Videtur.n. in eo esse bona indoles,sed flexibilis ętas:multiq; ad deprauandũ parati,qui splendore falsi honoris obiecto, aciẽ boni ingenii perstringi posse cõfidũt.Itaq; ad reliquos hic quoq; labor mihi accessit,vt omneis adhibeã machinas ad tenendũ adolescẽtẽ,ne famã subeã temeritatis.q̃q̃ quæ temeritas est? magis.n.illũ pro quo spopondi, q̃ me obligaui.Nec vero pœnitere potest remp.me pro eo spopõdisse,q fuit in rebus gerẽdis tum suo ingenio,tũ mea promissione cõstãtior.Maximus aũt (nisi me forte fallit) in rep.nodus est inopia rei pecuniariæ. Obdurescũt.n.magis quotidie boni viri ad vocẽ tributi, qđ ex centesima collatũ impudẽti censu locupletũ in duarũ legionũ p̃miis omne cõsumit̃.Impẽdẽt autẽ infiniti sumptus tũ in hos exercitus,q̃bus nũc defendimur,tũ vero in tuũ. Nã Cassius noster videtur posse satis ornatus venire. Sed & hęc & multa alia corã cupio, idq; q̃primũ. De sororis tuæ filiis nõ expectaui Brute dũ scriberes.Om̃ino iam tẽpora(bellũ em̃ ducetur) integrã tibi causam reseruant. Sed ego a principio cũ diuinare de belli diuturnitate possem, ita causam egi puerorum in Senatu,vt te arbitror e matris literis potuisse cognoscere. Nec vero vlla res erit vnq̃,in qua ego non vel vitæ periculo ea dicã,eaq; faciã,quæ te velle, quęq; ad te pertinere arbitrabor. Vale.VI.Calendarum Sextilis.

Retulit.

Obligatio sententię, & pec.

Flexibilis ætas.

Octauium pergit fouere.

Nodus max.ĩ rep. inopia pecunię.

MARCI T.C.EPISTOLARVM AD QV.C.FRATREM LIBER PRIMVS.

M.T.C.QVINTO FRATRI.S.

ITSI nõ dubitabam quin hanc epistolã multi nũcii,fama deniq; esset ipsa sua celeritate superatura, tuq; ante ab aliis auditurus esses,annũ tertiũ accessisse desiderio nostro & labori tuo, tamen existimaui a me quoq; tibi huius molestiæ nuncium perferri oportere. Nam superioribus literis,nõ vnis, sed pluribus,cum iam ab aliis desperata res esset,tamen ego tibi spem maturę decessionis afferebam,non solum vt q̃diutissime te iucũda opinione oblectarem, sed etiam quia tanta adhibebatur & a nobis,& a Prætoribus cõtentio, vt rẽ posse confici non diffiderem. Nunc quoniam ita accidit,vt neq; Prętores suis opibus, neq; nos nostro studio qcq̃ perficere possemus,est omnino difficile nõ grauiter id ferre:sed tamen nostros animos maximis in rebus gerẽdis,& sustinẽdis exercitatos, frangi & debilitari molestia nõ oportet,quoniã ferre ea molestissime homines debẽt, quæ ipsoꝝ culpa cõtracta sunt.Est qdẽ in hac re mihi molestius ferẽdũ,q̃ tibi. Factũ est em̃ mea culpa,contra q̃ tu mecum,& ꝓficiscẽs,& ꝑ literas egeras,vt priore anno nõ succederetur.Qđ ego dũ sociorũ saluti cõsulo,dũ imprudẽtię nõnulloꝝ negotiatoꝝ resisto, dum nostrã gloriã tua virtute augeri expeto,feci nõ sapienter:præsertim cum id commiserim,vt ille alter annus,etiã tertiũ

Vnis.

posset adducere. Qđ quoniã peccatũ meũ esse confiteor, est sapientiæ, atq; humanitatis tuæ curare, & perficere, vt hoc minus sapienter a me prouisum, diligẽtia tua corrigatur. Ac si te ipse vehementius ad omneis parteis bene audiendi excitaris, non vt cum aliis, sed vt tecum iam ipse certes: si omnẽ tuã mẽtem, curam, cogitationem, & excellentẽ omnibus in rebus laudis cupiditatem incitaris (mihi crede) vnus annus additus labori tuo, multorum annorum lætitiã nobis, gloriam etiã posteris nostris afferet. Quapropter hoc te primũ rogo, ne cõtrahas aut demittas animũ, neve te obrui tãq̃ fluctu, sic magnitudine negotii sinas, cõtraq; erigas, ac resistas, siue etiam vltro occurras negotiis. Neq; enim eiusmodi partem reip. geris, in qua fortuna dominetur, sed in qua plurimũ ratio possit, & diligentia. Q2 si tibi bellũ aliquod magnũ, & periculosum administranti prorogatũ Imperium viderẽ, tremerem animo, q eodẽ tempore esse intelligerem etiam fortunæ potestatem in nos prorogatam. Nunc vero ea pars tibi reipu. cõmissa est, in qua aut nullam, aut perexiguam partem fortuna tenet: & quæ mihi tota in tua virtute, ac moderatione animi posita esse videatur. Nullas (vt opinor) insidias hostiũ, nullã prælii dimicationẽ, nullã defectionẽ sociorũ, nullã inopiã stipendii, aut rei frumẽtariæ, nullam seditionẽ exercitus pertimescimus, quæ persæpe sapientissimis viris acciderũt: vt quẽadmodũ gubernatores optimi vim tẽpestatis, sic illi fortunæ impetũ supare nõ possent. Tibi data est summa pax, summa tranquillitas: ita tamen vt ea dormientem gubernatorẽ vel obruere, vel vigilantẽ etiã delectare possit. Constat enim ea Prouincia primũ ex eo genere sociorum, qđ est ex hominũ omni genere humanissimũ. Deinde ex omni genere ciuiũ, qui aut q publicani sunt, nos summa necessitudine attingũt, aut q ita negotiãtur, vt locupletes sint, nostri consulatus beneficio se incolumes fortunas habere arbitrant. At enim inter hos ipsos existunt graues controuersiæ, multę nascuntur iniuriæ, magnę contentiones consequuntur. quasi vero ego id putem, non te aliquantum negotii sustinere. Intelligo permagnũ esse negotium, & maximi consilii. Sed memento consilii me hoc negotium esse magis aliquanto, q̃ fortunæ putare. Quid est enim negotii cõtinere eos, quibus præfis, si te ipse contineas? Id autem sit magnũ, & difficile cęteris, sicut est difficillimũ: tibi & fuit hoc semper facillimũ, & vere esse debuit: cuius natura talis est, vt etiam sine doctrina videatur moderata esse potuisse. Ea aũt adhibita doctrina est, quæ vel vitiosissimam naturã excolere possit. Tu tum pecuniæ, tum voluptati, tum omniũ rerum cupiditati resistes, vt facis. Erit, credo, periculum ne improbũ negotiatorẽ, paulo cupidiorẽ publicanũ comprimere non possis. Nam Græci quidẽ sic te ita vi uentem intuebũtur, vt quẽdã ex annaliũ memoria, aut etiã e cælo diuinũ hominẽ esse in prouinciã delapsum putent. Atq; hæc nũc nõ vt facias, sed vt te facere, & fecisse gaudeas, scribo. Præclarum est enim summo cum imperio fuisse in Asia trienniũ, sic vt nullum te signũ, nulla pictura, nullũ vas, nulla vestis, nullum mancipiũ, nulla forma cuiusq̃, nulla conditio pecuniæ, quibus rebus abundat ista Prouincia, ab summa integritate, cõtinẽtiaq; deduxerit. Quid aũt reperiri tã eximiũ, aut tã expetendũ potest, q̃ istã virtutẽ, moderationẽ animi, tẽperantiã non latere in tenebris, neq; esse abditã, sed in luce Asiæ, in oculis clarissimę Prouinciæ, atq; in auribus omniũ gentiũ, ac nationũ esse positã? nõ itineribus tuis perterreri homines, nõ sumptu exhauriri, non aduentu commoueri? esse quocũq; veneris, & publice, & priuatim maximã lætitiam: cũ vrbs custodem, non tyrannũ: domus hospitem, non expilatorẽ recepisse videatur? His autẽ in rebus iã te vsus ipse profecto erudiuit, nequaq̃ satis esse, ipsum has te habere virtutes, sed esse circũspiciendũ diligenter, vt in hac custodia Prouinciæ non te vnũ, sed omneis ministros imperii tui, sociis, & ciuibus, & reip. præstare videare. Q2q̃ legatos habes eos, q ipsi per se habituri sint rationem dignitatis suæ: de quibus honore, & dignitate, & ætate præstat Tubero: quẽ ego arbitror, præsertim cũ scribat historiã, multos ex suis annalibus posse deligere, quos velit, & possit imitari. Halienus autẽ noster cũ animo, & beneuolẽtia, tũ vero etiã imitatione viuendi. Nã quid ego de Gratidio dicam? quẽ certo scio ita laborare de existimatione sua, vt propterea amorem in nos fraternũ etiã demonstrare laboret. Quæstorem habes nõ tuo iudicio delectũ, sed eũ quẽ sors dedit. Hunc oportet & sua sponte esse moderatum, & tuis institutis, & pceptis obtẽperare. Quorũ si quis forte esset sordidior, ferres eatenus, quoad per se negligeret eas leges, qb9 est adstrictus: nõ vt ea potestate, quã tu ad dignitatẽ pmisisses, ad quęstum vteretur. Neq; enim mihi sane placet, præsertim cum ii mores tantum iam ad nimiam leuitatẽ, & ambitionẽ incubuerint, scrutari te omneis sordeis, excutere vnũquẽq; eorũ, sed quanta sit in quoq; fides, tantum cuiq; cõmittere. Atq; inter hos eos, quos tibi comites &

Audiendi bene.

Prorogare

Similitudo bona.

Publicani.

Cõtinere q bus præfis.

Doctrinæ virtus.

Tubero.

Existimatio sua.

Quæstor qualis.

adiutores negotioꝝ publicorum dedit ipſa reſpu.dũtaxat fínibus his pręſtabís,quos ante p̃ſcripſi.Quos vero aut ex domeſticis cõiũctionibus,aut ex neceſſariis apparitoribus tecũ eſſe voluiſti,qui quaſi ex cohorte prætoris appellari ſolẽt,horũ nõ modo facta, ſed etiã dicta oĩa pręſtanda nobis ſunt.Sed habes eos tecũ,quos poſſis recte facienteís facile díligere:minus cõ ſulenteís exiſtimationi tuę,facillime coercere:a quibus rudís cũ eſſes, videtur potuiſſe tua li beralitas decipi.Nã vt quiſq; eſt vir optimus,ita difficillime eſſe alios ímprobos ſuſpicatur. Nũc vero tertius hic annus habeat íntegritatẽ eandẽ, quã ſuperiores,cautiorẽ etiam, ac díli gentiorẽ.Sint aures tuæ,quæ id qđ audiũt,exiſtimentur audire,nõ in quas ficte,aut ſimula te quęſtus cauſa inſuſurretur.Sit annulus tuus,nõ vt vas alíquod,ſed tanq̃ ipſe tu:nõ míni ſter alienę volũtatís,ſed teſtís tuę.Accenſus ſit eo etiã numero,quo eum maiores noſtri eſſe voluerũt,qui hoc nõ ín beneficíí loco,ſed ín laboris,ac muneris non temere,niſi libertís ſuís deferebãt,qbus illí quídẽ nõ multo ſecus,ac ſeruís ímperabant.Sít lictor nõ ſuæ,ſed tuæ leni tatís apparitor:maioraq; p̃ferãt faſces illí,ac ſecures dígnitatís ínſignia,q̃ poteſtatis. Toti de niq; ſit Prouincię cognitũ,tibí omniũ,quibus præſis,ſalutẽ,líberos,famam,fortunas eſſe cha riſſimas.Deniq; hæc opínio ſit,non modo íis qui alíqd acceperint,ſed iis etiam qui dederint, te ínimícum (ſi id cognouerís) futurum. Neq; vero quiſq̃ dabít, cum erit hoc pærſpectum, nihil per eos,qui ſimulant ſe apud te multum poſſe,abs te ſolere ímpetrari.Nec tamẽ eſt hęc oratio mea huiuſmodi,vt te ín tuos,aut durum eſſe nimiũ,aut ſuſpitioſum velim. Nã ſi qs eſt eorũ qui tibí biennii ſpatio nũq̃ ín ſuſpitionem auaritiæ venerit,vt ego Cæſium,& Che rippum,& Labeonem audio,& quia cognoui exiſtimo,nihil eſt qđ nõ & iis,& ſi quis eſt alius eiuſmodi,& cõmitti,& credi rectiſſime putẽ.Sed ſi quis eſt ín quo iã offenderís,de quo alíqd ſenſeris, huic nihil crediderís,nullã partẽ exiſtimationis tuæ commiſeris.In Prouincía vero ipſa,ſi quẽ es nactus, qui ín tuã familiaritatẽ pœnitus intrarit, qui nobis ante fuerit ignotus, huic quãtũ credendũ ſit,víde.non quín poſſint multi eſſe prouinciales víri boni,ſed hoc ſpe rare licet,iudícare periculoſum eſt.Multis enim ſimulationũ inuolucrís tegitur,& quaſi ve lís quibuſdã obtẽditur vniuſcuiuſq; natura:frons,oculi,vultus pſæpe mẽtiũtur, oratio vero ſæpiſſime. Quamobrẽ qui potes reperíre ex eo genere hominũ,qui pecunię cupiditate addu cti careant hís rebus omnibus,a quibus nos diuulſi eſſe nõ poſſumus?Te autẽ alienũ homí nem ament ex animo,ac nõ ſui cõmodi cauſa ſimulent?Mihi quídẽ permagnũ videtur, præ ſertim,ſi iidem homines priuatum non fere quẽq̃, Prætores ſemper omneís amant. Quo ex genere,ſi quem forte tui cognouiſtí amantiorem (fieri enim potuit) q̃ tẽporís,hunc ad tuũ numerũ libenter aſcribito.Sin autẽ id nõ perſpícies,nullũ erit genus in familiaritate cauẽdũ magis,propterea q; & omneís vías pecuniæ norunt, & omnia pecuniæ cauſa faciũt,& quicũ victuri non ſunt,eíus exiſtimationi conſulere non curant.Atq; etiam e Græcis ipſis diligen ter cauendæ ſunt quædã familiaritates,pręter hominũ perpaucorũ,ſi qui ſunt vetere Greçia digní.Sic vero fallaces ſunt permulti,& leues, & diuturna ſeruitute ad nímiam aſſentationẽ eruditi.quos ego vniuerſos adhíberi líberaliter,optimũ quẽq; hoſpitío,amicitiaq; coníungí dico oportere:nímiæq; familiaritates eorũ, neq; tam fideles ſunt (non enim audẽt aduerſarí noſtris volũtatibus) & inuident non noſtris ſolũ,verũ etiã ſuís. Iam qui ín eiuſmodí rebus, ín quibus vereor etiam ne durior ſim,cautus eſſe velim,ac dílígens,quo me animo in ſeruos eſſe cenſes? quos quídem cũ omnibus in locís, tum præcipue in Prouinciís regere debemus, quo de genere multa præcipí poſſunt.Sed hoc & breuiſſimũ eſt,& facillíme teneri poteſt, vt ita ſe gerant ín iſtís Aſiaticís itineribus,vt ſi iter Appia vía faceres, neve intereſſe quicq̃ pu tent,vtrũ Tralleís,an Formías venerint. At ſi quís eſt ex ſeruís egregie fidelís,ſit in domeſti cís rebus,& priuatís.Quæ res ad officiũ imperíí tuí,atq; ad alíquã partẽ reip.pertinebunt,de his rebus ne quid attingat.Multa enim quę recte cõmitti ſeruís fidelibus poſſunt, tamen ſer monis,& vituperationis vitandę cauſa,cõmittẽda nõ ſunt. Sed neſcio quo pacto ad p̃cipiẽdí rationẽ delapſa eſt oratio mea,cũ id mihi propoſitũ initio nõ fuiſſet.Quid.n.eí præcipiã,quẽ ego ín hoc præſertim genere intelligam,prudentía nõ eſſe inferiorem q̃ me, vſu vero etiã ſu periorẽ?Sed tamẽ ſi ad ea quæ faceres,auctoritas accederet mea,tibí ipſi illa putaui fore iucũ diora.Quare ſint hæc fundamẽta dignitatís tuę:tua primũ íntegritas, & cõtinentía, deinde omniũ qui tecum ſunt pudor.Delectus in familiaritatibus,& prouincialiũ hominũ, & Gre corũ percautus,& dílígens.Familię grauis,& conſtans diſciplína.Quæ cum honeſta ſit in his priuatis noſtris,quotidianiſq; rationibus,in tanto imperío,tã deprauatis moribus, tam cor

Pręſtare.

Exiſtíma tioní tuę.

Quiſq;.

Aures.

Annulus ſubſigna tor.

Lictor.

Danti ira ſcendum.

Simulatio nũ inuolu cra ĩ hoíe.

Vías pecu niæ norũt.

Græcia ve tus.

Greci falla ces &c.

Seruoꝝ gu bernatio.

Dignitatis fundamẽta

ruptrice Prouincia, diuina videat necesse est. Hæc institutio, atq; disciplina potest sustinere in rebus statuendis, decernendisq; ea seueritate, qua tu in his rebus vsus es, ex qbus nonnullas simultates cū magna mea lætitia susceptas habemus. nisi forte me Paconii nescio cuius hois, ne Greci qdē, ac Mysii, aut Phrygii potius, querelis moueri putas, aut Thuscenii hominis furiosi, ac sordidi vocibus, cuius tu ex impurissimis faucibus, inhonestissimā cupiditatē eripuisti summa cū æquitate. Hęc & cętera plena seueritatis, quę statuisti in ista Prouincia, nō facile sine summa integritate sustinebimus. Quare sit summa in iure dicēdo seueritas, dūmodo ea nō varietur gratia, sed cōseruetur æquabilis. Sed tamē parui refert abs te ipso ius dici æqualiter, & diligenter, nisi idē ab iis fiet, quibus tu eius muneris aliquā partē cōcesseris. Ac mihi quidem videtur nō sane magna varietas eē negotioꝝ in administrāda Asia, sed ea tota iurisdictione maxime sustineri. In qua sciētię pīsertim prouincialis ratio ipsa expedita est. Cōstantia est adhibenda, & grauitas, quæ resistat non solū gratiæ, verū etiā suspitioni. Adiungēda etiā est facilitas in audiendo, lenitas in discernendo, in satisfaciendo, ac disputando diligētia. His rebus nuper Cn. Octauius iucundissimus fuit: apud quem primus lictor qui fuit, tacuit accēsus: quoties quisq; voluit, dixit: & q̄ voluit diu. Quibus ille rebus fortasse nimis lenis videretur, nisi hæc lenitas illam seueritatem tueretur. Cogebantur Syllani homines, quæ per vim, & metum abstulerant, reddere. Quæ in magistratibus iniurioſe decreuerant, eodem ipsis priuatis erat iure parendū. Hæc illius seueritas acerba videretur, nisi multis condimentis humanitatis mitigaretur. Q̄z si hæc lenitas grata Romæ est, vbi tanta arrogantia est, tā immoderata libertas, tā infinita hominū licentia, denicq; tot magistratus, tot auxilia, tāta vis, tanta Senatus auctoritas, q̄ iucunda tandem Prætoris comitas in Asia potest esse! in qua tanta multitudo ciuiū, tanta sociorꝝ, tot vrbes, tot ciuitates vnius hominis nutū intuentur! vbi nullū auxilium est, nulla conquestio, nullus Senatus, nulla concio! Quare cum permagni hominis est, & cū ipsa natura moderati, tū vero etiā doctrina, atq; optimarū artiū studiis eruditi, sic se adhibere in tāta potestate, vt nulla alia potestas ab iis qbus pręsit desideretur. Cyrus ille a Xenophonte nō ad historiæ fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperii, cuius summa grauitas ab illo philosopho cū singulari comitate cōiūgitur, quos quidē libros nō sine causa nos ster ille Aphricanus de manibus ponere nō solebat. Nullū est em̄ prętermissum in his officiū diligentis, & moderati imperii. Eaq; si sic coluit ille qui priuatus futurus nunq̄ fuit, quonam modo retinēda sunt iis quibus imperiū ita datū est, vt redderent, & ab his legibus datū est, ad quas reuertendū est! Ac mihi qdē †videtur huc omnia esse referēda ab iis qui pīsunt aliis, vt ii q eorꝝ in imperio erūt, sint q̄beatissimi: qd tibi esse & antiquissimū, & ab initio fuisse, vt primū Asiam attigisti, cōstante fama, atq; omniū sermone celebratū est. Est autem non modo eius, qui sociis, & ciuibus, sed etiā eius qui seruis, qui mutis pecudibus præsit, eorꝝ qbus pīsit cōmodis, vtilitatiq; seruire. Cuius qdē generis cōstare inter omneis video, abs te summā adhiberi diligētiā, nullū æs alienū nouū cōtrahi ciuitatibus, vetere aūt magno, & graui multas abs te esse liberatas vrbeis: cōplureis diruptas, ac pene desertas, in qbus vnā Ionię nobilissimā, alterā Carię, Samū, & Halicarnasum p te esse recreatas: nullas esse ī oppidis seditiones, nullas discordias: puideri abs te, vt ciuitates optimatū cōsiliis administrent. Sublata Mysiæ latrocinia: cędes multis locis repssas: pacē tota Prouicia cōstitutā: neq; solū illa itinerū, atq; agroꝝ, sed multo etiā plura, & maiora oppidoꝝ & furta, & latrocinia esse depulsa. Remotā a fama, & a fortunis, ab otio locupletū, illā acerbissimā ministrā Prętoꝝ auaritię calūniā. Sumptus, & tributa ciuitatū ab oīb⁹ q earū ciuitatū fineis incolāt, tolerari æquabiliter: facillimos esse aditus ad te: patere aureis tuas q̄relis oīm: nullius inopiā, ac solitudinē, nō modo vllo popularī accessu, ac Tribunali, sed ne domo qdē tua, & cubiculo esse exclusam: tuo toto denicq; in Impio nihil acerbū esse, nihil crudele, atq; oīa plena clemētię, māsuetudinis, humanitatis. Quātū vero illud est beneficiū tuū, q̄ iniquo, & graui vectigali ædilitioꝝ magnis nostris simultatibus Asiā liberasti. Enīuero si vnus homo nobilis q̄rit palā te, q̄ edixeris, ne ad ludos pecunię decernerent. HS. CC. sibi eripuisse, quāta tādē pecunia pēderet si oīm nomine qcūq; Romę ludos facerēt, qd erat iā institutū, erogaret! Q̄z q̄ has q̄relas hoīm nostroꝝ illo cōsilio oppressimus, qd in Asia nescio quonā modo, Romæ qdē nō mediocri cū admiratione laudat: q̄ cū ad templū, monimentūq; nostrū ciuitates pecunias decreuissent, cūq; id & pro magnis meis meritis, & pro tuis maximis beneficiis, summa sua volūtate fecissent: noīatimq; lex excęperet, vt ad tęplū monimētūq; capere liceret: cūq; id qd dabat, non esset interiturū, sed in or-

Iuris dicūdi ratio.

Accensus miles.

Licentia.

Cyrus Xenophōtis.

†videtur.

Imperatoris propositū.

Halicarnasus Carię.

Auaritiæ calumnia.

Vectigal ædilitiorū.

mentis templi futurũ,vt non mihi potius,q̃ Ro.Po.ac diis immortalibus datum videretur,tamen id in quo erat dignitas,erat lex,erat eorum,qui faciebant,voluntas,accipiendum non putaui,tum aliis de causis,tum etiã,vt animo equiore ferrẽt ii, quib9 nec deberet,nec liceret.Quapropter incũbe toto animo,& studio omni,in eam rationẽ, qua adhuc vsus es, vt eos,quos tuę fidei,potestatiq;,S.P.Q.R.cõmisit,& credidit,diligas,& omni ratiõe tueare, vt esse q̃beatissimos velis. Q; si te sors Aphris,aut Hispanis,aut Gallis pfecisset,immanibus,ac barbaris nationib9,tñ esset humanitatis tuę,cõsulere eorũ cõmodis & vtilitati,salutiq; seruire.Cũ vero ei generi hominũ pręsimus,nõ modo in quo ipsa sit, sed etiã a quo ad alios pueniſſe putetur humanitas,certe iis etiã eã potissimum tribuere debemus, a quib9 accepimus. Non em̃ me hoc iam dicere pudebit,pstim in ea vita,atq; iis rebus gestis,in quibus nõ potest residere inertię,aut leuitatis vlla suspitio,nos ea quę cõsecuti sumus,his studiis, & artibus esse adeptos,q̃ sint nobis Grecię monimentis,disciplinisq; traditę. Quare pter cõmunẽ fidem,q̃ oĩbus debetur,pręterea nos isti hoim generi pręcipue debere videmur,vt quorũ præceptis simus eruditi,apud eos ipsos,qđ ab iis didicerimus,velim9 expromere.Atq; ille quidẽ princeps ingenii,& doctrinę Plato tum deniq; fore beatas respu.putauit,si aut docti, aut sapientes homines eas regere cœpissent,aut qui regerẽt, omne suũ studiũ in doctrina, ac sapiẽtia collocassent.Hanc cõiunctionẽ videlicet potestatis,& sapientię, saluti censuit ciuitatibus esse posse.Qđ fortasse aliquando vniuersę reipu.nostrę,nunc quidẽ profecto isti prouincię cõtingit,vt is in ea summã potestatem haberet,cui in doctrina,cui in virtute, atq; humanitate percipiẽda,plurimũ a pueritia studii fuisset,& tẽporis.Quare cura,vt hic annus,qui ad labo rem tuũ accessit,idẽ ad salutẽ Asię prorogatus esse videatur, qm̃ in te retinendo fuit Asia felicior,q̃ nos in deducẽdo,perfice,vt lętitia prouincię desideriũ nostrũ leniatur.Etem̃ si in pmerendo vt tibi tanti honores haberentur,quanti haud scio an nemini,fuisti omnium diligentissimus,multo maiorem in his honoribus tuendis adhibere diligentiã debes.Et quidem de isto genere honorũ,quid sentirẽ,scripsi ad te ante.Semp eos putaui si vulgares essent,vileis:si temporis causa constituerentur,leueis:si vero(id qđ ita factum est)meritis tuis tribuerentur,existimabam multã tibi in his honoribus tuendis operam esse ponendam. Quare qm̃ in istis vrbibus,cum summo imperio,& potestate versaris,in quibus tuas virtutes consecratas,& in deorũ nũero collocatas vides,in oĩbus rebus,quas statues,quas decernes,quas ages, quid tantis hoim opinionibus,tantis de te iudiciis,tãtis honoribus debeas,cogitabis. Id aũt erit eiusmodi,vt consulas omnibus,vt medeare incõmodis hominum,prouideas saluti,vt te parentẽ Asiæ & dici,& haberi velis.Atq; huic tuę voluntati, ac diligentię, difficultatem magnam afferunt publicani: quibus si aduersamur, ordinem de nobis optime meritum, & per nos cum repu.cõiunctũ,& a nobis,& a rep.disiungemus. Sin aũt oĩbus in reb9 obsequemur, funditus eos perire patiemur,quorũ non modo saluti,sed etiã cõmodis consulere debemus. Hęc est vna(si vere cogitare volumus)in toto imperio tuo difficultas. Nam esse abstinentẽ, continere omneis cupiditates,suos coercere,& iuris equabilẽ tenere rationẽ,facilem te in rebus cognoscendis,in hominibus audiendis,admittendisq; prębere,pręclarum magis est,q̃ difficile.Non est enim positum in labore aliquo,sed in quadam inductione animi,atq; voluntate.Illa causa publicanorum quantã acerbitatẽ afferat sociis,intelleximus ex ciuibus, qui nuper in portoriis Italię tollendis,non tam de portorio,q̃ de nõnullis iniuriis portitorũ querebant.Quare non ignoro quid sociis accidat in vltimis terris,cũ audiuerim in Italia querelas ciuium.Hic te ita versari,vt & publicanis satisfacias, pręsertim publicis male redẽptis, ac socios perire nõ sinas,diuinę cuiusdã virtutis esse videtur, idest tuę.Ac primum Græcis,id qđ acerbissimum est,& q̃ sunt vectigales,nõ ita acerbũ videri debet,ppterea q̃ sine imperio populi Romani suis institutis,per se ipsi ita fuerũt.Nomen aũt publicani aspernari nõ possunt, qui peadere ipsi vectigal sine publicano nõ potuerunt,qđ iis equaliter Sylla descripserat. Nõ esse aũt leniores in exigẽdis vectigalib9 Grecos,q̃ nostros publicanos,hinc intelligi potest,q̃ Caunii nup oẽs ex insulis,q̃ erant ab Sylla Rhodiis attributę,confugerũt ad Senatum,nobis vt potius vectigal,q̃ Rhodiis penderent.Quare nomen publicani,neq; ii debent horrere,qui semp vectigales fuerunt:neq; ii aspernari,qui per se pendere vectigal nõ potuerũt: neq; ii recusare,qui postulauerunt.Simul & illud Asia cogitet,nullã a se neq; belli externi,neq; discordiarum domesticarũ calamitatẽ abfuturam fuisse,si hoc imperio non teneret.Id aũt imperiũ cum retineri sine vectigalibus nullo modo possit,equo animo parte aliqua suorum fructuũ

Immanes & feri.

Hũanitas a grecis inuẽta.

Grecis accepta fert Ci. omnia.

Plato princeps ĩgenii de reipub. beatitate.

An nemini Honorum æstimatio.

Virtutes cõsecratæ.

Publicanorum difficilis ratio.

Portoria.

Vectigaliũ exactio.

pacem sibi sempiternam redimat, atq; otium. Q; si genus ipsum, & nomen publicani non ini quo animo sustinebunt, poterunt iis consilio, & prudētia tua reliqua videri mitiora. Possunt in pactionibus faciendis non legem spectare censoriam, sed potius commoditatem conficiendi negotii, & liberationem molestiæ. Potes etiã tu id facere, qđ & fecisti egregie, & facis, vt cõ memores quanta sit in publicanis dignitas, quãtum nos illi ordini debeamus, vt remoto Imperio, ac vi potestatis, & fascium, publicanos cum Græcis gratia, atq; auctoritate coniungas. Sed & ab iis, de quibus optime tu meritus es, & qui tibi omnia debent, hoc petas, vt facilitate sua, nos eam necessitudinem, quę est nobis cum publicanis, obtinere, & conseruare patiantur. Sed quid ego te hæc hortor, quæ tu non modo facere potes tua sponte sine cuiusq̃ præceptis, sed etiam magna iam ex parte perfecisti? Non enim desistunt nobis agere quotidie gratias honestissime, & maxime societates: qđ quidem mihi idcirco iucundius est, q; idem faciũt Græci. Difficile est autem ea, quæ commodis, vtilitate, & prope natura diuersa sunt, volũta te coniungere. At ea quidem, quę supra scripta sunt, non vt te instituerem scripsi (neq; enim prudentia tua cuiusq̃ præcepta desiderat) sed me in scribendo commemoratio tuæ virtutis delectauit: q̃q̃ in his literis longior fui, q̃ aut vellem, aut me putaui fore. Vnum est, qđ tibi ego præcipere non desinam, neq; te patiar (quantum in me erit) cum exceptione laudari. Omnes enim qui istinc veniunt, ita de tua virtute, integritate, humanitate commemorant, vt in tuis summis laudibus excipiant vnam iracundiam. Qđ vitium, cum in hac priuata, quotidianaq; vita leuis esse animi, atq; infirmi videtur, tum vero nihil est tam deforme, q̃ ad summum imperium etiam acerbitatem naturę adiungere. Quare illud non suscipiam, vt quæ de iracundia dici solent a doctissimis hominibus, ea tibi nunc exponam, cum & nimis longus esse nolim, & ex multorum scriptis ea facile possis cognoscere. Illud, qđ est epistolæ ꝓprium, vt is ad quẽ scribitur, de his rebus, quas ignorat, certior fiat, prętermittendum esse non puto. Sic ad nos omnes fere deferunt, nihil cum absit iracundia, te fieri posse iucundius. Sed, cũ te alicuius improbitas, puersitasq; cõmouerit, sic te aio incitari, vt ab oĩb⁹ tua desideretur humanitas. Quare, quoniã in eam rationem vitę nos, non tam cupiditas quędã glorię, q̃ res ipa, ac fortuna deduxit, vt sempiternus sermo hominum de nobis futurus sit, caueamus quantũ efficere, & cõsequi possumus, ne qđ in nobis insigne vitium fuisse dicatur. Neq; ego hoc nũc contendo, qđ forasse cũ in omni natura, tum iam in nostra ætate difficile est, mutare animũ, & si quid est penitus insitum moribus, id subito euellere. Sed te illud admoneo, vt si hoc plene vitare non potes, q; ante occupatur animus ab iracundia, q̃ prouidere ratio potuit ne occuparetur, vt te ante compares, quotidieq; meditere resistendũ esse iracundię: cumq; ea maxime animum moueat, tum tibi esse diligentissime linguam continendam. quę quidẽ mihi virtus non interdum minor videtur, q̃ omnino non irasci. Nam illud non solum est grauitatis, sed nonnunq̃ etiam lentitudinis. Moderari vero & animo, & orationi, cum sis iratus, aut etiã tacere, & tenere in sua potestate motum animi, & dolorem, etsi non est perfectę sapientię, tamen est nõ mediocris ingenii. Atq; in hoc genere multo te esse iam cõmodiorem, mitiorẽq; nunciant. Nullę tuę vehementiores animi concitationes, nulla maledicta ad nos, nullę contumelię perferuntur: quę cum abhorrent a literis, ab humanitate, tum vero contraria sunt imperio, & dignitati. Nam, si implacabiles sunt iracundię, summa est acerbitas. Sin autem exorabiles, summa leuitas, quæ tamen (vt in malis) acerbitati anteponenda est. Sed quoniã primus annus habuit de hac reprehensione plurimum sermonis, credo propterea, q; tibi hominum iniurię, q; auaritiæ, q; insolentia præter opinionem accidebat, & intolerabilis videbatur: Secũdus autem multo lenior, q; & consuetudo, & ratio, & (vt ego arbitror) meæ quoq; literæ te patientiorem, lenioremq; fecerũt: Tertius annus ita esse debet emendatus, vt ne minimam quidem rem quisq̃ possit vllam reprehendere. Ac iam hoc loco non hortatione, neq; ꝓceptis, sed ꝓcibus tecũ fraternis ago, totũ vt animũ, curã, cogitationẽq; tuã ponas in omniũ laude vndiq; colligẽda. Q; si in mediocri statu sermonis, ac ꝑdicationis nostrę res essent, nihil abs te eximiũ, nihil ꝑter aliorũ cõsuetudinẽ postularet. Nũc vero ꝓpter earũ rerum, in qbus versati sumus, splẽdorẽ & magnitudinẽ, nisi summã laudẽ ex ista ꝓuincia assequmur, vix videmur sũmã vituperationẽ posse vitare. Ea nostra ratio est, vt oẽs boni tũ faueãt, tũ etiã a nobis oẽm diligentiã, virturẽq; & postulent, & expectent: oẽs asit improbi, q; cum iis bellum suscepimus sempiternũ, vel minima re ad reprehendendũ cõtenti esse videantur. Quare quonim eiusmodi theatrũ est toti⁹ Asię celebritate refertissimũ, magnitudine amplissimũ, iudicio eruditissimũ,

Publicanorũ dignitas

Laudari cũ exceptiõe.

Iracundia cauenda.

Epistolę ꝓprium.

Ira penitus excidi negt

Lentitudo.

Abhorrẽt.

Mediocribus esse nõ licet magistratibus summis.

Theatrum Asię.

natura aũt ita resonans,vt vsq; Romã significationes,voceſq; referant,contende quæso,atq; elabora,non modo vt his rebus dignũ fuisse,sed etiã vt illa oĩa tuis artibus superasse videare.Et qm̃ mihi casus vrbanã in magistratibus administrationẽ reipu.tibi prouincialẽ dedit,& si mea pars nemini cedit,fac vt tua cęteros vincat.Simul & illud cogita,nos nõ de relíqua & sperata gloria iã laborare,sed de parta dimicare.Quę quidẽ nõ tã expetenda fuit, q̃ tuẽda nobis est.At si mihi quicq̃ esset abs te separatũ,nihil amplius desiderarẽ hoc statu, qui mihi iã partus est.Nũc vero res sic sese habet,vt nisi oĩa tua facta,atq; dicta nostris reb⁹ istinc respõdeãt,ego me meis tãtis laborib⁹,tãtisq; piculis,quorũ tu oĩm particeps fuisti,nihil cõsecutũ putẽ.Q; si vt amplissimũ nomen cõsequeremur,vnus pręter cęteros,adiuuisti,certe idẽ vt id retineamus,pter cęteros,elaborabis. Nõ est tibi his solis vtendũ existimationibus ac iudiciis qui nũc sunt hoĩm,sed his etiã, q futuri sunt. q̃q̃ illorũ erit verius iudiciũ obtrectatione, & maleuolẽtia liberatũ.Deniq; illẽ etiã debes cogitare,nõ te tibi soli gloriã quęrere: qđ si esset, tñ non negligeres,psertim cum amplissimis monimentis consecrare voluisses memoriã nois tui.Sed ea tibi est cõmunicanda mecũ,prodẽda liberis nostris.In qua cauendũ est,ne si negligentior fueris,non solũ tibi parum consuluisse,sed tuis etiã inuidisse videaris. Atq; hęc non eo dicuntur,vt te oratio mea dormientẽ excitasse,sed potius vt currentẽ incitasse videatur. Facies em̃ perpetuo,quę fecisti,vt omnes equitatem tuam,temperantiã, seueritatem,integritatemq; laudent.Sed me quędam tenet,propter singularẽ amorem,infinita in te auiditas glorię.q̃q̃ illud existimo,cũ iam tibi Asia,sicut vnicuiq; sua domus,nota esse debeat,cũ ad tuam summã prudentiã tantus vsus accesserit,nihil esse qđ ad laudẽ attineat,qđ non tu optime prospicias,& tibi non sine cuiusq̃ hortatione in mentẽ veniat quotidie.Sed ego,qui cum tua lego,te audire,& qui cũ ad te scribo,tecũ loqui videor:ideo & tua lõgissima quaq; epistola maxime delector,& ipse in scribendo sępe sum longior:illud te ad extremũ & oro, & hortor, vt tãq̃ poetę boni,& actores industrii solẽt,sic tu in extrema parte,& cõclusione muneris, ac negotii tui diligẽtissimus sis, vt hic tertius annus imperii tui,tanq̃ tertius actus pspectissim⁹ atq; ornatissimus fuisse videat.Id facillime facies,si me cui semp vni magis, q̃ vniuersis place re voluisti,tecũ semper esse putabis,& oĩbus his rebus,quas dices,ac facies,interesse.Reliquũ est,vt te orem,vt valetudini tuę,si me,& omneis tuos valere vis,diligentissime seruias.

Gloria.

Posterorũ iudiciũ verius.

Cõsecrare me,nois.

Excitare.

Incitare.

Nota domus.

Poetę boni partes.

Actus tertius.

M.T.C.Q.V.CICERONI FRATRI.S.

Stathius ad me venit ad.VIII.Calẽ.Nouẽb.eius aduẽtus, q̃ ita scripsisti direptũ esse a tuis,dũ is abesset,molestus mihi fuit.Q; aũt expectationem tui, cõcursumq; eũ,qui erat futur⁹,si vna tecũ decederet, neq; antea visus esset, sustulit,id mihi nõ incommode visum est accidisse.Exhaustus em̃ est sermo hoĩm,& multę emissæ iam eiusmodi voces,ἀλλὰ ἀιεί ἄνα φῶτα μέγαν,quæ te absente confecta esse lætor.Q; autem idcirco a te missus est mihi,vt se purgaret,id necesse minime fuit.Primũ.n. nunq̃ ille mihi fuit suspectus: neq; ego, q̃ ad te de illo scripsi,scripsi meo iudicio:sed cũ ratio,saluſq; omniũ nostrũ,qui ad rempu.accedimus,nõ veritate solũ,sed etiã fama niteretur,sermones ad te aliorũ semper, non mea iudicia perscripsi. Qui quidẽ q̃ frequentes essent,& q̃ graues,aduentu suo Stathius ipse cognouit.Etem̃ interuenit nõnullorũ querelis,q̃ apud me de illo ipo habebant,& sentire potuit sermones iniquorum in suũ potissimũ nomẽ erũpere.Qđ autem me maxime mouere solebat, cum audiebam illum plus apud te posse, q̃ grauitas illius ætatis, & imperii prudentia postularet(q̃ multos enim mecum egisse putas,vt se Stathio commendarem!q̃ multa autem ipsum ἀσφαλῶς mecum in sermone ita potuisse!) id mihi nõ placuit,monui,suasi,deterrui. Quib⁹ in rebus etiã si fidelitas summa est,qđ prorsus credo,quoniam tu ita iudicas,tamẽ species ipsa tã gratiosi liberti,aut seruí,dignitatem habere nullã potest. Atq; hoc sic habeto (nihil enim nec temere dicere,nec astute reticere debeo)materiã omnẽ sermonũ eorũ,qui de te detrahere velint,Stathiũ dedisse:& antea tãtũ intelligi potuisse,iratos tuę seueritati esse nõnullos: hoc manumisso,iratis qđ loquerent,non defuisse. Nunc respõdebo ad eas epistolas, quas mihi reddidit L. Cæsius,cui qm̃ ita te velle intellígo,nullo loco deero.Quarũ altera est de Blãdenio Zeuxide, quẽ scribis certissimũ matricidã tibi a me intime cõmendari.Qua de re,& de hoc genere toto,ne forte me in Gręcos tã ambitiosum factũ esse mirere,pauca cognosce. Ego cũ Græcorũ querelas nimium valere sentirẽ,propter hominum ingenia ad fallendum parata, quoscunq; de te queri audiui, quacunq; potui ratione placaui. Primum Dionysipolitas, qui erant ini-

Stathii purgatio.

Zeuxide.

Matricida.

Græc. ingenia.

Dionysipolitę.

micissimi mei, leniui: quorũ principẽ Hermippũ nõ solũ sermõe meo, sed etiã familiaritate de uinxi. Ego Apamensem Ephesium, ego leuissimũ hominẽ Megaristum Antandrium, ego Niciam Smyrnęum, ego nugas maximas omni mea comitate sum cõplexus, Nymphontẽ etiam Colophoniũ. quæ feci oĩa, nõ quo me aut iĩ hoĩes, aut tota natio delectaret (pertesum est eã leuitatis, assentationis, animorum, nõ officiis, sed temporib9 seruientiũ) sed vt ad Zeuxim reuertar. Cũ is de Casellii sermone secũ habito, quę tu scribis, ea ipse loquereť, obstiti ei9 sermoni, & hominem in familiaritatẽ recepi. Tua autem quę fuerit cupiditas tanta nescio, q̃ scribis cupiisse te, quoniã Smyrnæ duos Mysios insuisses in culeum, simile in superiore parte prouĩciæ edere exemplum seueritatis tuę, & idcirco Zeuxim elicere omni ratione voluisse. quẽ adductũ in iudiciũ fortasse dimitti nõ oportuerit: cõquiri vero, & elici blãditiis (vt tu scribis) ad iudicium necesse non fuit, eũ prętertim hominẽ, quem ego & ex suis ciuibus, & ex multis aliis quotidie magis cognosco nobiliorẽ esse prope, q̃ ciuitatẽ suam. At enim Gręcis solis indulgeo. Quid L. Cęciliũ? nonne omni ratione placaui? quem hominẽ? qua ira? quo spiritu? quẽ denię̃ præter Thusceniũ, cuius causa sanari non potest, nõ mitigaui? Ecce supra caput hõ leuis, ac sordidus, sed tamen equestri incessu Catienus, etiã is lenietur. Cuius tu in patrẽ q̃ fuisti asperior, non reprehendo. certe eã scio te fecisse cum causa. Sed quid opus fuit eiusmodi literis, quas ad ipsum misisti? illum crucem sibi ipsi cõstituere, ex qua tu eũ ante detraxisses: te curaturum fumo vt combureretur, tota plaudente prouincia. Quid vero ad C. Fabiũ nescio quẽ (nam eam quoq̃ epistolam T. Catienus circũgestat) renunciare tibi Licinium Plagiariũ cũ suo pullo Miluino tributa exigere? Deinde rogas Fabium, vt & patrem, & filiũ viuos cõburat, si possit. sin minus, ad te mittat, vti iudicio cõburant. Hę literę abs te per iocũ missę ad C. Fabiũ, si modo sunt tuę, cũ legunt, inuidiosam atrocitatẽ verborũ habẽt. At, si oĩm mearũ literarũ p̃cepta repetes, intelliges nihil esse a me, nisi orationis acerbitatẽ, & iracundiam, & si forte raro literarũ missarũ indiligẽtiã reprehẽsam. Quib9 quidẽ in reb9 si apud te plus auctoritas mea, q̃ tua, siue natura paulo acrior, siue q̃dã dulcedo iracundię, siue dicẽdi sal, facetiæq̃ valuissent, nihil sane esset, qđ nũc pœniteret. Et mediocri me dolore putas affici, cũ audiam, qua sit existimatione Virgilius, qua tuus vicinus Cn. Octauius? Nã si te interioribus vicinis tuis, Cilicẽsi, & Syriaco anteponis, valde magnũ facis. Atq̃ is dolor est, q̃ cũ ii, quos nomina ui, te innocentia non vincant, vincunt tñ artificio beneuolentię colligẽdę, qui neq̃ Cyrũ Xenophontis, neq̃ Agesilaum nouerint, quorũ regum summo imperio nemo vnq̃ verbũ vllum asperius audiuit. Sed hæc a principio tibi prępipiens, quantũ profecerim, non ignoro. Nunc tñ decedens (id quod mihi iam facere videris) relinque quęso q̃iucundissimam memoriã tui. Successorem habes perblandũ, cętera valde illius aduentu tua requirentur. In literis mittendis (vt sępe ad te scripsi) nimiũ te inexorabilẽ prębuisti. Tolle omneis, si potes iniquas, tolle inusitatas, tolle cõtrarias. Statius mihi narrauit scriptas ad te solere afferri, ab se legi, & si iniq̃ sint, fieri te certiorẽ. Anteq̃ vero ipse ad te venisset, nullũ delectũ literarũ fuisse: ex eo esse volumina selectarũ epistolarũ, q̃ reprehẽdi solerent. Hoc de genere nihil te nũc quidẽ moneo, sero est eã, ac scire potes, multa me varie, diligẽterq̃ monuisse. Illud tñ qđ Theopõpo mandaui, cum essem admonitus ab ipso, vide per homines amanteis tui, qđ est facile, vt hæc genera tollantur epistolarũ, primum iniquarum, deinde contrariarũ, tum absurde, & inusitate scriptarum, postremo in aliquẽ contumeliosarũ. Atq̃ ego hęc tã esse, q̃ audio, non puto: & si sunt occupationibus tuis minus animaduersa, nũc perspice, & purga. Legi epistolã, quam ipse scripsisse Sylla Nomenclator dictus est, nõ probandã. legi nonnullas iracundas. Sed tẽpore ipso furor dabat. hęc de epistolis. Nam cũ hanc paginã tenerem, L. Flauius Prętor Dess. ad me venit, homo mihi valde familiaris. Is mihi inqt te ad procuratores suos literas misisse, q̃ mihi visę sunt iniqssimę, ne qd de bonis, q̃ L. Octauii Nasonis fuissent, cui L. Flaui9 hęres ẽ, diminuerẽt ante, q̃ C. Fũdanio pecuniã soluissent. Itẽq̃ misisse ad Apolloniẽses, ne de bonis, q̃ Octauii fuissent, diminui paterent, priusq̃ Fundanio debitũ solutũ esset. Hęc mihi verisimilia nõ videtur, sunt enim a prudentia tua remotissima. Ne diminuat hęres. qd si inficiatur? Quid, si omnino non debetur? Quid? Prætor solet iudicare deberi? Quid ego Fundanio non cupio? non amicus sum? non misericordia moueor? nemo magis, sed via iuris eiusmodi est quibusdam in rebus, vt nihil sit loci gratię. Atq̃ ita mihi dicebat Flauius, scriptũ in ea epistola, quã tuã esse dicebat, te aut quasi amicis tuis gratias acturũ, aut quasi iimicis incõmoda laturũ. Quid multa? ferebat grauiter, id vehemẽter mecũ querebať, orabatq̃, vt ad te q̃diligẽtissime scriberẽ, qđ

Zeuxis.

Insuti in culeum.

Indulgeo.

Catienus.

Fumo combureretur.

Plagiarius.

Miluinus pullus.

Sal dicẽdi.

Cyrus & Agesilaus.

Literarũ delectus habẽdus.

Nomenclator.

facio,& te prorsus vehemẽter etiam,atq; etiã rogo,vt & procuratoribus Flauii remittas de diminuendo,& de Apollonienſibus ne quid perſcribas,qđ contra Flauium ſit amplius,& Flauii cauſa,& ſcilicet Pompeii facies omnia.Nolo mediuſſidius ex tua iniuria in illum tibi liberalem me videri.Sed & te oro, vt tu ipſe auctoritatem, & monimentum aliquod decreti, aut literarum tuarum relinquas,qđ ſit ad Flauii rem,& ad cauſam accõmodatum.Fert enim grauiter homo,& mei obſeruantiſſimus,& ſui iuris,dignitatiſq; retinẽs,ſe apud te neq; amicitia,neq; iure valuiſſe:& vt opinor,Flauii aliquando rem, & Pompeius, & Cęſar tibi cõmẽdarunt,& ipſe ad te ſcripſerat Flauius,& ego certe.Quare,ſi vlla res eſt,quã tibi me faciendã pętẽte putes,hęc ea ſit.Si me amas,cura,elabora,perfice,vt Flauius & tibi,& mihi q̃maximas gratias agat.hoc te ita rogo,vt maiore ſtudio te rogare non poſſim.Quod ad me de Hermia ſcribis,mihi mehercule valde etiam moleſtum fuit.Literas ad te parum fraterne conſcripſeram,quas oratione Diodori Luculli liberti commotus, de pactione ſtatim quod audieram, iracundus ſcripſeram,& reuocare cupiebam. huic tu epiſtolæ non fraterne ſcriptæ, fraterne debes ignoſcere.De Cenſorino,Antonio,Caſſio,Scęuola,te ab iis diligi(vt ſcribis) vehementer gaudeo.cætera fuerunt in eadem epiſtola grauiora, q̃ vellem.ὀρθὰ τὰν ναῦν ἄπαξ δανεῖμι. maiora iſta erunt.Meæ obiurgationes fuerunt amoris pleniſſimę, quę ſunt nonnullæ, ſed tñ mediocres,& paruę potius.Ego te nunq̃ vlla in re dignum minima reprehenſione putaſſem, cum te ſanctiſſime gereres,niſi inimicos multos haberemus.Quæ ad te aliqua admonitione, aut obiurgatione ſcripſi,ſcripſi propter diligentiam cautionis meę:in qua & maneo, & manebo,& idem vt facias,non deſiſtam rogare. Attalus Iphemenus mecum egit, vt ſe ne impedires,quo min9 quod ad Qu.Publiceni ſtatuam decretum eſt,erogaretur:qđ ego te rogo,& admoneo,ne talis viri,tamq; noſtri neceſſarii,honorem minui per te,aut impediri velis.Præterea Aeſopi tragœdi noſtri familiaris,Licinius ſeruus tibi notus aufugit. Is Athenis apud Patronem Epicureũ pro libero fuit.Inde in Aſiã venit,poſtea Plato quidam Sardianus Epicureus,qui Athenis ſolet eſſe multum,& qui tum Athenis fuerat,cũ Licinius eo veniſſet, & cum eũ fugitiuũ poſtea eſſe ex Aeſopi literis cognoſceret,hominẽ cõprehẽdit, & in cuſtodiã Epheſi tradidit,ſed in publicã,†vel in priſtinũ,non ſatis ex literis eius intellígere potuimus. Tu quoquo modo,qm̃ Epheſi eſt,hominem inueſtiges velim,ſummaq; diligentia†vel recum deducas.Noli ſpectare quanti homo ſit,parui.n.precii eſt,qui iam nihil ſit: ſed tanto dolore Aeſopus eſt affectus propter ſerui ſcelus,& audaciam, vt nihil ei grati9 facere poſſis, q̃ ſi illũ per te recuperarit.Nunc ea cognoſce,quę maxime exoptas.rẽpu.funditus amiſimus,adeo,vt Cato adoleſcens nullius conſilii, ſed tamen ciuis Romanus, & Cato, vix viuus effugeret. q̃ cum Gabiniũ de ambitu vellet poſtulare,neq; Prętores diebus aliquot adiri poſſent, vel poteſtatem ſui facerent,in concionem aſcendit,& Pompeiũ priuatus Dictatorem appellauit.propius nihil eſt factum,q̃ vt occideretur.Ex hoc,qui ſit ſtatus totius reip.videre potes. Noſtræ tamen cauſę non videntur homines defuturi. mirandũ in modum profitentur, offerunt ſe, pollicentur:& quidem cum ſpe ſum maxima,tum maiore etiam animo.Spero ſuperiores forte nos,confido animo,vt in hac repu.ne caſum quidem vllum pertimeſcat. ſed tamen res ſic ſe habet.Si diem nobis Clodius dixerit,tota Italia concurret,vt multiplicata gloria diſcedamus.Sin autem vi agere conabitur,ſpero fore ſtudiis non ſolum amicorum,ſed etiam alienorum,vt vi reſiſtamus.Omnes & ſe,& ſuos amicos,clientes,liberos,libertos, ſeruos, pecunias deniq; ſuas pollicentur.Noſtra antiqua manus bonorum ardet, & ſtudio noſtri, atq; amore. Si qui antea aut alieniores fuerant,& lãguidiores,nunc horũ odio,ſe cum bonis cõiungunt. Pompeius omnia pollicet,& Cęſar:quibus ita credo,vt nihil de mea comparatione diminuã. Tri.Ple.Deſſ.ſunt nobis amici.Coſſ.ſe optime oſtendunt. Prætores habemus amiciſſimos, & acerrimos ciueis Domitiũ,Nigidium,Memmiũ,Lentulum:bonos etiam alios,ſed hos ſingulareis.Quare magnum fac animum habeas,& ſpem bonam.De ſingulis tamen rebus,quę quotidie gerantur,faciam te crebro certiorem. Vale.

Retinens.
Fraterne.
Deꝓcatio.
Aeſopus.
† vel p an.
†vel p etiã.
Cato.adole
ſcẽtis fuga.
Facere poteſtatem.
Propius factum nihil.

M.T.C.QVINTO FRATRI.S.

MI frater,mi frater,mi frater,tu ne id verit9 es!ne ego iracũdia aliqua adduct9 pueros ad te fine literis miſeri!aut etiã,ne te videre noluerî!Ego tibi iraſcerer!tibi ego poſſẽ iraſci!ſcilicet tu me afflixiſti,tui me inimici,tua me īuidia ac nõ ego te miſere pdidi.Meus ille laudatus cõſulatus, mihi te,liberos, patriam,fortunas:tibi velim ne quid eripuerit,pręter vnum me.Sed certe a te

Amatorie.

mihi omnia semper honesta,& iucunda cecíderunt. A me tibi luctus meę calamitatis, metus tuæ,desiderium,mœror,solitudo. Ego te videre noluerim! Immo vero me a te videri nolui. Non.n.vidísses fratrẽ tuum:nõ eũ,quẽ reliqueras:nõ eũ,quẽ noras:non eũ,quẽ flens flentẽ,p sequentẽ proficíscens dimíseras,ne vestígiũ quidẽ eius nec simulacrum,sed quandã effígiẽ spi rantis mortui. Atq; vtinã me mortuũ prius vidísses,aut audísses. Vtinã te nõ solum vitę,sed etiã dignitatis meę supstitẽ reliquíssem. Sed testor omneis deos,me hac vna voce a morte eẽ reuocatũ,q; oẽs in mea vita partẽ aliquã tuę vitę repositã esse dicebãt. Quare peccaui,scelera teq; feci:nã si cecidíssem,mors ípa meã pietatẽ,amorẽq; in te facile defenderet. Nũc cõmísi,vt †viuo me careres,viuo me aliis ĩdigeres:mea vox ĩ domestícis periculis potíssimũ occideret, q̃ sępe alieníssimis pſidío fuísset. Nã q; ad te pueri sine líteris venerũt, qm̃ vides nõ fuísse ira cũdię causa,certe pigritia fuit,& q̃dã ínfinita vis lachrymarũ,& dolorũ. Hęc ípsa me quo fle tu putas scripsísse! eodẽ quo te legere certo scío. An ego possum aut nõ cogitare aliqñ de te, aut vnq̃ sine lachrymis cogitare! Cũ.n.te desidero,fratrẽ solũ desidero. Ego vero suauitate p pe fratrẽ,ppe ęqualẽ,obsequío filíũ,cõsilio parentẽ. Quid mihi sine te vnq̃,aut tibi sine me iu cundũ fuit! Quid,q; eodẽ tẽpore desidero filiã! qua pietate,qua modestía,quo ingenío,effígiẽ moris,sermonis,animi mei! Quid filiũ venustíssimũ,mihiq; dulcíssimũ,quẽ ego ferus, ac fer reus e cõplexu dimísi meo sapientíorẽ puerũ,q̃ vellẽ! sentiebat em̃ míser iã quid ageret. Quid vero tuũ filiũ! Quid imaginẽ meã,quã me? Cícero & amabat vt fratrẽ, & iã vt maiorẽ fratrẽ verebat! Quid,q; mulierẽ míserrimã,fidelíssimã coniugẽ, me prosequi nõ sum passus,vt esset q̃ reliqas cõmunis calamitatis, cõmuneis líberos tueret! Sed tñ quoquo modo potui,scripsi, & dedi líteras ad te Philogono liberto tuo,quas credo tibi postea reddítas esse:in qbus idẽ te hortor,& rogo,qđ pueri tibi verbis meis nunciarũt,vt Romã ꝓtinus pgas, & ꝓperes. Primũ em̃ te pſidío esse volui,si qui essent ínimici,quorũ crudelitas nõdũ esset nostra calamitate sa tiata. Deinde cõgressus nostri lamẽtationẽ ptimui,dígressum vero nõ tulíssem: atq; etiam id ípsum,qđ tu scribis,metuebã,ne a me dístrahi non posses. His de causis hoc maximũ malum q; te non vídi,quo nihil amantíssimis,& cõiunctíssimis fratribus acerbius,ac míserius videt accidere potuísse,minus acerbũ,minus míserum fuit,q̃ fuísset tum congressío, tum vero dí gressío nostra. Nunc,si potes,id qđ ego qui fortis tibi semper videbar, nõ possum,erige te,& confírma, siqua subeũda dimicatio erit. Spero,si quid mea spes habet auctoritatis, tibi & inte gritatem tuã,& amorem in te ciuitatis,& aliquid etiã misericordiã nostri,presidii laturã. Sin eris ab ísto periculo vacuus,ages scílicet,si qd agi posse de nobis putabis,de quo scribunt ad me qdẽ multi multa,& se sperare demõstrãt,sed ego qd sperẽ non dispício,cum ínimici plurí mum valeant,amici partim deseruerint me,partim etiã ꝓdiderint,qui in meo redítu fortas sis reprehensionẽ sui sceleris pertimescant. Sed ista,qualia sint,tu velim pspicias,mihiq; decla res. Ego tñ q̃diu tibi opus erit,si quid periculi subeundũ videbis,viuam. diutius in hac vita esse non possum. Neq;.n.tantũ vírium habet vlla,aut prudẽtia,aut doctrina,vt tantũ dolorẽ possit sustinere. Scio fuísse & honestius moriendi tempus,& vtílius:sed nõ hoc solum,multa alía prętermísi:quæ si queri velim præterita,nihil agam,nísi vt augeã dolorem tuum,indicẽ stultitiam meam. Illud quidem nec faciendũ est,nec fieri potest, me diutius, q̃ aut tuũ tẽpus, aut firma spes postulabit,in tam misera,tamq; turpi vita commorari:vt qui modo fratre fue rim,líberis,coniuge,copiis,genere ipso pecuniæ beatissimus,dignitate,auctoritate, existíma tione,gratia non inferior,q̃ qui vnq̃ fuerunt amplíssimi,is nunc in tam afflicta, perditaq; for tuna,neq; me, neq; meos lugere diutius possim. Quare quid ad mẽ scripsísti de permutatio ne! quasi vero nunc me non tuę facultates sustineant. Qua in re ipsa video miser,& sentio,qd sceleris admíserim:cum de vísceribus tuis,& filii tui satisfacturus sis quibus debes: ego acce ptam ex ærario pecuniã tuo noíe frustra dissíparim. Sed tñ & M. Antonio quãtũ tu scripse ras,Cepioni tantũdem solutum est:mihi ad id qđ cogito,hoc qđ habeo satis est. siue.n.resti tuimur,siue desperamur,nihil amplius opus est. Tu,si forte qd erit molestiæ, te ad Crassum, & ad Callídium conferas cẽseo. Quantũ Hortensio credendũ sit,nescio: me summa simulatio ne amoris,summaq; assíduitate quotídiana sceleratíssime,insidiosíssimeq; tractauit, adiuncto quoq; Arrio:quorũ ego cõsiliis,promíssis,p̃ceptis destitutus in hãc calamitatẽ ĩcidi. Sed hęc occultabis,ne qd obsint. Illud caueto,& eo puto p Põponiũ fouendũ tibi esse ipm Hortensiũ, ne ille versus,q; in te erat collatus,cũ ędilitatẽ petebas,de lege Aurelia falso testímonio cõfir met. Nihil.n.tam timeo,q̃ ne,cũ intelligãt hoíes quantum misericordię nobis tuæ preces,&

Effígies spi rantis mor tui.

† viuo me, me careres.

Hortẽsius suspectus.

tua ſalus allatura ſit,oppugnent te vehemẽtius. Meſſalã tui ſtudioſum eſſe arbitror, Põpeiũ etiã ſimulatorẽ puto.Sed hęc vtinã nõ experiare.qđ p̃carer deos,niſi meas p̃ces audire deſiiſ- Preces.
ſent.verũtamẽ p̃cor,vt his infinitis noſtris malis cõtẽti ſint, in qbus nõ modo tñ nulli⁹ ineſt peccati infamia,ſed oĩs dolor eſt,q̃ optime factis pœna eſt maxima cõſtituta.Filiã meã & tuã Ciceronẽq̃ noſtrũ quid ego mi frater tibi cõmendẽ?quin illud mœreo, q̃ tibi nõ minorẽ do lorẽ illorũ orbitas affert,q̃ mihi.Sed te incolumi,orbi nõ erũt.Reliqua,ita mihi ſalus aliqua det,poteſtaſq̃ in patria moriẽdi,vt me lachrymę nõ ſinũt ſcribere. Etiã Terentiã velim tuea re,mihiq̃ de oĩbus reb⁹ reſcribas.Sis fortis quoad rei natura patiet.Idi.Iulii Theſſalonicę.

M.T.CICERO Q.CICERONI FRATRI.S.

AMabo te mi frater,ne ſi vno meo fato & tu,& oẽs mei corruiſtis,improbitati Amabo tę
& ſceleri meo potius,q̃ iprudẽtię,miſericordięq̃ aſſignes. nullũ eſt meũ pec- &c.
catũ,niſi q̃ iis credidi,a quib⁹ nefas putarã eſſe me decipi,aut etiã quibus ne id expedire quidẽ arbitrabar. Intimus, p̃ximus, familiariſſimus qſq̃ aut ſibi ptimuit,aut mihi iuidit.ita mihi nihil miſero,p̃ter fidẽ amicorũ,cautũ meũ cõſiliũ fuit.Q̃ ſi te ſatis innocẽtia tua,& miſericordia hoĩm vindicat hoc tẽ pore a moleſtia, perſpicis profecto & q̃nã nobis ſalutis ſpes relinquat. Nam me Põponius, & Sextius,& Piſo noſter adhuc Theſſalonicę retinuerũt,cũ lõgius diſcedere,ppter neſcio quos motus,verarent:verũ ego magis exitum illorũ literis,q̃ ſpe certa expectabã.Nã quid ſperem potentiſſimo inimico,dominatione obtrectatorũ,infidelib⁹ amicis,plurib⁹ inuidis?Denotius
aũt Tri.Ple.eſt ille quidẽ in me officioſiſſimus,Sextius,&(ſpero)Curtius,Milo,Fadius,Gra- Ille quidẽ.
tidius,ſed valde aduerſante Clodio,qui etiã priuatus eadẽ manu poterit conciones cõcitare. deinde etiã interceſſor parabit.Hęc mihi proficiſcẽti non proponebant,ſed ſępe triduo ſumma cũ gloria dicebar eſſe rediturus.Quid tu igit inquies?Quid? multa cõuenerunt, q̃ mentẽ exturbarent meã,ſubita defectio Põpęii,alienatio Coſſ.etiã p̃torum timor,publicanorũ arma, lachrymę meorũ,me ad mortẽ ire prohibuerũt.Qđ certe & ad honeſtatẽ, & ad effugiendos intolerabileis dolores fuit aptiſſimũ.Sed de hoc ſcripſi ad te in ea epiſtola, quã Phaethõti de di.Nunc tu,qñ in tantũ luctũ,laborẽ detruſus es,quantũ nemo vnq̃,ſi releuare potes cõmu nem caſum miſericordia hoĩm,ſcilicet incredibile quiddã aſſequeris.Sin plane occidim⁹ (me miſerum)ego oĩbus meis exitio fuero,quib⁹ ante dedecori nõ eram.Sed tu,vt ante ad te ſcripſi,perſpice rẽ,& pertenta,& ad me,vt tẽpora noſtra,nõ vt amor tu⁹ fert,vere perſcribe.Ego vitam,quoad putabo tua intereſſe,aut ad ſpem ſeruãdam eſſe,retinebo.Tu nobis amiciſſimũ Sextium cognoſces,credo tua cauſa,vel Lentulũ,qui erit Cos. q̃q̃ ſunt facta verbis difficiliora.Tu & quid opus ſit,& quid ſit videbis omnino.Si tuã ſolitudinẽ,cõmunemq̃ calamitatem nemo deſpexerit,aut p te cõfici aliqd,aut nullo mõ poterit.Sin te quoq̃ inimici vexare cœperint,ne ceſſaris me certiorem facere,vt accurram.Non em̃ gladiis mecũ,ſed litib⁹ agetur. Verum hęc abſint velim:te oro,vt ad me de omnibus reb⁹ ſcribas,& in me animi potius,aut cõ ſilii putes minus eſſe,q̃ antea:amoris vero,& officii non minus. Vale. Facta verabis difficiliora.

MARCI T.C EPISTOLARVM AD QV.C.FRATREM
LIBER SECVNDVS.
M.T.C.QVINTO C.FRATRI.S.

EPiſtolam quã legiſti,mane dederã,ſed fecit humaniter Licini⁹, q̃ ad Mane.
me miſſo Senatu veſperi venit,vt ſi quid eſſet actũ,ad te,ſi mihi vi- Veſperi.
deret,p̃ſcriberẽ.Senat⁹ fuit frequentior, q̃ putabam⁹ eſſe poſſe mẽſe Decẽbri ſub dies feſtos.Cõſulares nos fuim⁹,& duo cõſules deſigna Sub dies feti P.Seruilius,M.Lucullus,Lupus,Vulcatius,Glabrio Prę.Sane fre- ſtos.
quẽtes fuimus oĩno ad ducentos.Cõmorat expectationẽ Lupus:egit cauſam Agri cãpani ſane accurate,auditus eſt magno ſilentio. materiã rei nõ ignoras,nihil ex noſtris actionib⁹ p̃termiſit.Fuerũt nõnulli aculei in C.Cęſarẽ,cõtumelię in Gelliũ:expoſtulationes cũ abſente Põpeio.Cauſa ſero perorata,ſententias ſe rogaturum negauit,ne qđ onus ſimultatis nobis imponeret.Ex ſuperiorũ temporũ cõuitiis,& ex preſenti ſilẽtio, qđ Senatus ſentiret,ſe intelligere dixit.Milo cœpit dimittere. Tum Marcellinus,noli,inquit,ex taciturnitate noſtra Lupę qđ aut p̃bemus hoc tempore,aut improbem⁹, iudicare.Ego, qđ ad me attinet,idẽq̃ arbitror cęteros,idcirco taceo,q̃ nõ exiſtimo cũ Põpeius abſit, cauſam agri

Cãpani agi cõuenire. Tũ ille se Senatũ negauit tenere. Racilius surrexit, & de iudiciis referre cœpit. Marcellinũ qdẽ primũ rogauit: is cũ grauiter de Clodianis incẽdiis, trucidationib⁹, lapidationib⁹ q̃stus esset, sentẽtiã dixit, vt ipse iudices p Prę. vrbanũ sortiret: iudicũ sortitione facta, comitia haberent, qui iudicia impediuisset, eũ cõtra rẽpu. esse facturum. Approbata val de sententia. Cato cõtradixit, & Cassius, maxima adclamatione Senatus, cũ comitia iudiciis anteferret. Philippus assensit Lẽtulo. Postea Racilius de priuatis me primũ sentẽtiã rogauit. Multa feci verba de toto furore, latrocinioq; P. Clodii: eũ tãq̃ reũ accusaui multis, & secũdis admurmurationibus cuncti Senatus. Orationẽ meam collaudauit satis multis verbis nõ me hercule indisserte Seuer⁹ Antistius, isq; iudiciorũ causam suscepit, antiquissimãq; se habiturũ dixit. Ibat in eã sentẽtiã: tũ Clodius rogat⁹, diẽ dicẽdo eximere cœpit. furebat a Racilio se cõ
Grẽcostasis tumaciter, vrbaneq; vexatũ. Deide ei⁹ operę repẽte a Grẽcostasi, & Gradib⁹, clamorẽ satis magnũ sustulerũt, opinor in Q. Sextiliũ, & amicos Milonis incitatę. Eo metu iniecto repẽte magna q̃rimonia oĩm discessimus. Habes acta vni⁹ diei, reliqua, vt arbitror, ĩ mẽsem Ianuariũ reiicient. De Tri. Ple. lõge optimũ Racilii habem⁹, videt etiã Antistius amicus nobis fore. Nã Plautius, noster totus est. Fac si me amas, vt cõsiderate, dilígẽterq; nauiges, de mẽse Decẽbri. Vale.

M. T. C. Q VINTO CICERONI FRATRI. S.

Lippitudo Cic. NOn occupatione, qua erã sane ipedit⁹, sed paruula lippitudine adduct⁹ sum, vt dictarẽ hãc epistolã, & nõ, vt soleo, ad te ipse scribẽrẽ. Et primũ me tibi excuso in eo ipso, in quo te accuso. Me. n. adhuc nemo rogauit, nũ quid in Sardiniã vellẽ: te puto sępe habere, etsi nõ semp, q nũ quid Romã velis, quærãt. Qđ ad me Lẽtuli, & Sexti noie scripsisti, locut⁹ sum cũ Cincio, quõ res se habet, nõ est facillima, sed habet pfecto quoddam Sardinia appositũ ad recordationem pteritę memorię. Nã, vt ille Gracchus Augur, posteaq̃ in istã prouinciã venit, re-
Gracchus augur. cordatus est qd sibi in cãpo Martio comitia cõsulib⁹ habẽtib⁹ cõtra auspicia accidísset, sic tu mihi videris in Sardinia de forma Minutiana, & de noĩb⁹ Põponianis ĩ otio recogitasse. Sed ego adhuc emi nihil. Culeonis auctio facta est. Tusculano emptor nemo fuit, si cõditio valde bona fuerit, fortasse nõ omittã. De ędificatione tua Cyrũ vrgere nõ cesso. spero eũ in officio fore, sed oĩa sunt tardiora, propter furiosę ædilitatis expectationẽ. Nam comitia sine mora futura videntur. edicta sunt ad. XI. Calẽ. Feb. Te tñ sollicitũ esse nolo: omne genus a nobis cau-
Alex. Regis reductio. tiõis adhibebit. De rege Alexãdrino factũ est S. C. cũ multitudine eũ reduci periculosum rei pu. videri. Reliqua cũ esset in Senatu cõtẽtio, Lentulus ne, an Põpeius reduceret, obtinere causam Lentulus videbat. In ea re nos & officio erga Lentulũ miriffice, & volũtati Põpęii pclare satisfecimus, sed p obtrectatores Lẽtuli res calumnia extracta est. Cõsecuti sunt dies comitiales, per quos Senatus haberi nõ poterat. Quid futurũ sit latrocinio tribunorũ, nõ diuino, sed tñ suspicor, per vim rogationem Caniniũ perlaturũ. In ea re Põpeius quid velit, nõ dispicio.
Lẽtulus pecunia obpugnatur. Familiares ei⁹ qd cupiãt, oẽs vident. Creditores vero regis aperte pecunias suppeditãt cõtra Lentulũ. Sine dubio res a Lẽtulo remota videt esse, cum magno meo dolore, q̃q̃ multa fecit. Quare, si fas esset, iure eis succẽdere possemus. Tu, si ita expedit, velim q̃primũ bona, & certa tempestate conscendas, ad meq; venias. Innumerabiles em̃ res sunt, in qbus te quotidie in omni genere desiderem. Tui nostriq; valent. Vale. XIIII. Calend. Feb.

M. T. C. Q VINTO CICERONI FRATRI. S.

SCripsi ad te antea superiora, nũc cognosce postea q̃ sint acta. A Calẽ. Feb. legationes in Idus Feb. reiiciebant, eo die res cõfecta non est. Ad. IIII. Nonarũ Feb. Milo affuit, ei Põpeius aduocat⁹ venit. Dixit Marcellus a me rogat⁹, honeste discessim⁹. pducta dies est in. IIII. Id. Feb. Interim reiectis legationibus, III. Iduũ referebat de puinciis q̃storũ, & de ordinãdis Prętorib⁹: sed res multis q̃relis de repu. interponẽdis nulla trãsacta est. Cato legem pmulgauit de imperio Lentuli abrogando. vestẽ tũ filius mutauit. Ad. IIII. Iduũ Feb. Milo affuit, dixit Põpeius, siue voluit. Nã vt surrexit, operę Clodianę clamorẽ sustulerũt, idq; ei ppetua oratione cõtigit, nõ modo vt adclamatiõe, sed vt cõuitio, & maledictis impediret. Qui vt porauit: nã
Pompeius carpitur. in eo sane fortis fuit, nõ est deterritus, dixit oĩa, atq; interdũ etiã silentio, cũ auctoritate peregerat. sed vt perorauit, surrexit Clodius, & tãtus clamor a nostris (placuerat em̃ referre gratiã) vt neq; mẽte, neq; lingua, neq; ore cõsisteret. Ea res acta ẽ, cũ hora. vi. vix Põpei⁹ porasset, vsq; ad horã octauã, cũ oĩa maledicta, vers⁹ etiã obscœnissimi ĩ Clodiũ, & Clodiã dicerẽt,
Versus obscœni dicti.

ille furẽs,& exanguis interrogabat ſuos in clamore ipſo,qs eſſet q plebẽ fame necaret:reſpõdebãt opę,Põpeius.Quis Alexãdriã ire cuperet,reſpõdebãt Põpeius.Quẽ ire vellẽt,reſponde bãt Craſſum.Is aderat tum Miloni animo nõ amico. Hora fere nona,quaſi ſigno dato, Clodiani noſtros conſputare cœperũt.Exarſit dolor:vrgere illi,vt loco nos mouerẽt. Factus eſt a noſtris impetus, fuga operarũ.Eiect9 de roſtris Clodius,ac nos quoq; tũ fugimus,ne quid in turba.Senatus vocatus in Curiã,Põpeius domũ.Neq; ego tũ in Senatũ,ne aut de tãtis re bus tacerem,aut in Pompeio defendendo(nã is carpebatur a Bibulo,Curione,Fauonio,Ser uilio filio)gaios bonoꝝ offenderẽ.res in poſterũ dilata eſt.Clodius in Quirinalia ꝓduxit diẽ. Ad.VI.Id.Feb.Senat9 ad Apollinis fuit,vt Põpeius adeſſet.Acta res eſt grauiter a Põpeio:eo die nihil perfectum eſt.Ad.VII.Iduũ Feb.ad Apollinis.S.C. factum eſt,ea quę facta eſſent ad VI.Iduum Februarii, contra rempublicam eſſe facta.Eo die Cato eſt vehementer in Põpeiũ inuect9,& eũ oratione perpetua tãq; reũ accuſauit.De me multa,me inuito,cũ mea ſũma lau de dixit.Cũ illi9 in me perfidiã icreparet,audit9 eſt magno ſilẽtio maleuolꝝ.Reſpõdit ei ve hemẽter Põpeius,Craſſũq; deſcripſit,dixitq; aperte,ſe munitiorẽ ad cuſtodiendã vitã ſuã fo re,q̃ Aphricanus fuiſſet,quẽ C.Carbo interemiſſet.Itaq; magnę mihi res iã moueri videbã tur.Nã Põpei9 hæc itelligit,nobiſcũq; cõmunicat,inſidias vitę ſuę fieri,Catonẽ a Craſſo ſuſtẽ tari,Clodio pecuniã ſuppeditari:vtrũq; & ab eo,& a Curione,Bibulo,ceteriſq; ſuis obtrecta toribus cõfirmari:vehemẽter eſſe ꝓuidendũ,ne opprimat,cõcionario illo populo a ſe prope alienato,nobilitate inimica,nõ equo Senatu,iuuẽtute improba.Itaq; ſe cõparat, homines ex agris accerſit.Opas aũt ſuas Clodi9 cõfirmat,man9 ad Quirinalia parat,in ea multo ſumus ſupiores ipſi9 copiis.Sed magna man9 ex Piceno,& Gallia expectat,vt etiã Catõis rogationi bus de Milone,& Lẽtulo reſiſtam9.Ad.IIII.Id.Feb.Seſti9 ab indice Cn.Nerio Pupinia de am bitu ẽ poſtulat9,& eodẽ die a quodã M.Tullio de vi.Is erat eger.domũ(vt debuimus) ad eũ ſtatim venim9,eiq; nos totos tradidim9:idq; fecim9 ꝓter hominũ opinionẽ,q nos ei iure ſuc cẽſere putabãt,vt humaniſſimi,gratiſſimiq; & ipſi,& oibus videremur,itaq; faciem9.Sed idẽ Neri9 index edidit ad allegatos Cn.Lẽtulũ Vacciã,& C.Corneliũ.Eodẽ die S.C.factũ eſt, vt ſodalitates,decuriatiq; diſcederẽt,lexq; de iis ferret,vt q nõ diſceſſiſſent,ea pœna,q̃ eſt de vi, tenerẽt. Ad.III.Iduũ Feb.dixi ꝓ Beſtia de ambitu apd Prętorẽ Cn. Domitiũ in foro medio, maximo cõuentu,incidiq; in eũ locũ in dicẽdo, cũ Seſti9 multis in tẽplo Caſtoris vulnerib9 acceptis,ſubſidio Beſtię ſeruat9 eſſet.Hic προφκονομήσαμεν quidẽ ἐυκαίρως de his,q̃ in Seſtiũ apparabant crimina,& eũ ornaui veris laudib9,magno aſſenſu oĩm.res homini fuit vehemẽ ter grata.Quę tibi eo ſcribo,q; me de retinẽda Seſtii gratia literis monuiſti.Pridie Iduũ Feb. hęc ſcripſi ante lucẽ,eo die apud Põponiũ in ei9 nuptiis erã cœnaturus.Cætera ſunt in reb9 noſtris huiuſmodi(vt tu mihi fere diffidẽti ꝓdicabas)plena dignitatis,& gratię:q̃ quidẽ tua mi frater prudẽtia,patiẽtia,virtute,pietate,ſuauitate etiã tibi,mihiq; ſunt reſtituta . Dom9 tibi ad Lucũ Piſõis Luciniana cõducta eſt,ſed,vt ſpero, paucis mẽſib9 poſt Cal.qntiles in tuã cõmigrabis. Tuã i Carinis mũdi habitatores†Camię cõduxerũt.A te poſt illã Olbiẽſem epi ſtolã nullas literas accepi.Quid agas,& vt te oblectes,ſcire cupio,maximeq; te ipſum videre q̃primũ.Cura mi frater,vt valeas:& q̃q̃ eſt hyẽs,tamen Sardiniã iſtã eſſe cogites.Vale.XV. Calen.Martii.

In Põpeiũ dicta.
Cõſputare.
Operę.
Clodi9 eiectus.
Cice.fugit.
Quirinalia
Nota erro rem.
Ad Apolli nis.
Cato in Põ peium.
Deſcripſit.
Aphricani interẽptor.
Suis obtr.
Conc.po.
Quidã M. Tullius.
Decuriati.
Carinæ.
† Carnię.

M.T.C.QVINTO CICERONI FRATRI S.

SEſtius noſter abſolutus eſt.III.Iduũ Martii,& qđ vehemẽter interfuit reip. nullã videri in eiuſmodi cauſa diſſenſionẽ eſſe,oĩbus ſententiis abſolut9 eſt. Illud,quod tibi ſępe curę eſſe intellexerã,ne cui iniquo relinqueremus vitu perandi locũ,qui nos ingratos eſſe diceret, niſi illi9 puerſitatẽ quibuſdã in rebus q̃humaniſſime ferremus, ſcito hoc nos in eo iudicio cõſecutos eſſe, vt oĩm gratiſſimi iudicaremur. Nã in defendendo moroſo homine cumu latiſſime ſatiſfecim9,& (id,qđ ille maxime cupiebat)Vatiniũ,a quo palã oppugnabat, arbi tratu noſtro cõcidimus,diis,hoĩbuſq; plaudẽtib9.Quinetiã Paulus noſter,cũ teſtis ꝓduct9 eſ ſet in Seſtiũ,confirmauit ſe nomen Vatinii delaturũ,ſi Macer Licinius cũctaretur: & Macer a Seſtii ſubſelliis ſurrexit,ac ſe illi nõ defuturum affirmauit. Quid quæris:homo petulans, & audax Vatinius,valde perturbatus,debilitatuſq; diſceſſit.Quintus filius tuus, puer opti mus,erudit egregie.Hoc nunc magis aĩaduerto,q; Tyrãnio docet apud me. Dom9 vtriuſq; noſtrũ ędificat ſtrenue.Redẽptori tuo dimidiũ pecunię curaui.Spo nos añ hyemẽ cõtuber naleis fore. De nra Tullia tui mehercule amãtiſſima,ſpero cũ Craſſipede nos cõfeciſſe.Dies

Seſtii abſolutio.
Tyrãnio.
Curaui dimidiũ pecu niæ redem ptori.

Dies religiosi. Latiar. Sponsalia prębui.

erãt duo, q̃ post Latinas habent religiosi, cęterũ confectũ erat. Latiar erat exitur⁹. Ad. VIII. Id. April. Spõsalia Crassipedi p̃bui. Huic cõiuio puer optim⁹ Quint⁹ tuus, meusq; p pleuiter cõmot⁹ fuerat, defuit. Ad. III. Id. April. veni ad Quintũ, eũq; vidi plane integrũ, multũq; is mecũ sermonẽ habuit, & phumanũ de discordiis mulierũ nr̃arũ. Quid q̃ris? nihil festiui⁹. Põponia aũt etiã de te q̃sta est. sed hęc corã agemus. A puero vt discessi, in areã tuam veni, res agebat multis structorib⁹. Lõgilium redẽptorẽ cohortat⁹ sum, idẽ mihi aiebat se velle nobis placere. Dom⁹ erit egregia: magis. n. cerni iã poterat, q̃ quãtũ ex forma iudicabam⁹. itẽq; nostra celeriter ędificabat. Eo die cœnaui apud Crassipedẽ: cœnatus, in hortos ad Põpeiũ lectica lat⁹ sum. Luceiũ cõuenire nõ potuerã, q̃ abfuerat: videre aũt volebam, q̃ erã postridie Roma exitur⁹, & q̃ ille in Sardiniã iter habebat. Hominẽ conueni, & ab eo petiui, vt q̃primũ te nobis redderet, statĩ dixit. Erat aũt itur⁹ (vt aiebat) ad. III. Id. Apr. vt aut Labrone, aut Pisis cõscẽderet. Tu mi frater, simulac ille venerit, primã nauigationẽ (dũmodo idonea tempestas sit) ne omiseris. ad. III. Id. Apri. Añ lucẽ hanc epl'am dictauerã, scripseramq; in itinere, vt eo die apud T. Titiũ in Anagnino manerẽ: postridie autẽ in Laterino cogitabã: inde, cum in Arpinati q̃q; dies fuissem, ire ĩ Põpeianũ, rediẽs aspicere Cumanũ, vt qñ in Non. Maias Miloni dies p̃ducta est, pridie Nona. Romæ essem, teq; mi charissime, & suauissime frater ad eã diẽ (vt sperabã) viderẽ. Aedificationẽ Arcani ad tuũ aduẽtũ sustẽtari placebat. Fac mi frater vt valeas, q̃primũq; venias. Vale.

Arcanum.

M. T. C. Q VINTO CICERONI FRATRI S.

Olbia aut Vibia datas.

Literas mihi tuas iucũdissimas, expectatas, ac primo quidẽ cũ desiderio, nũc vero etiã cũ timore. Arq; has scito literas me solas accepisse post illas, quas tuus nauta attulit Olbia datas. Sed cętera (vt tu scribis) p̃senti sermoni reseruent: hoc tamen nõ queo differre. Idib. Maiis Senatus frequens diuin⁹ fuit in supplicatione Gabinio deneganda. Adiurat Procili⁹ hoc nemini accidisse. Foris valde plauditur, mihi cum sua spõte iucundũ, tum iucundi⁹ q̃ me absente (est. n. ἐιλικρινὲς iudiciũ) sine oppugnatiõe, sine gratia nostra erat ante. Q̃d idibus, & postridie fuerat dictũ de agro Cãpano actũ iri, non est actum. In hac causa mihi aqua hęret. Sed plura, q̃ cõstituerã. Coram. n. Vale mi optime, ac optatissime frater, & aduola. Idẽ te nostri rogant pueri, illud scilicet, cœnabis, cum veneris.

Aqua hæret. Cœnabis cũ veneris.

M. T. CICERO Q VINTO CICERONI FRATRI S.

Impositum. Bestiarii.

Laciturũ tibi esse librũ meum suspicabar: tã valde placuisse q̃ scribis, valde gaudeo. Q̃z me admones de non curãtia, suadesq; vt meminerim Iouis orationem, q̃ est in extremo illo libro: ego vero memini, & illa oĩa mihi magis scripsi q̃ cęteris. Sed tñ postridie, q̃ tu es p̃fect⁹, multa nocte cũ Vibullio veni ad Põpeiũ. Cũq; ego egissem de istis opibus, atq; inscriptionib⁹, p̃benigne mihi respõdit, magnã spem attulit. Cũ Crasso se dixit loq velle, mihiq; vt idẽ faceret, suasit. Crassum Cõs. ex Senatu domũ reduxi, suscepit rem, dixitq; esse, q̃d Clodius hoc tpe cuperet p se, & p Põpeiũ conseq; putare se, si ego eũ nõ impedirẽ, posse me adipisci sine cõtentiõe, q̃d vellẽ. totũ ei negotiũ p̃misi, meq; in ei⁹ ptãte dixi fore. Interfuit huic sermoni P. Crassus adolescẽs, nr̃i (vt scis) studiosissim⁹. Illud aũt, q̃d cupit Clodi⁹, est legatio aliqua si min⁹ per Senatũ, p populũ libera, aut Byzantiũ, aut Brogitarũ, aut vtrũq;. Plena res nũmorũ. Quod ego nõ nimiũ laboro, etiã si minus assequor q̃d volo. Pompeius tñ cum Crasso locutus est. vident negotiũ suscepisse: si p̃ficiũt, optime: sin minus, ad nostrũ Iouẽ reuertamur. ἀμφιλαφίαν aũt illã, quã tu soles dicere, bono modo desidero, si prorsus, vt aduenientẽ excipiã libenter, latentem etiam nũc non excitem. Tribus locis ædifico, reliqua reconciano, viuo paulo liberalius, q̃ solebam. Opus erat, si te haberẽ paulispær, fabris locũ dare. sed & hæc (vt spero) breui inter nos cõmunicabimus. Res aũt Romanę sic se habẽt. Cõsul est egregius Lentulus nõ ĩpędiẽte Collega, sic ĩquã bon⁹, vt meliorẽ nõ viderim: dies comitiales exemit oĩbus. nã etiã Latinę instaurant, nec tñ deerant supplicatiões, sic legib⁹ pernicios issimis obsistitur, maxime Catonis, cui tñ egregie ĩposuit Milo noster. Nã ille vindex Gladiatorũ & Bestiariorũ emerat de Cosconio, & Pomponio Bestiarios, nec sine his armatis vnq; in publico fuerat, hos alere nõ poterat. Itaq; vix tenebat. Sẽsit Milo. dedit cuidã nõ familiari negotiũ, q̃ sine suspitione emeret eã familiã a Catone. q̃ simulatq; abducta est, Racilius q vn⁹ est hoc tpe Trib. pleb. rẽ patefecit, eosq; hoĩes sibi emptos esse dixit (sic. n. placuerat) & tabulam p̃scripsit, se familiã Catonianam venditurũ. In eam tabulam magni risus consequebantur. Nunc igit Ca-

tonẽ Lentulus a legibus remouit,& eos,qui de Cęsare mõstra ꝓmulgarũt, quib⁹ intercederet nemo.Nã qđ de Pompęio Caninius agit,saneq̃ refrixit. neq; eñ res ꝓbaꝝ,& Pompęius noster in amicitia P.Lentuli vitupꝝat. & Hercule nõ est idem.Nã apud illã pꝝditissimã,atq; infimã fecem populi propter Milonẽ suboffendit,& boni multa ab eo desiderãt,multa reꝓhendunt.Marcellinus aũt hoc vno mihi quidẽ nõ satisfacit,ꝙ eũ nimis aspꝝe tractat, q̃q̃ id Senatu nõ inuito facit:quo ego me libentius a curia,& ab oñi parte reip.subtraho.In iudiciis ii sumus,qui fuimus:dom⁹ celebraꝝ,ita vt cũ maxime.Vnũ accidit imprudẽtia Milonis,incõmode de Sexto Cęlio,quẽ neq; hoc tpe,neq; ab imbecillis accusatoribus mihi placuit accusari:ei tres sentẽtię teterrimę in cõsilio defuerũt.Itaq; hoiem populus reuocat,& retrahaꝝ necesse est(nõ eñ fuerũt hoies)& qa,cũ apud suos diceret,pene damnat⁹ est,vident damnatũ. Ea ipsa in re Põpęii offensio nobis obstitit.Senatoꝝ.n.vrna copiose absoluit,equitũ adęquauit,Tribuni ærarii cõdemnarũt. Sed hoc incõmodũ consolanꝝ quotidianę damnationes inimicoꝝ,in quibus me pꝝlubẽte Seruius allisus est,cæteri cõcidunꝝ.Cato concionat⁹ est comitia haberi nõ siturum,si sibi cum populo dies agẽdi essent exempti.Appius a Cæsare nondũ redierat.Tuas mirifice literas expecto,atq; adhuc clausum mare scio fuisse,sed quosdã venisse tñ Ostia dicebant,qui te vnice laudarẽt,plurimiq; in prouincia fieri dicerẽt.Idem aiebãt nunciare te prima nauigatione transmissurum:id cupio,& q̃q̃ te ipsum scilicet maxime,tamen etiam literas tuas ante expecto.Mi frater vale.

Vrna senatorum.

Siturum a fino.

M.T.C.QVINTO CICERONI FRATRI.S.

DEderam ad te literas antea,qbus erat scriptũ,Tulliã nostrã Crassipedi pridie Nonas Apr.esse despõsatã,cęteraq; de rep.& priuata pscripserã.Postea sunt hęc acta.No.Apri.S.C.Pompęio pecunia decreta in rẽ frumẽtariã ad HS.M.CCCC.Sed eodẽ die vehemẽter actũ de agro Cãpano clamore Senatus ꝓpe cõcionali:acriorẽ causam inopia pecunię faciebat,& annonæ caritas.Nõ ptermittam,ne illud quidẽ,M.Furiũ Flaccũ eqtẽ Romanũ hoiem nequã,Capitolini,& Mercuriales de collegio eiecerũt,psentẽ ad pedes vniuscuiusq; iacẽtem. Ad.III.Iduum Maii, S.C.factũ est de ambitu in Afranii sentẽtiã,quã ego dixerã,cũ tu adesses,sed magno cũ gemitu Senatus.Conss.nõ sunt pꝝsecuti eoꝝ sententias:qui Afranio cum essent assensi,addiderunt,vt Prætores ita crearenꝝ,vt dies.LX.priuati essent.eo die Catonẽ plane repudiarunt.Quid multa?tenent omnia,idq; ita omnes intelligere volunt. Vale.

Despõsata Tullíola.

Clamor cõcionalis.

M.T.C.QVINTO CICERONI FRATRI.S.

TV metuis,ne me interpelles?primũ si in isto essem,tu scis qd sit interpellare. An te Ateius?mehercule mihi docere videbaris istius generis humanitatẽ, qua quidẽ nihil vtor abs te.Tu vero vt me & appelles,& interpelles,& obloquare,& colloquare,velim.Quid eñ mihi suauius? Non mehercule quisq̃ μουσοπάταγος libẽtius sua recẽtia poemata legit,q̃ ego te audio q̃cũq; de re, publica,priuata,rustica,vrbana.Sed mea factũ est inuisa verecũdia,vt te ꝓficiscens non tollerem.Opposuisti semel ἀντίεκτον causam Ciceronis nostri valetudinẽ,cõticui: iterum cęteri oẽs,quieui.Nunc mihi iucunditatis plena epistola hoc aspꝝsit molestię,ꝙ videris,ne mihi molestus eẽs,veritus esse,atq; etiã nũc vereri.Litigarẽ tecũ,si fas esset:sed mehercule,istuc si vnq̃ suspicat⁹ ero,nihil dicam aliud,nisi verebor,nequando ego tibi,cũ sum vna,molestus sim.Video te ingemuisse.sic fit,εἰσ̓ ἔχασας ὧν τῇ γαίᾳ. nũq̃ eñ dicam ἔα πάσασ τὰς μελισ̓όνας.Marium autẽ nostrũ in lecticã mehercule cõiecissem,nõ illam Regis Ptolemęi Anitianã.Memini.n.cũ hoiem portarem ad Baias,Neapoli Octophoro Anitiano,Machęrophoris centũ sequẽtib⁹,miros risus nos edere,cũ ille ignarus sui comitat⁹, repẽte aperuit lecticã,& pene ille timore,ego risu corrui.Tũc,vt dico,certe sustulissem,vt aliqñ subtilitatem veteris vrbanitatis,& humanissimi sermonis attingerem:sed hoiem infirmum in villã apertam,ac ne rudẽ quidẽ etiã nũc inuitare nolui.Hoc vero mihi pculiare fuerit,hic etiam isto frui.Nam illorum ꝑdiorum scito mihi vicinum Marium,lumen esse apud Anitium videbimus,vt paratum sit.Nos eñ ita Philologi sumus,vt vel cũ fabris habitare possimus.Habemus hãc philosophiam,nõ ab Hymetto,sed ab Area Syra.Marius & valetudine est,& natura imbecillior.De interpellatione,tãtũ sumam a vobis temporis ad scribendum,quãtũ dabitis.vtinã nihil detis,vt potius vestra iniuria,q̃ ignauia mea cessem.De rep.nimium te laborare doleo,& meliorem ciuẽ esse, q̃ †Philoctetẽ,qui accepta iniuria,illa spectacula quærebat,

Interpellare.

Octophoꝝ Machærophori.

†Philoctetam.

Absterge-bo. Hortus est domi

quę tibi acerba esse video. Amabo te, aduola, consolabor te, & oēm absterge bo dolorē, & adduc, si me amas, Mariū, sed approperate. Hortus est domi. Vale.

M.T.C.Q.VINTO CICERONI FRATRI.S.

Lucretii po. Sallustii Empedoclea.

EPistolam hāc conuitio efflagitarunt codicilli tui. Nā res quidem ipsa, & is dies, quo tu es profectus, nihil mihi ad scribendum argumenti sane dabat. Sed, quemadmodum coram cum sumus, sermo nobis deesse non solet, sic epistolę nostrę debent interdum hallucinari. Tenediorū igitur libertas, securi Tenedia pręcisa est, cū eos præter me, & Bibulum, & Calidium, & Fauoniū, nemo defenderet. De te magis ab Sipilo mentio est honorifica facta, cum te vnum dicerent postulationi L. Sestii Pansæ restitisse. Reliquis diebus, si quid erit, quod te scire opus sit, aut etiam si nihil erit, tamen scribam quotidie aliquid. Pridie Id. Apri. neq; tibi, neq; Pomponio deero. Lucretii poemata (vt scribis) lita sunt multis luminibus ingenii, multæ tamen artis. Sed cum veneris, virum te putabo: si Sallustii Empedoclea legeris, hominem non putabo. Vale.

M.T.C.Q.VINTO CICERONI FRATRI.S.

Cum equis prosecuti. Comitiales. Lex Puppia. Gabinia.

CAudeo tibi iucūdas esse meas literas: nec tamen habuissem scribendi nunc quidē vllum argumentū, nisi tuas accepissem. Nā pridie Id. cum Appius Senatum infrequentē coegisset, tantum fuit frigus, vt populi conuitio coact⁹ sit nos dimittere. De Cōmageno Rege q; rem discusseram, mirifice mihi, & per se, & per Pōponium blanditur Appius. Videt enim hoc genere dicendi si vtar in cęteris, Februariū sterilem futurū: eumq; lusi iocose satis, neq; solum illud extorsi oppidulū, quod erat positum in Euphrate, & Zeugmate, sed p̄terea togam sum eius prętextam, quā erat adeptus Cæsare consule, magno hoīm risu cauillat⁹. Q; nolit inquā renouare honores eosdē, quo minus togam p̄textam quotannis interpollet, decernendum nihil cēseo. Vos aūt hoīes nobiles, qui Buscycū prętextatum nō ferebatis, Cōmagenū feretis? Genus vides, & locū iocandi. Multa dixi in ignobilē regem, quib⁹ totus est explosus, quo genere cōmotus (vt dixi) Appius totum me amplexat̄. Nihil est enim facilius, q̄ relīqua discutere, sed nō faciā vt illū offendā, ne imploret fidē Iouis Hospitalis. Graios oīneis cōuocet, p̄r quos mecū in gratiā rediit. Theopōpo satisfaciemus. De Cęsare fugerat me ad te scribere. Video, n. quas tu literas expectaris: sed ille scripsit ad Balbum fasciculum illum epistolarum, in quo fuerat & mea, & Balbi, totum sibi aqua madidum redditū esse: vt ne illud quidem sciat, meā fuisse aliquam epistolā, sed ex Balbi epistola pauca verba intellexerat, ad quæ rescripsit his verbis. De Cicerone video te quiddā scripsisse, qđ ego non intellexi: quantū autem cōiectura consequebar, id erat huiusmodi, vt magis optandū, q̄ sperandum putarē. Itaq; postea misi ad Cęsarē eodē illo exēplo literas. Iocum aūt illius de sua egestate ne fis asperna tus: ad quē ego rescripsi, nihil esse, qđ posthac artis nostrę fiducia cōturbaret: lusiq; in eo genere & familiariter, & cū dignitate. Amor aūt eius erga nos perferē oīm nunciis singularis. Et literæ quidem ad id qđ expectas, fere cum tuo reditu iungentur: reliqua singulorum dierū scribemus ad te, si modo tabellarios tu prębebis: q̄q̄ eiusmodi frigus impēdebat, vt summum periculum esset, ne Appio suæ ædes vrerentur. Vale.

Optare. Sperare. Cōturbare

Frigus impendebat.

M.T.C.Q.VINTO CICERONI FRATRI.S.

Nix atra. Cum equis prosecuti. Comitiales. Lex Puppia. Gabinia.

RIsi niuē atrā, teq; hilari aio, & prōpto ad iocandū valde me iuuat. De Pompeio assentior tibi, vel tu poti⁹ mihi: nā, vt scis, iam pridem istum cāto Cæsarem: mihi crede, in sinu est, neq; ego discingor. Cognosce nūc Id⁹. Decim⁹ erat Cælio dies. Domiti⁹ ad numerū iudices non habuit: vereor, ne hō terter, & ferus Pola Serui⁹ ad accusationē veniat. nā noster Cælius valde oppugnatur a gēte Clodia. certi nihil est adhuc, sed veremur. Eodē igitur die Tyriis est Senatus datus frequēs, frequētes contra Syriaci publicani, vehemēter vexat⁹ Gabinius: exagitati tamen a Domitio publicani, q; eum essent cū equis prosecuti. C. noster Lamia paulo ferocius, cū Domitius dixisset, vestra culpa hæc acciderunt Equites Romani, dissolute. n. iudicatis: Nos iudicam⁹, vos laudatis inqt. Actū est eo die nihil, nox diremit. Comitialibus dieb⁹, qui Quirinalia sequunt̄, Appi⁹ interpretat̄ non impediri se lege Puppia, quo minus habeat Senatum: & q; Gabinia sanctū sit, etiā cogi ex Cal. Feb. vsq; ad Cal. Martias legatis Senatum quotidie dari. ita putantur detrudi comitia in mēsem Martiū. Sed tamē his comitialibus tribu. ple. de Gabinio se acturos esse dicūt. Oia colligo, vt noui scribā aliqd ad

te: sed, vt vides, res me ipsa deficit. Itaq; ad Callisthenẽ, & Philistũ redeo, in qb⁹ te video vo
lutatũ. Callisthenis quidẽ vulgatũ, & notũ negotium, quẽadmodũ Greci aliquot locuti sũt.
Secutus ille capitalis, creber, acutus, breuis, pene pusillus Thucydides. sed vtros eius habue
ris libros (duo enim sunt corpora) an vtrosq;, nescio. Me magis de Dionysio delectat. ipse est
em̃ veterator magnus, & perfamiliaris Philisto. Sed quod scribis, aggrediaris ne ad historiã,
me em̃ auctore potes: & qm̃ tabellarios sumministras, hodierni diei res gestas Lupercalibus
habebis. Oblecta te cũ Cicerone nostro q̃bellissime. Duas adhuc a te accepi epistolas, quarũ
alterã ĩ ipso discessu nostro, alterã †ex Arimino datã. plureis, quas scribis te dedisse, nõ accepe
rã. Ego me in Cumano, & Põpeiano, pterq̃ p fine te, cæterũ satis cõmode oblectabar, & eram
in eisdẽ locis vsq; ad Calen. Iun. futurus. Scribebã illa quę dixerã πολιτικὰ, spissum sane opus,
& operosum. Sed, si ex sententia successerit, bene erit opera posita: sin minus, in illud ipm ma
re deiiciemus, qđ scribẽtes spectabamus. aggrediemur alia, qm̃ quiescere non possumus. Tua
mãdata persequar diligẽter, & adiũgẽdis hominibus, & in quibusdã nõ alienandis. Maxime
vero mihi curę erit, vt Ciceronẽ tuũ, nostrũq; videã, scilicet quotidie, sed inspiciã qd discat
q̃sepissime: &, nisi ille cõtemnat, etiã magistrũ me ei pfitebor. cuius rei nõnullam cõsuetudi
nem nactus sum in hoc hoꝛ dierũ otio, Cicerone nostro minore perdocendo. Tu, quẽadmo
dum scribis, qđ etiã si nõ scriberes, facere te diligẽtissime sciebã, tñ facies, scilicet vt mea mã
data digeras, persequare, cõficias. Ego, cũ Romã venero, nullũ ptermittã Cæsaris tabellariũ,
cui literas ad te nõ dem. His diebus (ignoscis) cui darẽ fuit nemo ante hũc M. Orfiũ equitẽ
Romanũ nostrũ, & perneccssariũ, & q̃ est ex municipio Atellano, qđ scis esse in fide nostra.
Itaq; eum tibi cõmẽdo in maiorẽ modũ, hominẽ domi splẽdidũ, gratiosum etiã extra domũ:
quẽ fac, vt tua liberalitate tibi obliges. est Tribunus Militũ in exercitu nostro, gratũ homi
nem, obseruantẽq; cognosces. Trebatium vt valde ames, vehementer te rogo. Vale.

Thucydi-
des.

†Arímino.

Oblectabar
me.

Politica.

M.T.C.Q VINTO CICERONI FRATRI.S.

AD. IIII. Nona. Iun. quo die Romam veni, accepi tuas literas datas Placẽtiæ.
Deinde alteras postridie datas Blãdenonę, cũ Cęsaris literis refertis oĩ offi
cio, diligẽtia, suauitate. Sunt ista quidẽ vel magna, vel poti⁹ maxima. Habẽt
em̃ vim magnã ad gloriã, & ad sũmã dignitatẽ. Sed mihi crede, quæ nosti,
qđ in istis rebus ego plurimi æstimo, id iã habeo, te scilicet primũ tã inser
uiẽtẽ cõmuni dignitati, deinde Cęsaris tãtũ in me amorẽ, quẽ oĩbus his ho
noribus, quos me a se expectare vult, antepono. Literę vero eius vna datę cũ tuis, quarũ ini
tium est, q̃ suauis ei tuus aduẽtus fuerit, & recordatio veteris amoris: deinde se effecturũ, vt
ego in medio dolore, ac desiderio tui te, cũ a me abesses, potissimũ secũ esse lętarer: incredibi
liter delectarũr. Quare facis tu qdẽ fraterne, q̃ me hortaris, sed mehercule currentem nunc
quidem, vt oĩa mea studia in istũ vnũ conferã. Ego vero ardenti quidẽ studio hoc fortasse ef
ficiã, qđ sępe viatorib⁹, cũ ꝓperant, euenit: vt si serius, q̃ voluerint, forte surrexerint, ꝓperãdo
etiã citius, q̃ si de multa nocte vigilassent, peruenĩãt quo velint. sic ego, q in isto hoĩe colẽdo
tã indormiui diu, te mehercule sępe excitãre, cursu corrigã tarditatẽ, tũ equis, tũ velis. Quo
niã scribis poema ab eo nostrũ ꝓbari, quadrigis poeticis mõ mihi date Britãniã, quã pingã
coloribꝰ tuis pẽnicillo meo. Sed q ago? qđ mihi tẽpus Romę, psertim vt iste me rogat, manẽ
ti vacuũ ostendit? sed videro. fortasse em̃ (vt fit) vincet tuus amor omneis difficultates. Tre
batiũ q̃ ad se miserim, persalse, & humaniter etiã gratias mihi agit. negat em̃ in tãta multi
tudine eoꝝ, q vna essent, quẽq̃ fuisse, qui vadimoniũ cõcipere posset. Marco Curtio Tribuna
tũ ab eo petiui. nã Domitius se deriderí putasset, si esset a me rogatus. hoc em̃ est eius quoti
dianũ, se ne Tr. Mi. quidẽ facere. etiã in Senatu lusit Appiũ collegã ꝓpterea isse ad Cęsarẽ, vt
aliquẽ Tribunatũ afferret, sed in alterũ annũ. id & Curtius ita volebat. Tu quemadmodum
me cẽses oportere esse in rep. & in nostris inimicitiis, ita & esse, & fore auricula infima scito
molliorẽ. Res Romanę sic se habebãt. Erat nõnulla spes comitioꝝ, sed incerta. erat aliq̃ suspi
tio Dictaturę, ne ea qdẽ certa. summũ otiũ forẽse, sed senescẽtis magis ciuitatis, q̃ acqescẽtis.
Sẽtẽtia aũt nostra in Senatu eiusmodi, magis vt alii nobis assentiantur, q̃ nosmetipsi. τοιαῦτα
ὁ τλήμων ἐργάζεται πόλεμος. calamo, & atramento temperato, charta etiã dẽtata res ageẽ. Scri
bis te meas lras supiores vix legere potuisse. in quo nihil eoꝝ mi frater fuit, q̃ putas. neq; em̃
occupatꝰ erã, neq; pturbatꝰ, neq; iratus alicui. sed hoc facio semp, vt qcũq; calamꝰ in manus
meas venerit, eo sic vtar, tãq̃ bono. Verũ attẽde nũc mi optime, & suauissime frater, ad ea dũ

Fraterne.

Currẽtem
hortaris.

De nocte.

Equis &
velis.

Tuꝰ amor.

Vadímo-
niũ cõcipe.

Auricula ĩ
fima mol-
lior.

Charta dẽ
tata.

reſcribo,q̃ tu ĩ hac eadẽ breui epiſtola πραγματικῶς valde ſcripſiſti. De quo pętis,vt ad te nihil occultãs,nihil diſſimulãs,nihil tibi indulgẽs,germane,fraterneq; reſcribã, id eſt,vtrũ voles vt dixerim⁹,ad expędiendũ te,ſi cauſa ſit,cõmorere. Si mi Quinte parua aliqua res eſſet,ĩ qua ſciſcitarere qd vellẽ,tñ,cũ tibi pmiſſurus eſſẽ,vt faceres qđ velles,ego ipſe qd vellẽ oſtẽderẽ. In hac vero re,hoc pfecto q̃ris,cuiuſmodi illũ annũ,qui ſequit,expectẽ. plane aut trãqllũ nobis,aut certe munitiſſimũ. Q; quotidie domus,q; forum,q; Theatri ſignificatiões declarant,neq; laborant,q; mea cõſcientia copiarũ noſtrarũ,q; Cęſaris,q; Põpęii gratiã tenem⁹, hæc me,vt cõfidã,faciũt. Sin aliquis erumpęt amẽtis hominis furor,oĩa ſunt ad eũ frangendum expędita. Hęc ita ſentio,iudico,ad te explorate ſcribo. Dubitare te nõ aſſentatorie,ſed fraterne veto. Quare ſuauitatis eqdẽ noſtrę fruędę cauſa,cupęrẽ te ad id tẽpus venire, qđ dixeras,ſed illud malo tñ,qđ putas,magis etiã,illa etiã magni æſtimo me ἀμφιλαφίαν illã tuã & expectationẽ debitor; tuor;. Illud qdẽ ſic habeto,nihil nobis expeditis,ſi valebim⁹,fore fortunatius. parua ſunt,q̃ deſunt,quo noſtris qdẽ morib⁹,& ea ſunt ad explicãdũ expeditiſſima,

Ambitus. modo valeam⁹. Ambit⁹ redit immanis,nunq̃ fuit par. Qui ne tãtus fuit ex coitione Mennii, quã cũ Domitio habuit Scaurus vnũ vincere Meſſalã fieret,nõ dico ὑπερβολὰς vel HS. cẽties cõſtituũt in progatiua pnũciare. Res ardet inuidia. Tribunitii cãdidati compromiſerũt HS. CCCC. in ſingulos apud M. Catonẽ depoſitis pętere ei⁹ arbitratu,vt q contra feciſſet,ab eo cõdemnaret. q̃ quidẽ comitia,gratuita ſi fuerint,vt putant,plus vn⁹ Cato fuerit,q̃ oẽs leges

Librarius. oẽſq; iudices. Cũ a me literas Librarii manu accepis,ne paulũ otii me habuiſſe iudicato: cũ aũt mea,nullũ. ſic. n. habeto nũq̃ me a cauſis,& iudiciis diſtrictiorẽ fuiſſe,atq; id anni tpe grauiſſimo,& caloribus maximis. Sed qm̃ hæc tu ita pſcribis,ferẽda ſunt,neq; cõmittẽdũ,vt aut ſpei,aut cogitationi veſtrę ego videar defuiſſe: pſertim,cũ tametſi id difficilius fuerit,tñ ex hoc labore magnã gratiã,magnãq; dignitatẽ ſim collecturus. Itaq;,vt tibi placet,damus opęrã,ne cuius aĩum offendam⁹,atq; vt etiã ab iis ipſis,q nos cũ Cęſare tã cõiũctos dolẽt,diligamur: ab equis vero,aut etiã a ppẽſis in hãc partẽ vehemẽter excolamur,& amemur. De ambitu cũ atrociſſime ageret ĩ Senatu multos dies,q; ita erãt pgreſſi cãdidati cõſulares,vt nõ eſſet ferẽdũ,ĩ Senatu nõ fui. Statui ad nullã medicinã reip. ſine magno pſidio accedere. Quo

De pręuar. abſol. die hęc ſcripſi,Druſus erat de puaricatione a Tribunis ærarii abſolutus,in ſumma quattuor ſententiis,cũ Senatores,& eqtes damnaſſent. Ego eodẽ die poſt meridiẽ Vatiniũ aderã defenſurus. ea res facilis eſt. Comitia in mẽſem Septẽbrẽ reiecta ſũt. Scauri iudiciũ ſtatim exercebit,cui nos nõ deerim⁹. Σωφείτωνος Σοφοκλέους, q̃q̃ a te actã fabellã video eſſe feſtiue, nullo modo pbaui. Venio nũc ad id,qđ neſcio an primum eſſe debuerit. O iucundas mihi tuas de Britannia literas. timebam Oceanũ,timebã litt⁹ inſulę. Reliqua nõ equidẽ cõtemno,ſed plus

Hypotheſis. habent tñ ſpei,q̃ timoris,magiſq; ſum ſollicitus expectatiõe ea,q̃ metu. Te vero ὑπόθεσιν ſcribendi egregiã habere video. Quos tu ſit⁹,quas naturas rerũ,& locor;,quos mores, quas gẽteis,quas pugnas,quẽ vero ipſum imperatorẽ habes! Ego te libenter,vt rogas,quib⁹ reb⁹ vis

Noctuam Athenas. adiuuabo,& tibi verſus,quos rogas, γλαῦκα εἰς Ἀθήνας mittã. Sed heu tu,cælari videor a te. quo modo nã mi frater de noſtris verſibus Cæſar! primum librũ ſe legiſſe ſcripſit ad me ante: & prima ſic,vt neget ſe ne greca quidẽ meliora legiſſe. Reliqua ad quendam locũ ἠθοποιΐα. hoc enim vtitur verbo. Dic mihi verum,num aut res,aut χαρακτὴρ nõ delectat! nihil eſt,quod vereare. Ego enim ne pilo quidem minus te amabo. Hac de re φιλαλήθως,vt ſoles, ſcribe fraterne. Vale.

Verſus Cice. græci. Character.

M.T.C. EPISTOLARVM AD Q.C. FRATREM, LIBER TERTIVS.

M.T.C. Q VINTO C. FRATRI. S.

Arcanum. GO ex magnis caloríb⁹ (nõ. n. memínim⁹ maiores) ĩ Arpinati ſũma cũ amœnitate fluminis me refeci ludor; dieb⁹, Philotimo tribulib⁹ cõmẽdatis. In Arcano ad. IIII. Iduũ Septẽb. fui. ibi Mẽſidiũ cũ Philoxeno,aquãq; quã ii ducebãt nõ lõge a villa belle ſane fluẽtẽ vidi, pſerti maxĩa ſiccitate,vberiorẽq; aliquãto ſeſe collecturos eẽ dicebãt.

Diphílus. Apd Herũ recte erat. In Manilíano offẽdi Diphilũ Diphilo tardio rẽ,ſed tñ nihil ei reſtabat pter balnearia,& ambulationẽ,& auiariũ.

Pauimenta ta porticus Tectorium concinnũ. Villa mihi valde placuit,ppterea q ſũmã dignitatẽ pauimẽta portic⁹ habebãt: qđ mihi deniq; apparuit, poſteaq̃ & ipa tota patet,& colũnę politę ſũt. Totũ in eo ẽ,qđ mihi erit curę,tectoriũ vt cõcin-

num fit,pauiméta recte fieri videbañ,cameras quasdam non probaui,mutariq; iussi. Quo loco in porticu te scribere aiunt vt Atriolum fiat,mihi,vt est,magis placebat,neq; eñ satis loci esse videbat Atriolo,neq; fere solet,nisi in his ædificiis fieri,in qb9 est Atriũ maius,nec habere poterat adiũcta cubicula,& eiusmodi membra.Nũc hoc vel honestatẽ testudinis,vel valde bonũ ẹstiuũ locũ obtinebit.Tu tñ,si aliter sentis,rescribe q̃primũ.In balnearíis,Assa in alterũ Apodyterii angulũ ꝓmoui,ꝓpterea q̃ ita erãt posita,vt eoꝝ Vaporariũ ex quo ignis erũpit,esset sub tectũ cubiculi: subgrãde cubiculũ aũt,& hybernũ altũ valde ꝓbaui,q̃ & ampla erant,& loco posita ambulatiõis vno latere,eo q̃ est ꝓximũ balnearíis.Columnas neq; rectas,neq; e regiõe Diphilus collocarat.eas scilicet demolieñ,aliqñ pærpẽdiculo & línea díscet vti.Oĩno spæro paucis mẽsib9 opus Diphili pfectũ fore.curat.n.diligẽtissime Cœsi9, q tũ me cũ fuit.Ex eo loco recta,Vitularia vía ꝓfecti sum9 ĩ Fufidianũ fundũ,quẽ tibi ꝓximis nũciis Arpini de Fufidio HS.CCCC.emeram9.Ego locũ ẹstate vmbrosiorẽ vidi nũq̃.pmultis locis aquã ꝓfluẽtẽ,& eã vberẽ.Quid queris:Iugera.L.prati Cœsius irrigaturũ facile te arbitrabañ. Equidẽ hoc,qd melius intelligo,affirmo,mirifica suauitate te villam habiturum,pisćina, & salientibus additis,palęstra,& sylua viridicata.Fundũ audio te hunc Bõbilianum velle resinere.de eo quid videañ,ipse cõstitues.Caluus aiebat aqua dempta,& eius aquę iure cõstituto,& seruitute fundo illi imposita,tñ nos p̃cium seruare posse,si vendere vellemus.Messidiũ mecũ habuí.is se ternis nũmis in pædẽ tecũ trãsegisse dicebat.sese autẽ mensum pædibus aiebat passuũ.CCCC.M.mihi plus visum est.Sed p̃stabo,sumptum nusq̃ meli9 posse poni. Chilonẽ arcesserã Venafro.sed eo ipso die quattuor eius cõseruos,& discípulos Venafri cuniculus oppressérat.Id.Septẽb.in Laterio fui,viã pærspexi, q̃ mihi ita placuit,vt opus publicũ videretur esse,p̃ter.CL.passuũ.sum eñ ipse mẽsus ab eo põticulo,qui est ad Furninę Satricum versus.eo loco puluis,nõ glarea iniecta est,& mutabiť,& ea vię pars valde accliuis est.sed intellexi aliter duci nõ potuisse,p̃sertim cum tu,neq; ꝑ Locustæ, neq; Varronis velles ducere. Veluinus ante suũ fundũ ꝓpe minuerat.Locusta non attigerat,quẽ ego Romę aggrediar,& vt arbitror,cõmouebo:& simul inde Taurũ,quẽ tibi audio ꝓmisisse,qui nunc Romę erat,de aqua p fundũ ei9 ducẽda rogabo.Nicophorũ villicũ tuũ sane ꝓbaui,q̃siuiq; ex eo qd ei de illa ædificatiũcula†Laterii,de qua mecũ locut9 es,mãdauisses.tũ is mihi respõdit se ipsum ei9 operis HS.CCCXVI.cõductorẽ fuisse,sed te postea multa addidisse ad opus, nihil ad p̃ciũ, itaq; id se obmisisse.Mihi hercule valde placet te illa,vt cõstituebas,addere.q̃q̃ ea villa,q̃ nũc est,tanq̃ philosophia videť esse,q̃ obiurget cęterarũ villarũ insaniã, verũtamen illud additũ delectabit.Topiariũ laudaui,ita oĩa cõuestiuit edera,qua basim villæ,qua intercolumnia ambulationis,vt deniq; illi palliati topiariã facere videanť,& ederã vẽdere.Iam ἀπροσυπτερίῳ nihil alsius,nihil muscosius.Habes fere de rebus rusticis.Vrbanam expolitionem vrget ille quidẽ & Philotimus & Cincius,sed etiam ipse crebro interuiso,quod est facile factu.Quãobrem ea te cura liberatũ volo.De Cicerone,q̃ me semper rogas,ignosco equidẽ tibi,sed tu quoq; mihi velim ignoscas.Non enim concedo tibi,plus vt illum ames,q̃ ipse amo. Atq; vtinam his diebus in Arpinati,quod & ipse cupierat,& ego non minus,mecum fuisset.Quod ad Põponiam,si tibi videtur,scribas velim,cum aliquo exibimus,eat nobiscum, puerumq; ducat,clamores efficiam,si eum mecum habuero otiosum:nam Romæ respirandi non est locus.Id me scis antea gratis tibi esse pollicitum. Quid nũc putas tanta abs te mihi mercede proposita! Venio nunc ad tuas literas,quas pluribus epistolis accepi dũ sum in Arpinati.nã mihi vno die tres sunt redditæ,equidẽ,vt videbanť,eodẽ abs te datę tẽpore,vna plurib9 verbis,in qua primũ erat,q̃ antiquior dies in tuis fuisset ascripta literis,q̃ in Cęsaris.id facit Appius nõnũ q̃ necessario,vt cũ tabellarios cõstituerit mittere,literas,quia a nobis acceperit,aliqua re nouua impędiať,& necessario serius,q̃ cõstituerat,mittat,neq; nos datis iam epistolis diem commutari curemus.Scribis de Cęsaris summo in nos amore:hũc & tu fouebis,& nos quibuscũ q̃ poterimus reb9 augebimus.De Pompęio & facio diligẽter,& faciã qd mones. Q̃ tibi mea pærmissio mãsionis tuę grata est,id ego summo meo dolore,& desiderio,tamen ex parte gaudeo.In Hippodamis, & nõnullis aliis arcessendis qd cogites,non intelligo.Nemo istoꝝ est,q̃ nõ abs te munus fundi suburbani instar expęctet. Trebatiũ vero meũ,q̃ isto admisceas nihil est.Ego illũ ad Cæsarẽ misi,q̃ mihi iã satisfecit:si ipsi minus,p̃stare nihil debeo:req; itẽ ab eo vindico,& libero. Qđ scribis,te a Cęsare quotidie plus diligi,ĩmortaliter gaudeo.Balbũ vero q̃ est isti9 rei,quẽadmodũ scribis,adiutor,in oculis fero. Trebonium meũ a te amari,teq; ab

Camerę. Atriolum.

Apodyterium. Vaporariũ

Vitularia via.

Salientes. Sylua viridicata. Resinere.

Cuniculo oppressi.

Locusta.

Aedificatiuncula. †Laterii.

Topiariũ. Qua. Intercolumnia. Top.fac. Alsius. Muscosius.

Epłę tres.

Gaudeo ĩmortaliter.

illo,pergaudeo.De tribunatu qđ scribis,ego vero nominatim petiui Curtio,& mihi ipse Cæsar nominatim Curtio paratũ esse rescripsit,meãq; in rogãdo verecũdiã obiurgauit.Sicui põterea petiero(id qđ etiã Appio dixi,vt ad illum scriberet)facile patiar mihi negari,qm̃ illi q sibi molesti sunt,sibi negari a me non facile patiunt.Ego Curtium, id qđ ipsi dixi,nõ modo rogatione,sed etiam testimonio tuo diligo,q; literis tuis studium illius in salutem nostram

Britannicę res.

facile persp̃xi.De Britãnicis reb⁹ cognoui ex tuis literis nihil esse,nec qđ metuamus,nec qđ gaudeamus.De publicis negotiis,quæ vis ad te Tironem scribere, negligentius ad te ante

Oia minima,maxima.

scribebam,q; omnia minima,maxima ad Cæsarem mitti sciebam.Rescripsi epistolæ maximę. Audi nunc de minuscula,in qua primum est,de Clodii ad Cæsarẽ literis:in quo Cęsaris cõsilium probo,q; tibi amantissime petenti veniam non dedit,vti vllum ad illam furiam verbũ rescriberet.Alterum est de Caluenti Marii oratione. qđ scribis, miror tibi placere me ad eũ rescribere,presertim cum illam nemo lecturus sit:si ego nihil rescripsero,mea in illum pueri

Dictata. Orat.Cice.

omnes tanq̃ dictata perdiscãt.Libros meos quos expectas inchoaui,sed conficere nõ possum

Poema incidi.

his dieb⁹.Orationes efflagitatas p Scauro,& pro Plantio absolui.Poema ad Cęsarẽ qđ composueram,incidi.Tibi qđ rogas,quoniam ipsi fontes iam sitiunt,si qd habebo spatii,scribam.

Fontes sitiunt.

Venio ad tertiam.Balbum,q; ais mature Romam bene comitatum esse venturũ, mecumq; assidue vsq; ad Idus Maias futurũ,id mihi pergratũ,perq; iucundũ erit.Q; me in eadem epistola,sicut sępe antea,cohortaris ad ambitionẽ,& ad laborem,faciam equidem, sed qñ viuemus!Quarta epistola mihi reddita est Id.Septemb.quam ad.IIII.Id.Sextil.ex Britannia dederas.In ea nihil sane erat noui,p̃ter Erigonam: quã si ab Appio accepero,scribã ad te qd sentiã,nec dubito,quin mihi placitura sit:& qđ præterii de eo, qđ scripsisti de Milonis plausu scripsisse ad Cæsarem.Ego vero facile patior,ita Cęsarem æstimare,illum q̃maximum fuisse plausum,& prorsus ita fuit:& tamen ille plausus,qui illi datur, quodãmodo nobis videt dari.Reddita est etiam mihi peruetus epistola,sed sero allata,in qua de æde Telluris,& de por

Ad Telluris.

ticu Catuli me admones:fit vtrũq; diligenter.Ad Telluris quidem etiã tuam statuã locaui.

Suppeditat Fastigia.

Item de hortis,quod me admones,nec fui vnq̃ valde cupidus,& nũc domus suppeditat mihi hortorum amœnitatem.Romam cum venissem ad.XIII.Calend.Octob.absolutum offendi in ędibus tuis tectum:qđ super conclauia non placuerat tibi esse multorum fastigiorum, id nunc honeste vergit in tectum inferioris porticus.Cicero noster,dum ego adsum,non cessauit apud Rhetorem.De eius eruditione qđ labores,nihil est,quoniam ingenium eius no

Coitio candidatorum

sti,studiũ ego video:cætera eius suspicio,vt me putem p̃stare debere.Gabiniũ tres adhuc factiones postulant.L.Lentulus Flaminis filius,qui iam de maiestate postulauit.Titi⁹ Nero cũ bonis subscriptoribus.C.Mẽmius Tribunus Plebis cũ L. Capitone ad Vrbẽ accessit ad.XII. Calenda.Octob.Nihil turpius,nec desertius.Sed his iudiciis nihil audeo confidere,q; Cato non valebat.adhuc de pecuniis repetundis non erat postulatus. Pompęius a me valde contẽdit de reditu in gratiam,sed adhuc nihil profecit:nec si vllã partem libertatis tenebo,profi

Cęsarianus nũc Cicero

ciet.Tuas literas vehementer expecto.Quod scribis,te audisse in candidatorum consulariũ coitione me interfuisse,id falsum est.Eiusmodi enim pactiões in ea coitione factæ,quas post ea Memmius patefecit,vt nemo bonus interesse debuerit.& simul mihi cõmittendũ nõ fuit, vt his coitionibus interessem,qbus Messala excluderet:cui quidem vehemẽter satisfacio rebus omnibus,vt arbitror,etiam Memmio.Domitio ipsi multa iam feci,quæ voluit, quæq; a me petiuit.Scaurum beneficio defensionis valde obligaui,adhuc erat valde incertum, & qñ comitia,& qui Consules futuri essent.Cum hanc iam epistolam complicarem,tabellarii a vobis venerunt ad.XI.Calend.Septemb.vicesimo die.O me sollicitum,quantũ ego dolui in Cęsaris suauissimis literis. sed quo erant suauiores,eo maiorẽ dolorẽ illius ille casus afferebat. Sed ad tuas venio literas.Primum tuã remansionẽ etiã,atq; etiã probo,p̃sertim cum,vt scribis,cũ Cęsare cõmunicaris.Oppiũ miror quicq̃ cum Publio.mihi em̃ non placuerat.Qđ interiore epistola scribis,me Id.Septemb.Pompęio legatũiri,id ego nõ audiui,scripsiq; ad Cæsarẽ Vibuliũ Cęsaris mãdata de mea mãsione ad Põpeiũ pertulisse,nec ad Oppiũ quo consilio. q̃q̃ Oppiũ ego tenui,q; priores partes Bibuli erant.cũ eo enim coram Cęsare egerat,ad Oppiũ scripserat.Ego vero nullas δευτέρας φροντίδας habere possum in Cæsaris rebus.Ille mihi secundũ te,& liberos nostros ita est,vt sit pene par:videor id iudicio facere,iã em̃ debeo, sed tñ amore sum incensus.Cũ scripsissem hæc infima,quæ sunt mea manu, venit ad nos Cicero tuus ad cœnã,cum Põponia foris cœnaret,deditq; mihi epistolam legẽdã tuã,quã pau

lo ante acceperat ab Aristophaneo meo,valde mehercule & suauẽ,& grauẽ,qua sum admo dũ delectat9.Dedit etiã alterã illã mihi,qua iubes eũ mihi esse affixũ tãq magistro. Q; illũ epistolę illę delectarũt!q me!Nihil puero illo suauius,nihil nostri amati9.Hęc inter cœnam Tironi dictaui,ne mirere alia manu esse.Annali literę tuę pgratę fuerũt,p & curares de se di ligẽter,& tamẽ cõsilio seueríssimo iuuares.P.Seruili9 pater,ex literis quas sibi a Cęsare mis sas esse dicebat,significat valde te sibi gratũ fecisse,p de sua volũtate erga Cęsarẽ humanis sime,diligẽtíssimeq locutus esses.Cũ Romã ex Arpinati reuertíssem,dictũ mihi est Hippo damum ad te pfectũ esse.Nõ possum scribere me miratũ esse illũ tã inhumaniter fecisse,vt si ne meis literis ad te pficiscereť:illud scribo,mihi molestũ fuisse,iã eñ diu cogitauerã,ex eo qđ tu ad me scripseras,vt si qd esset,qđ ad te diligẽtius pferri vellẽ,illi darem:p mehercule hisce literis,quas vulgo ad te mitto,nihil fere scribo,qđ si in alicuius manus inciderit,mole ste ferendũ sit.Minutio me,& Saluio,& Labeoni reseruabã.Labeo autẽ tarde pficiscetur,aut hic manebit.Hippodamus, ne nũc qdẽ qd velim rogauit.T.Pinari9 amabileis ad me de te li teras mittit:se maxime literis,sermonibus,cœnis deniq tuis delectari.Is homo semp me de lectauit,fraterq eius mecũ est multũ:quare vt instituisti,cõplectere adolescentẽ.Q; multos dies epistolã in manibus habui ppter cõmorationẽ tabellariorũ,ideo multa cõiecta sunt, ali ud alio tẽpore,velut hoc.T.Annius mihi sępe iã dixit,sese tibi,Suburbanũ,si qđ inuenisset, nõ dubitaturũ esse emere.In eius sermone ego vtrũq soleo admirari,& te de Suburbano emendo, cũ ad illũ scribas,nõ modo ad me nõ scribere,sed etiã aliã in sentẽtiã de Suburbio scribere:& cũ ad illũ scribas,nihil te recordari de se de epistolis illis, quas in Tusculano ei9 mihi ostendisti,nihil de pręceptis Epicharmi.γνῶθι πως ἄλλῳ κέχθηται. totum deniq vultum, animum,sermonẽ eius,quẽadmodũ coniicio,quasi.sed hęc tu videris.De Suburbano cura vt sciam qd velis:& simul,ne qd ille turbet,vide.Quid pterea!Quid etiã!Gabinius ad IIII. Calen.Octob.noctu in vrbẽ introiuit,& hodie hora octaua,cũ edicto C.Alfii de maiestate, eũ adesse oporteret,cõcursu magno,& odio vniuersi populi pene afflictus est.Nihil illo tur pius,pximus est tamẽ Piso.Itaq mirificũ ἐμβολίμ cogito in secundũ librũ meorũ librorũ inducere,dicẽtẽ Apollinẽ in consilio deorũ,qualis reditus duorũ Imperatorũ futurus esset, quorũ alter exercitũ pdidisset,alter vẽdidisset.Ex Britãnia Cęsar ad me Calẽ.Septẽb.dedit li teras,quas ego accepi ad.IIII.Cal.Octob.satis cõmodas de Britannicis reb9:qbus ne admirer p a te nullas acceperim,scribit se sine te fuisse,cũ ad mare accesserit.Ad eas ego literas nihil rescripsi,ne gratulãdi qdẽ causa,ppter eius luctũ.Te oro etiã,atq etiã,mi frater,vt valeas.

M.T.C.Q.V.CICERONI FRATRI.S.

AD.VI.Id.Octob.Salui9 Ostiã vesperi naui pfect9 erat cũ his reb9,quas tibi domo mitti volueras.Eodẽ die Gabiniũ ad populũ luculẽte calefecerat.Mẽ mius sic,vt Calidio verbũ facere p eo nõ licuerit.Postridie autẽ eius diei q erat tũ futurus,cũ hęc scribebã añ lucẽ,apud Catonẽ erat diuinatio ĩ Gabi niũ futura iter Mẽmiũ,& T.Neronẽ,& C.Antoniũ M.Filiũ.Putabam9 fore vt Mẽmio daret, etsi erat Neronis mira cõtentio.Quid q̃ris!pbe pmit,nisi noster Põpeius Diis,hominibusq inuitis negotiũ inuertit.Cognosce nũc hoīs audaciam,& aliqd in rep.pdita delectare.Cum Gabinius quacũq veniebat triũphũ se postulare dixisset, subitoq bon9 Imperator noctu vrbẽ hostiũ plane inuasisset,ĩ Senatũ se nõ cõmittebat.Inte rim ipso decimo die,quo ipsum oportebat hostiũ numerũ,& militũ renunciare,in re hęsit. summa infrequẽtia,cũ vellet exire,a Coss.retẽtus est:introducti publicani.Hõ cũ vndiq a tuis,& a me maxime vulneraretur,non tulit,& me trementi voce exulem appellauit. Hic o Dii,nihil vnq̃ honorificentius nobis accidit.Consurrexit Senatus cum clamore ad vnũ, sicut ad corpus eius accederet:pari clamore,atq impetu publicani. Quid quæris!omnes,tã q̃ si tu esses , ita fuerũt.Nihil hominum sermone foris clarius.Ego tamẽ teneo ab accusan do vix me hercule:sed tũ teneo id,p nolo cũ Põpeio pugnare.Satis est qđ instat de Milone id,p iudices nullos habem9. ἀπότευγμα formido.addo etiã maleuolẽtiã hoīm:& timeo,ne illi me accusante aliqd accidat.Nec despero rẽ,& sine me, & nõnihil p me cõfici posse.De am bitu postulati sunt oẽs,q consulatũ petũt: a Mẽmio Domitius:a Q.Curtio bono,& erudito adolescẽte, Memmius:a Q.Põpeio Messala: a Triario Scaurus.Magna res in motu est ppter ea,p aut hominũ,aut legũ interit9 ostẽdit.Opera dat,vt iudicia ne fiant.Res videt spectare ad Interregnũ. Coss.comitia habere cupiũt,rei nolũt,& maxime Mẽmius,p Cęsaris aduentu

Conięcta.
Suburbanũ
Suburbiũ.
Luculente.
Diuinatio.
In re hęsit.
Exiliũ Cic. obiectum.
Spectare.

sperat se futurũ Cõsulẽ, sed mirũ in modũ tacet. Domitiꝰ cũ Messala certus esse videbatur. Scaurus refrixerat. Appius sine lege Curiata cõfirmat se Lentulo nostro successurũ, q̃ qdem mirificus illo die (qđ pene pterii) fuit. Gabiniũ accusauit maiestatis, noua data, tũ ille verbũ nullũ. Habes forẽsia. Domi recte, & ipsa domus a redẽptoribꝰ tractaꝫ nõ indiligẽter. Vale.

Redemptores.

M.T.C.Q.V.CICERONI FRATRI.S.

Occupationũ mearũ signũ tibi sit Librarii manus. Diẽ scito eẽ nullũ, quo die nõ dicã p reo. ita q̃qd cõficio, aut cogito, in ambulationis fere tẽpus cõfero. Negotia nostra sic se habẽt. Domestica vero, vt volumus. Valent pueri, studiose discũt, diligẽter docent, & nos, & inter se amãt. Expolitiones vtriusq̃ nostrũ sunt in manibus, sed tua ad pfectũ. Iam res est rustica Arcani, & Laterii. Pręterea de aqua, & via nihil ptermisi quadã epistola, q̃n enucleate ad te pscribere, sed me illa cura sollicitat, angitq̃ vehemẽter, q̃ dierũ iã amplius. L. interuallo nihil a te, nihil a Cęsare, nihil ex istis locis, nõ mõ lrarũ, sed ne rumoris q̃dẽ affluxit. Me aũt iã & mare istuc, & terra sollicitat, neq̃ desino (vt fit in amore) ea q̃ minime volo, cogitare. Quare nõ equidẽ iã te rogo, vt ad me de te, de rebus istis scribas (nũq̃ em̃, cũ potes, ptermittis) sed hoc te scire volo, nihil fere me vnq̃ ita expectasse, vt cũ hęc scribebam, lras tuas. Nũc cognosce ea, q̃ sunt in repu. Comitiorũ quotidie singuli dies tollunt obnũciationibꝰ magna volũtate bonorũ oĩm. tãta iuidia sunt Coss. ppter suspitionẽ pactorũ a Cãdidatis p̃niorũ. Cãdidati Cõsulares quattuor, oẽs rei causę sunt difficiles, sed enitemur vt Messala nr̃ salu⁹ sit, qđ ẽ ẽt cũ reliquorũ salute cõiũctũ. Gabiniũ de ambitu reũ fecit P. Sylla subscribẽte priuigno Mẽmio, Cęcilio Syllę filio. Cõtradixit L. Torquatꝰ, oĩbusq̃ libẽtibꝰ nõ obtĩuit. Quęris q̃d fiat de Gabinio? sciemus de maiestate triduo. quo q̃dẽ in iudicio odio p̃mit oĩm generũ, maxĩe testibus cędit, accusatoribꝰ frigidissimis vtit: cõsiliũ variũ, q̃sitor grauis, & firmꝰ Alfius. Põpeius vehemens in iudicibus rogãdis. Quid futurũ sit, nescio: locũ tamẽ vllũ in ciuitate non video: animũ p̃beo ad illius pernicię moderatũ, ad rerũ euentũ lenissimũ. Habes fere de oĩbꝰ rebus. Vnũ illud addã. Cicero tuus nosterq̃ summo studio est Paonii sui rhetoris, hominis opinor, valde exercitati, & boni: sed nostrũ istituẽdi genꝰ est paulo eruditiꝰ, & τεχνικώτερον, non ignoras. Quare neq̃ ego impediri Ciceronis iter, atq̃ illã disciplinam volo, & ipse puer magis illo declamatorio genere duci, & delectari videt. In quo quoniã ipsi quoq̃ fuimꝰ, patiamur illũ ire nostris itineribus: eodẽ em̃ puẽturũ esse cõfidimus. sed tamen si nobiscũ eum rus aliquo eduxerimus, in hãc nostrã rationẽ, cõsuetudinẽq̃ inducemus. Magna em̃ nobis a te p̃posita merces est, quã certe nostra culpa nũq̃ minus assequemur. Quibus in locis, & qua spe hyematurus sis, ad me q̃diligentissime scribas, velim. Vale.

Inter se amant. Arcanum. Laterium.

Quęsitor.

M.T.C.Q.V.CICERONI FRATRI.S.

Cabinius absolutꝰ est: omnino nihil accusatore Lẽtulo, subscriptoribusq̃ eiꝰ infantius, nihil illo cõsilio sordidius. Sed tamẽ nisi incredibilis cõtẽtio, & p̃ces Põpęii, dictaturę etiã rumor plenus timoris fuisset, ipsi Lẽtulo nõ respõdisset, q̃ tñ illo accusatore, illoq̃ cõsilio sentẽtiis cõdẽnatus sit. XXII. cum LXX. tulissent. Est omnino tã graui fama hoc iudiciũ, vt videaẽ reliqs iudiciis piturus, & maxĩe de pecuniis repetũdis. Sed vides nullã esse rẽp. nullũ senatũ, nulla iudicia, nullã in vllo nostrũ dignitatẽ. Quid plura de iudicibꝰ? duo Pretorii sederunt: Domitius Caluinus, is aperte absoluit vt omnes viderent: & Cato, is diruptis tabellis, de circulo se subduxit, & Põpęio primus nunciauit. Aiunt nonnulli, Sallustius itẽ, me oportuisse accusare. Iis ego iudicibus committerẽ? Quid essem si me agente esset elapsus? Sed me alia mouerunt. Non putasset sibi Pompeius de illius salute, sed de sua dignitate mecum esse certamen. In vrbem introisset, ad inimicitias res venisset: si cũ Esernino Samnite Pacideianus cõparatus videretur, auriculam fortasse mordicus abstulisset, cum Clodio quidem certe rediisset in gratiã. Ego vero meum consilium (si p̃sertim nõ improbas) vehementer approbo. Ille cum a me, tum singularibꝰ meis studiis ornatus esset, tumq̃ ego illi nihil deberẽ, ille mihi omnia, tamẽ in rep. me a se dissentientem non tulit, (Nihil dicam grauius) & minꝰ potens eo tempore, quid in me florentem posset, ostendit. Nunc, cum ego ne curem quidem multum posse, Res quidem P. certe nihil possit, vnus ille omnia possit, cum illo ipso contenderem: sic enim faciendum fuisset. Non existimo te putare id mihi suscipiendum fuisse. Alterutrum, inquit idem Sallustius, defendisses, idq̃ Pompęio contendenti dedisses, etenim vę

hementer orabat.Lepidum amicũ Salluſtium,qui mihi aut inimicitias putet piculoſas ſub eundas fuiſſe, aut infamiam ſempiternã.Ego vero hac mediocritate delector,ac mihi illud iucundũ eſt,ꝙ cũ teſtimoniũ ſecundũ fidẽ & religionẽ grauiſſime dixiſſem,reus ſe dixit ſi in ciuitate licuiſſet ſibi eſſe,mihi ſe ſatiſfacturũ,neꝙ me qcq̃ interrogauit.De verſibus, quos tibi a me ſcribi vis,deeſt mihi quidẽ opera,q̃ nõ modo tẽpus,ſed etiã animũ vacuũ ab omni cura deſiderat,ſed abeſt etiã ὑπερσπασμός,non em̃ ſumus omnino ſine cura veniẽtis anni,et ſi ſumus ſine timore.Simul & illud,(ſine vlla mehercule ironia loquor)tibi iſtius generis in ſcribendo priores parteis tribuo,q̃ mihi.De Bibliotheca tua greca ſupplenda,libris cõmutãdis,latinis cõparandis,valde velim iſta cõfici,preſertim cũ ad meũ quoꝙ vſum ſpectent.Sed ego mihi ipſi iſta per quẽ agã,nõ habeo:neꝙ em̃ venalia ſunt,q̃ qdẽ placeãt,& cõfici niſi per hominẽ & peritũ,& diligentem nõ poſſunt.Chryſippo tamẽ imperabo,& cũ Tyrãnione loquar.De phyſico qd egerit Scipio,querã:qđ videbit̃ rectũ eſſe,curabo.De Aſcanione tu vero qđ voles,facies,me nihil interpono.De ſuburbano ꝙ nõ ꝓperas,laudo,vt tu habeas hortor.Hęc ſcripſi ad.VIII.Calen.Nouẽb.quo die ludi cõmittebant̃, in Tuſculanũ ꝓficiſcens, ducenſqꝫ mecũ Ciceronẽ meũ in ludũ diſcendi nõ luſionis.ea re nõ lõgius q̃ vellẽ, ꝙ Põpti no ad triumphũ ad.III. Nonarũ Nouemb.volebã adeſſe.etem̃ erit neſcio qd negotioli. Nã Cato,& Seruilius Prętores ꝓhibituros ſe minant̃,nec qd poſſunt,ſcio.Ille em̃ & Appiũ Coſ. ſecum habebit,& Prętores,& Tr.Ple.ſed minatur tamen in primis,quæ ἄχρι πνέων Q.Sceuola.Cura mi ſuauiſſime,& chariſſime frater,vt valeas.

Aptior ad verſus Q. frater.

Ludus diſcendi.

Lud⁹ luſiõis

Negotiolũ.

M.T.C.Q.V.CICERONI FRATRI.S.

QVod queris qd de illis libris egerim,quos cũ eſſem in Cumano ſcribere inſtitui,nõ ceſſaui,neꝙ ceſſo,ſed ſępe iã ſcribẽdi totũ cõſiliũ,rationẽꝙ mutaui.Nã iã duobus feci libris:in qbus nouẽdialibus iis feriis,q̃ fuerũt Tuditano,& Aquilio Coſſ. ſermo eſt a me inſtitut⁹ Aphricani paulo ante mortem,& Lęlii Phili,Mãliiꝙ Tuberonis,& Lælii generorum Fãnii,& Scęuolę. Sermo autẽ in nouẽ & dies,& libros diſtributus de optimo ſtatu ciuitatis, & de optimo ciue.Sane texebat̃ opus luculẽter,hominũꝙ dignitas,aliquãtũ orationi põderis afferebat.Hi libri cũ in Tuſculano mihi legerent̃ audiente Salluſtio,admonitus ſum ab illo,multo maiore auctoritate illis de rebus dici poſſe,ſi ipſe loquerer de rep.preſertim cum eſſem nõ Heraclides Põticus,ſed conſularis,& is,qui in maximis verſat⁹ in rep.reb⁹ eſſem. quę tam antiquis hominib⁹ attribuerem,ea viſu mirifica eſſe. Oratorum ſermonem in illis noſtris libris,quid eſſet de ratione dicẽdi,belle a me remouiſſe,ad eos tamen retuliſſe,quos ipſe vidiſſem.Ariſtotelem deniqꝫ,quę de rep.& preſtante viro ſcribat,ipſum loqui.Cõmouit me,& eo magis,ꝙ maximos motus noſtrę ciuitatis attingere nõ poterã,ꝙ erant inferiores, q̃ illorum ætas,qui loquebantur.Ego autem id ipſum tum erã ſecutus,ne in noſtra tempora incurrens offenderem quempiam.Nunc & id vitabo,& loquar ipſe tecum, & tamen illa q̃ inſtituerã,ad te,ſi Romam venero,mittam.Puto enim te eſtimaturũ a me libros illos non ſine aliquo meo ſtomacho eſſe relictos.Cęſaris amore,quẽ ad me perſcribit,vnice delector:ꝓmiſſis iis quę oſtendit,nõ valde pendeo,nec honores ſitio,nec deſidero gloriã,magiſqꝫ eius voluntatis perpetuitatẽ,q̃ promiſſorũ exitũ expecto.viuo tamen in ea ambitione,& labore,tã q̃ id qđ nõ poſtulo,expectem.Quod me de faciendis verſibus rogas,incredibile eſt mi frater q̃ egeam tẽpore,nec ſane ſatis commoueor animo ad ea quę vis canenda ἀμπωλάς.Ad ea vero,quę ipſe ego ne cogitando quidem conſequor,tu qui omneis iſto eloquẽdi,& exprimẽdi genere ſuperaſti,a me petis:Facerẽ tamen vt poſſem,ſed(qđ te minime fugit)opus eſt ad poema quadã animi alacritate,quã plane mihi tẽpora eripiũt.Abduco equidẽ me ab omni reip. cura,dedoqꝫ literis,ſed tamẽ indicabo tibi,qđ mehercule in primis te cęlatũ volebã. Angor mi ſuauiſſime frater,angor,nullam eſſe rempub.nulla iudicia,noſtrumqꝫ hoc tempus ętatis, qđ in illa auctoritate Senatoria florere debet,aut forenſi labore iactari,aut domeſticis literis ſuſtentari. Illud vero quod a puero adamaram, Αἰεὶ ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων, totum occidiſſe:inimicos a me partim non oppugnatos,partim etiã eſſe defenſos:meũ non modo animũ,ſed ne odiũ qdẽ eſſe liberũ:vnũꝙ ex oĩbus Cęſarẽ eſſe inuentũ,q̃ me tãtũ,quantum ego vellẽ,amaret,aut etiã(ſicut alii putãt)hũc vnũ eſſe,q̃ vellet.Quorũ tamẽ nihil eſt eiuſmodi,vt ego me multa conſolatione quotidie leniam,ſed illa erit conſolatio maxima,ſi vna erimus,nunc ad illa vel grauiſſimum accedit tui deſideriũ.Gabinium ſi,vt Pãſa putat

Nouendiales feriæ.

Luculenter Salluſtius.

De rep.Cicerõi loquẽdũ fuiſſe.

De oratore libri.

Poema qđ exigat.

oportuisse, defendissem, cõcidissem q illũ oderũt. Ii sunt toti ordines: ppter quẽ oderunt, me ipsum odisse cœpissent. Tenui me, vt puto, egregie, tãtũ vt facerẽ, quãtũ oẽs viderẽt. Et in oĩ summa, vt mones, valde me ad otiũ, pacẽq; cõuerto. De libris, Tyrãnio est cessator, Chrysippo dicã, sed res operosa est, & hoĩs pẽrdiligẽtis. Sentio ipẽ, q in summo studio nihil assequor. De latinis vero quo me vertã, nescio, ita mẽdose & scribunt, & veneũt. sed tñ qđ fieri potest, nõ negligã. Cerbrius, vt ante ad te scripsi, Romę est, & q oĩa adiurãt, debere tibi valde renunciant. Ab Aeratio puto confectum esse, dum absum. Vale.

Tyrannio. Cessator. Latini libri mendosi.

M.T.CICERO Q.V.CICERONI FRATRI.S.

QVattuor Tragœdias. xvi. dieb⁹ absoluisse cũ scribas, tu qcq; ab alio mutuaris, & † χρέω quęris? cũ Electram, & Troadam scripseris, cessator esse noli, & illud γνῶθι σεαυτὸν noli putare ad arrogãtiam minuendã solũ esse dictũ, verũ etiam, vt bona nostra norimus. Sed & istas, & †Erigoniã mihi velim mittas. Habes duas epistolas proximas. Vale.

†πλέον. γνῶθι σεαυτόν. †Erigonã.

M.T.C.Q.V.CICERONI FRATRI.S.

ROmę, & maxĩe Appia ad Martis, mira pluuies. Crassipędis ambulatio ablata, horti, tabernę plurimę. magna vis aquę vsq; ad Piscinã publicã. Viget illud Homeri. ἤματ' ὀπωρίνῳ, ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ ζεὺς, ὅτε δὴ ἀνέρες ἰκρο πεσάμενοι χαλεπήνῃ. cadit enim in absolutionem Garrini. Sed hoc nõ curare decreui. Romam cum venero, quę pẽrspexero, scribã ad te, & maxime de Dictatura, & ad Labienũ, & ad Ligurium literas dabo. Hanc scripsi ante ad Lychnum ligneolum, qui mihi erat pẽriucundus, q eum te aiebant, cum esses sanæ mentis, curasse faciendum. Vale mi suauissime, & optime frater.

Piscina pu. Garrinus. Lychnus ligneolus.

M.T.C.Q.V.CICERONI FRATRI.S.

VPẽriori epistolę qd respondeã, nihil est, q̃ plena stomachi, & querelarũ est. quo in genere alterã quoq; te scribis pridie Labieno dedisse, q adhuc nõ venerat. Deleuit emñ mihi omnẽ molestiã recẽtior epistola. Tãtũ te & moneo, & rogo, vt in istis molestiis, & laboríb⁹, & desideriis recordere cõsilium nostrum qđ fuerit pfectionis tuę. Nõ emñ cõmoda q̃dã seq̃bamur, parua, ac mediocria. Quid emñ erat qđ discessu nostro emendũ putaremus? Prędidiũ firmissimum petebamus ex optimi, & potẽtissimi viri beneuolẽtia ad omnẽ statũ nostrę dignitatis. Plura ponunt in spe q̃ ĩ pecuniis, reliqua ad iacturã struent. Quare si crebro referes animum tuũ ad rationẽ & veteris cõsilii nostri, & spei, facilius istos militię labores, cęteraq; q̃ te offendũt, feres: & tamẽ, cũ voles, depones. Sed eius rei maturitas, neq; dũ venit, & tamẽ iã appropinquat. Etiã illud te admoneo, ne qd vllis literis cõmittas, qđ si platũ sit, molestę feram⁹. Multa sunt q̃ ego nescire malo, q̃ cũ aliquo piculo fieri certior. Plura ad te vacuo aĩo scribã, cum (vt spero) se Cicero meus belle habebit. Tu velim cures, vt sciã qbus nos dare oporteat eas, quas ad te deinde literas mittem⁹: Cęsaris ne tabellariis, vt is ad te ptinus mittat, an Labieno. Vbi emñ isti sint Neruii, & q̃ lõge absint, nescio. De virtute, & grauitate Cęsaris, quã in summo dolore adhibuisset, magnã ex epistola tua accepi voluptatem. Qz me institutum ad illũ poema iubes pficere, etsi distentus cũ opera, tũ animo sum multo magis, quoniam tamen ex epistola quã ad te miserã, cognouit Cęsar me aliqd esse exorsum, reuertar ad institutum, idq; pficiã his supplicationũ otiosis diebus. quibus Messalã iam nostrum reliquosq;, molestia leuatos vehementer gaudeo: eumq;, q certum Cos. cum Domitio numeraris, nihil a nostra opinione dissentis. Ego Messalam Cęsari pręstabo. Sed Memmius in aduentu Cęsaris habet spem, in quo illum puto errare: hic quidem friget. Scaurum autem iampridem Põpeius abiecit. res prolatę. ad interregnum comitia adducta. Rumor dictatoris iniucũdus bonis: mihi etiam magis, quę loquuntur. Sed tota res & timetur, & refrigescit. Pompeius plane se negat velle, antea ipse mihi non negabat. Hircius auctus fore videtur. O Dii q̃ ineptus, q̃ se ipse amans sine riuali. Crassum Iunianum hominem mihi deditum per me deterruit: velit, nolit, scire difficile est. Hircio tamen agente nolle se non probabit. Aliud hoc tempore de rep. nihil loquebantur: agebatur quidem certe nihil. Serrani Domestici filii funus pęrluctuosum fuit, ad. IIII. Cal. Decẽb. Laudauit pater scripto meo. Nũc de Milone. Põpeius ei nihil tribuit, & oĩa Guttę: dicitq; se pęrfecturũ, vt in illo Cęsar incumbat. hoc horret Milo, nec iniuria, & si ille dictator factus sit, pene diffidit. Intercessorem Dictaturę si iuuerit manu, & pręs

Neq; dũ p necdum. Neruii. Amãs sine riuali. Quidem certe.

fidío ſuo,Pompeiũ metuit íimicũ.ſi nõ iuuerít,tímet ne p vím pferaẽ.Ludos apparat magní ficẽtiſſimos, ſic inquã vt nemo ſumptuoſiores.ſtulte bis terq; nõ poſtulat9,vel qa munus magnificum dederat,vel qa facultates nõ erãt,vel qa magíſter,vel qa potuerat magíſtrũ ſe nõ Aedilẽ putare.Omnía fere ſcripſi.Cura mi chariſſime frater,vt valeas.De Gabínio níhil fuit faciendũ íſtorũ,quę amãtiſſime cogitata ſunt.τόπε μοι χάνοι.feci ſumma cum grauitate,vt oẽs ſentiãt,& ſumma cũ lenitate,q̃ feci.illũ neq; vrſi,neq; leuaui.teſtis vehemẽs fui: prẽterea quieui.Exitũ iudicíi fœdũ,& pernicioſum leuiſſime tuli.Quod quidẽ bonũ mihi nũc deniq; redundat,vt his malis reip.licẽtiaq; audaciũ qua ante rũpebar,nũc ne mouear quidẽ. Níhil eſt em̃ pẽrditius his homínibus,his tẽporibus.Itaq; ex repu.nihil iã cogi poteſt.Cur ſtomacher neſcio.Literę me,& ſtudía noſtra,& otiũ,villeq; delectãt,maximeq; pueri noſtri. Angit vnus Milo,ſed velím fin̄ẽ afferat Cõſulatus.In quo enítar,nõ minus q̃ ſum eníſus in noſtro. Tuq; iſtínc,qd̃ facis,adiuuabís.De quo cętera(níſi plane vís erípuerit)recte ſunt.de re famíliari tímeo.ὁδὲ μαίνεται οὐκ ἔτ' ἀνεκτῶς,qui ludos HS.CCC.cõparet.cui9 in hoc vno confiderantiã, & ego ſuſtinebo,vt potero,& tu.vt poſſis,eſt tuorũ neruorũ.De motu tẽporũ veniẽtis anní níhil te íntellígere voluerã domeſtíci timoris,ſed de cõmuni reipu.ſtatu.in quo etiam ſi níhil p̃curo,tamẽ níhil curare vix poſſum.Q̃z autẽ te velím cautũ eſſe in ſcríbẽdo ex hoc coníicito,q; ego ad te ne hęc quidẽ ſcríbo,quę palã in rep.turbant̃,ne cuiuſq̃ animum meę literę interceptę offendãt.Quare domeſtica cura te leuatũ volo.In rep.ſcio q̃ ſollícitus eſſe ſoleas.Video Meſſalã noſtrũ Coſ.ſi p Interregẽ,ſine iudício:ſi pr Dictatorem,tamẽ ſine pęrículo.odíi níhil habet,Hortẽſii calor multũ valebit.Gabínii abſolutío lex impunitatis putatur ὡν παρέργῳ.De Dictatore tamẽ actũ adhuc níhil eſt.Pompeius abeſt.Appius míſcet. Hircius p̃parat.multi interceſſores numeranť.populus nõ curat.príncipes nolũt.ego gęſco. De mancipíis,qd̃ mihi pollíceris,valde te amo:& ſum equidẽ,vti ſcríbis,& Romę,& in prædíis infrequens.Sed caue,amabo, qcq̃,qd̃ ad meũ cõmodũ attíneat,níſi maximo tuo cõmodo,& maxima tua facultate mi frater cogitaris.De epiſtola Vatínii ríſi.ſed me ab eo ita ob ſeruarí ſcío,vt eius iſta odía nõ ſorbeã ſolũ,ſed etiã concoquã.Qd̃ me hortaris vt abſoluã, habeo abſolutũ ſuaue mihi qdẽ,vt videť,ἔπος ad Cęſarẽ,ſed q̃ro locupletẽ tabellariũ accipiat.qd̃ ego nactus,qd,ſi Cęſare imperatore iter ex Gallía tutũ nõ fuit:quid,ſi cæmentũ bonũ non haberẽ,deturbẽ ædificiũ:qd̃ quidẽ quotidie mihi magis placet:in primíſq; inferior porticus,& eius Cõclauía fiunt recte.De Arcano,Cęſaris opus eſt,vel mehercule etiã elegãtioris alicuius:imagines em̃ iſtę,& palęſtra,& piſcína,& multorũ Philotimorũ eſt,nõ Diphilorum.ſed & ipſi ea adhibebimus,& mittemus,& mãdabímus.De Felícis teſtamẽto tũ magis quererere,ſi ſcias.Duas em̃ tabulas ſe putauit obſignare,in qbus in vnciís firmiſſimũ.Tenes vero lapſus eſt per errorẽ,& ſuũ & Sicurę ſeruí non obſignauit:quas noluit,eas obſignauit. ἀλλ' ὀιμωζέτω nos modo valeamus.Ciceronem & vt rogas,amo,& vt meretur,& vt debeo. Dimitto autẽ a me,& vt a magíſtrís ne abducã,& q; mater Porcía nõ diſcedit,ſine qua edacitatem pueri pertimeſco.ſed ſumus vna tamen valde multum. Reſcripſi ad oñia,mi ſuauiſſime,& optime frater. Vale.

Vrſi,ab vrgeo.

Perditius.

Hortenſii calor.

Sorbere.
Concoquí.

Arcanum.
Philotimi nõ Diphili

M.T.CICERO OCTAVIO.S.



I per tuas legiones mihi licitum fuiſſet,quę nomini meo,Populoq; Romano ſunt inimiciſſimę,venire in Senatũ,coramq; de repub.diſputare,feciſſem,neq; tam libenter,q̃ neceſſario.nulla enim remedia quæ vulneribus adhibentur,tam faciunt dolorem,q̃ quæ ſunt ſalutaria.Sed quoniam cohortibus armatis circumſeptus Senatus,níhil aliud vere poteſt decernere,níſi timere,ĩ Capitolio ſigna ſunt, in vrbe milites vagantur,in Campo caſtra ponuntur,& Italía tota legionibus ad libertatem noſtram conſcriptis,ad ſeruitutem adductis,equitatuq; exterarum nationum detinetur,cedam tibi in præſentia foro,curía,& ſanctiſſimis deorũ immortaliũ tẽplis, in qb9 reuiuiſcẽte iã libertate,deinde rurſus oppſſa,Senatus níhil conſulit,timet multa,aſſentiť oĩa. Poſt ẽt paulo tẽporib9 ita poſtulãtib9,cedã Vrbe,quã p me cõſeruatã,vt eẽt libera,ĩ ſeruitu

te videre nõ potero. Cedã vita, q̃, q̃q̃ sollicita est, tñ si ꝓfutura est reip. bona spe posteritatis me cõsolaꝫ. qua sublata, nõ dubitãter occidã. Atq; ita cedã, vt fortuna iudicio meo, nõ aĩus mihi defuisse videaꝫ. Illud vero, qđ & p̃sentis doloris est indiciũ, & p̃teritę iniurię testimoniũ, & absentiũ sensus significatio, nõ p̃termittã, quin, qm̃ corã id facere ꝓhibeor, absens ꝓsim. Siqdẽ mea salus, aut vtilis reip. est, aut cõiũcta certe publicę saluti. Nã ꝓ Deũ immortalium fidẽ (nisi forte frustra eos appello, quorũ auris, atq; aĩus a nobis abhorret) pq; fortunã Po. Ro. q̃ q̃q̃ nobis infesta est, fuit aliq̃n ꝓpitia, & vt spero, futura est, qs tã expers humanitatis! quis huĩ⁹ vrbis nomini, ac sedib⁹ vsqueadeo est inimic⁹, vt ista aut dissimulare possit, aut nõ dolere! aut, si nulla ratione publicis incõmodis mederi q̃at, nõ morte ꝓpriũ piculũ vitet!

Nouissima M. Antonii facinora.

Nã vt ordiar ab initio, & pducã ad extremũ, & nouissima cõferã primis, q̃ nõ posterior dies acerbior priore! & q̃ nõ insequẽs hora antecedẽte calamitosior Po. Ro. illuxit! M. Antonius vir aĩ maximi (vtinã etiã sapiẽtis cõsilii fuisset) C. Cęsare fortissime, sed parũ feliciter a reip. dominatione semoto, cõcupierat magis regiũ, q̃ libera ciuitas pati poterat principatũ. Publicã dilapidabat pecuniã, Aerariũ exhauriebat, minuebat Vectigalia, donabat Ciuitates, ex cõmẽtario Dictaturã gerebat, leges imponebat, phibebat Dictatorẽ creari legib⁹. Senatusc̃ōsulto ipe repugnabat ĩ Senatu, Prouincias vn⁹ oẽs cõcupiebat. Cui sordebat Macedonia ꝓuincia quã victor sibi sũpserat Cęsar, quid de hoc sperare aut expectare nos oportebat! Extitisti tu vindex nr̃ę libertatis, vt tũc qdẽ optim⁹ (qđ vtinã neq; nr̃a nos opinio, neq; tua ẽdes fefellisset) & veteranis in vnũ cõductis, & duab⁹ legionib⁹ a pricie pr̃ię, ad salutẽ auocatis, subito ꝓpe iã affectã ac prostratã Rẽp. tuis opib⁹ extulisti. Quę tibi nõ ante q̃ postulares, maiora q̃ vel les, plura q̃ sperares detulit Senat⁹! Dedit fasces, vt cũ auctoritate defensorẽ haberet, nõ vt ĩperio se aduersũ armaret. Appellauit Impatorẽ hostiũ exercitu pulso, tribuẽs honorẽ, nõ vt sua cęde cęsus ille fugiẽs exercit⁹ te noĩaret Impatorẽ. Decreuit ĩ foro statuã, locũ ĩ Senatu, summũ honorẽ añ tẽpus. Si qd aliud ẽ qđ dari possit, addat. Quid aliud ẽ mai⁹ qđ velis sumere! Sin aũt supra ętatẽ, supra cõsuetudinẽ, supra etiã mortalitatẽ tuã tibi sunt oĩa tributa, cur aut ĩgrat⁹ crudeliter, aut ĩmemor bñficii sui, scelerate circũscribis Senatũ! Quo te mi sim⁹! a qb⁹ reuerteris! cõtra quos armauim⁹! qb⁹ arma cogitas ĩferre! a qb⁹ exercitũ abducis! & aduersus quos aciẽ struis! Cur hostis relinquit! ciuis hostis loco ponit! cur castra medio

Auocatis.

Sua cęde.

Sui.

Propi⁹ vrbem.

itinere lõgi⁹ aduersariorũ castris, & ꝓpi⁹ Vrbẽ mouent! O me nũq̃ sapiẽtẽ, & aliq̃n, id quod nõ erã, frustra existimatũ: quãtũ te, Populе Romane de me fefellit opinio! O meã calamitosã ac p̃cipitẽ senectutẽ. O turpẽ exacta, demẽtiq; ętate canitiem. Ego P. C. ad parricidiũ induxi, ego rẽp. fefelli, ego ipse Senatũ sibi man⁹ afferre coegi: cũ te Iunoniũ puerũ, & mr̃is tuę partũ aureũ eẽ dixi. At te fata pr̃ię Paridẽ futurũ p̃dicabãt: q̃ vastares Vrbẽ ĩcẽdio, Italiã bello: q̃ Castra ĩ Tẽplis deorũ ĩmortaliũ, Senatũ ĩ Castris habitur⁹ esses. O miserã & ĩ breui tã celerẽ & tã variã Reip. cõmutationẽ. Quisnã tali futur⁹ ĩgenio ẽ, q̃ possit hęc ita mãdare lr̃is, vt facta nõ ficta videanẽ esse! Quis erit tãta aĩ facilitate, q̃ q̃ verissime mẽoria ꝓpagata fuerint, nõ fabulę similia sit existimatur⁹! Cogita em̃ Antoniũ hostẽ iudicatũ, ab eo circũsessũ Cos. Des. eũdẽq; Reip. parẽtẽ. Te ꝓfectũ ad Cos. liberãdũ, & hostẽ opprimẽdũ: hostẽq; a te fugatũ, & Cos. obsidiõe liberatũ. Deide paulo post fugatũ illũ hostẽ accersitũ tã q̃ cohęredẽ mortua rep. ad bona Po. Ro. capiẽda. Cos. Des. rursum ĩclusum eo, vbi se nõ mœnib⁹, sed fluminib⁹ & mõtib⁹ tueret. Hęc qs conabit̃ exponere! qs credere audebit! Liceat semel impune ꝑccasse: sit erranti medicina cõfessio. verũ em̃ dicã, vtinã te potius Antoni dominũ nõ expulissem⁹, q̃ hũc recipærem⁹. nõ q; vlla sit optãda seruit⁹, sed qa dignitate domini minus turpis est fortuna seruí. In duob⁹ autẽ malis cũ fugiẽdũ maius sit, leuius est eligẽdũ. Ille ea tamẽ ea exorabat, q̃ volebat auferre. Tu extorques. Ille Cõsul prouinciã petebat. Tu priuat⁹ cõcupiuisti. Ille ad malorũ salutẽ iudicia cõstituebat, & leges ferebat. Tu ad pniciẽ optimorum. Ille a sanguine, & incẽdio seruorũ Capitoliũ tuebaꝫ. Tu cruore, & flãma cũcta delere vis. Si q̃ dabat ꝓuincias Cassio, & Brutis, & illis custodib⁹ noĩs nostri, regnabat, qd faciet, q̃ vitã adimit! q̃ ex vrbe eiiciebat, Tyrãnus erat: quẽ hũc vocem⁹, q̃ ne locũ qdẽ reliq̃t exilio! Itaq;, si qd illę maiorũ nostrorũ sepultę reliq̃ę sapiũt, si nõ vna cũ corpore sensus oĩs vno, atq; eodẽ cõsumpt⁹ est igni, qd illis interrogãtibus, qd agat nũc Po. Romanus respõdebit aliqs nostrũ, q̃ ꝓximus ĩ illã ęternã domũ discesserit! aut quẽ accipiẽt de suis posteris nũciũ illi veteres Aphricani, Maximi, Pauli, Scipiones! qd de sua patria audiẽt, quã spoliis, triumphisq; decorarũt! an esse quẽdã annos XIIII. natũ, cui⁹ auus fuerit argẽtarius, adstipulator pater, vterq; vero p̃cariũ

Meli⁹ eram q̃ erant.

Iunonius puer.

Leui⁹ malũ eligendum

Domus æterna.

Octauii ætas & ignobilitas.

†pæccare.

fecerit q̄stū,sed alter vsq; ad senectutē vt nō negaret, alter a puericia,vt nō posset nō cōfiteri,eū agere,rapere rēp.cui nulla virt⁹,nullę bello subactę & ad imperiū adiūctę ꝓincię,nulla dignitas maiorū cōciliasset opē potētiū,sed forma ꝓ dedec⁹ pecuniā,& nomē nobile cōsceleratū impudicitię dedisset:veteres vulneri⁹ & ętate cōfectos Iulianos gladiatores, egēteis reliquias Cęsaris ludi ad rudē cōpulisset:q̄bus ille septus oīa misceret,nulli parceret, sibi vi ueret.Qui tā q̄ in dotali matrimonio rēp.testamēto legatā sibi obtineret.Audiēt duo Decii seruire eos Ciueis,q; vt hostib⁹ īperarēt,victorię se deuouerūt.Audiet C.Marius impudico domino parere nos,q; ne Militē quidem habere voluit nisi pudicū.Audiet Brutus eū populum,quē ipse primo,post ꝓgenies eius a Regibus liberauit,ꝓ turpi stupro datū in seruitutem.Quę quidē si nullo alio,me tamē internuncio ad illos celeriter deferent.Nā si viuus ista subterfugere nō potero,vna cū istis vitā simul fugere decreui.

SEQVVNTVR DVAE FRANCISCI Petrarchę ad Ciceronē aut ei⁹ manes Epistolę: quarū prior falso existimata est aut Pōponii Attici,aut Cornelii Nepotis,cū vtrāq; vir im pense doctus,& librorū cū nouorū tū veterū excussor diligētissim⁹,Paulus Aemilius ob historiā Frācorū nup emissam ad sidera vsq; notus,inter Petrarchę lucubrationes ostenderit. Quas ꝓtermissas ideo nolui,vt vl' hoc errore lectores liberē,vel defraudatę portiūculę calumnia impressionē nostrā:cū alioq; parū,nisi q; supiori epl'ę prior respōdere videat,ad rē faciāt.

FRANCISCVS PETRARCHA.M.T.CICERONI.S.

PIStolas tuas,diu multūq; ꝙsitas,atq; vbi minime rebar,inuētas, auidissime plegi.Audiui multa te dicētē,multa deplorātē,multa variantē Marce Tulli:& q iāpridē qualis ꝓceptor aliis fuisses,nouerā, nūc tādē qs tu tibi ees,agnoui.Vnū hoc vicissim a vera charitate ꝓfectū,nō iā cōsiliū,sed lamētū audi vbicūq; es,qđ vnus posterorū, tui nois amātissim⁹,vix sine lachrymis effundit.O īgete semp & anxie,vel vt verba tua recognoscas,o ꝓceps & calamitose senex, qd tibi tot cōtētioni⁹,& ꝓsum nihil ꝓfuturis simultatibus,voluisti! Vbi & ętati,& ꝓfessioni,& fortunę tuę cōueniēs otiū reliqsti!Quis te falsus glorię splēdor senē,adolescētiū bellis implicuit:& ꝓ oēs iactatum casus ad indignā philosopho mortē rapuit! Heu & fraterni cōsilii immemor,& tuorum tot salubriū ꝓceptorū,ceu nocturnus viator,lumē in tenebris gestās,ostēdisti secuturis callē,in quo ipse miserabiliter lapsus es. Omitto Dionysiū,omitto fratrē tuū, ac nepotē: omitto si placet,ipm etiā Dolabellā,quos nūc laudi⁹ ad cęlū effers, nūc repētinis maledictis laceras:fuerint hęc tolerabilia fortassis,Iuliū quoq; Cęsarē ꝓteruehor,cui⁹ spectata clemētia ipsam lacessentib⁹ portus erat.Magnū ꝓterea Pōpeiū sileo,cū quo iure quodā familiaritatis, qdlibet posse videbare.Sed qs te furor in Antoniū impegit!Amor credo Reip.quā fundit⁹ iā corruisse fatebaris.Q; si pura fides,si libertas te trahebat(qđ qdē de tāto viro libet opinari)qd tibi tā familiare cū Augusto!Quid em̄ Bruto tuo respōsurus es!Siqdē q;,ingt,Octauius tibi placet,nō dnm fugisse,sed amiciorē dnm quæsisse videbaris.Hoc restabat infelix,& hoc erat extremū tibi Cicero,vt huic ipsi tā laudato malediceres:q; tibi,nedū nō malefaceret sed malefaciētib⁹ obstaret.Doleo igit̄ vicē tuā amice,& errorū pudet ac miseret tātorū:iāq; cū eodē Bruto istis artib⁹ nihil tribuo,q̄bus te instructissimū fuisse scio.Nec mirū.Quid em̄ iuuat alios docere!qd ornatissimis semp verbis de virtutib⁹ loq ꝓdest,si te interim ipse non audias! Ah quāto satius fuerat,philosopho ꝑsertim,ī trāqllo rure senuisse,de ꝓpetua illa(vt ipse quodā loco ais)nō de hac tā exigua vita cogitātē,nullos habuisse fasces,nullis triūphis inhiasse,nullos nosse nec īflasse tibi aīm Catilinas.Sed hęc qdē frustra.Aeternū vale mi Cicero.Apud supęros,ad dexterā Athesis in colonia Veronensiū transalpinę Italię.xvi. Calen. Quintiles.Anno ab ortu eius quem tu noueras.M.CCCXL.

Vnus posterorū,nō ergo Atticus &c.

Secunda eiusdē epistola ad eundem M.Tulliū,est laudatoria ingenii & eloquētię eius, meminitq; de libris eiusdē. FRANCISCVS CICERONI SVO.

I te supęrior offendit epistola(verum em̄ est,vt ipse soles dicere, quod ait familiaris tuus in Andria:Obsequiū amicos,veritas odiū parit)accipe qđ offensum animum ex parte mulceat,ne semper odiosa sit veritas:quoniam veris reprehensionibus irascimur,veris laudibus delectamur. Quandoquidem Cicero(quod pace tua dixerim)vt hō vixisti,vt philosoph⁹ scripsisti,

Epistolę F. Petrarchę.

Vitã ego tuã carpſi,nõ ingeniũ aut linguã:quippę q illud miror,hãc ſtupęo.Neq; tũ in vita tua qcq; p̃ter cõſtãtiã reqro,& pfeſſioni Philoſophicę debitũ qetis ſtudiũ,& a ciuilib⁹ bellis fugam extincta libertate,ac ſepulta iã & cõplorata republica.Vide vt ciuili⁹ tecũ ago,ac tu cum Epicuro multis in locis,ſed expreſſius in libro de finibus,agebas.Cui⁹ em̃ vbilibet vitã probas,illic ei⁹ rides ingeniũ.Ego nihil in te rideo,vitę tũ cõpatior,(vt dixi)ingenio,elogo q; gratulor,O Romani eloquii ſumme parens.Nec ſolus ego,ſed oẽs tibi gratias agimus,q cunq; latinę linguę floribus ornamur.Tuis enim de fontibus prata rigamus,tuo ductu di-rectos,tuis ſuffragiis adiutos, tuo nos noſe illuſtratos ingenue confitemur,tuã denic; (vt ita dicã)auſpiciis ad hãc, quãtulacũq; eſt,ſcribẽdi facultatẽ ac ꝓpoſitũ pueniſſe.Acceſſit & alter poeticę vię dux.Ita em̃ neceſſitas poſcebat,vt eſſet & quẽ ſolutis, & quem frenantibus greſſibus pręeuntẽ ſequeremur:quẽ loquẽtẽ,quẽq; canentẽ miraremur.Quoniã(cũ bona venia amborũ)neuter ad vtrũq; ſatis erat.Ille tuis equorib⁹:tu illius impar anguſtiis.Nõ ego primus hoc dicerẽ fortaſſe,q̃uis plane ſentirẽ.Dixit hoc ante me magnus qdã vir Anneus Seneca Cordubẽſis,cui te(vt idẽ ipſe cõqueritur)non etas quidẽ,ſed bellorũ ciuiliũ furor p̃ripuit.Videre te potuit,ſed nõ vidit.Magnus tamẽ operũ tuorũ,atq; illi⁹ alterius laudator. Hęc affirmat quicũq; quẽq; ſuis eloquentię finibus circũſcribẽs.Verũ expectatione te torq̃o. Quiſnã dux ille ſit,quęris.Noſti hominẽ, ſi modo noſ meminiſti.Publius Virgilius Maro eſt,Mãtuanus ciuis,de quo egregie vaticinatus es.Quũ em̃(vt ſcriptũ legimus)iuuenile qdã eius opuſculũ miratus,quęſiuiſſes auctorẽ,eũq; iuuenẽ iã ſenior vidiſſes, delectatus es, & de inexhauſto eloquẽtię tuę fonte cũ propria quidẽ laude pmixtũ,verũtamẽ p̃clarũ ac magnificum illi teſtimoniũ reddidiſti.dixiſti em̃,Magnę ſpes altera Romę.Qd dictũ ex ore tuo auditum,adeo illi placuit,eiuſq; inſedit memorię,vt illud poſt annos viginti,te pridẽ reb⁹ humanis exempto,diuino operi ſuo,eiſdẽ pœnitus verbis inſereret.Qd opus ſi videre licuiſſet,lętatus eſſes de primęuo flore tam certũ te vẽturi fructus p̃ſagiũ cõcepiſſe:nec nõ & Latiis gratulatus muſis,q; inſolẽtibus Graiis vel reliquiſſent ambiguã,vel certã victoriã abſtuliſſent.vtriuſq; em̃ ſententię auctores ſunt.Te ſi ex libris animũ tuum noui,quẽ noſſe mihi nõ aliter q̃ ſi tecum vixiſſem,videor:poſterioris aſſertorem futurum,vtq; in oratoria dedi ſti,ſic in poetica palmã Latio daturũ,atq; vt Aeneidi cederet Ilias iuſſurũ fuiſſe non dubito:quod iam ab initio Virgiliani laboris Propertius aſſeuerare non timuit.Vbi enim prædicti operis fundamẽta cõtemplatus erat,exclamauit,Cedite Romani ſcriptores,cedite Graii, Neſcio quid maius naſcitur Iliade.Hęc de altero latinæ duce facundię,qui magnę ſpes altera Romę.Nunc ad te reuertor.Quid de vita,quid de ingenio tuo ſentiã,audiſti.Expectas audire de libris tuis,quęnam illos exceperit fortuna , quantumq; ſeu vulgo ſeu doctioribus probentur.Extant equidem pręclara volumina,quę nedum perlegere,ſed nec enumerare ſufficimus:fama rerum tuarum eſt celeberrima,atq; ingens & ſonorum nomen:perrari autem eorum ſtudioſi.Cuius vitii ſeu temporũ aduerſitas,ſeu ingeniorum hebetudo & ſegnities ſeu(quod magis arbitror)alio cogens animos cupiditas,in culpa eſt.Itaq; librorum quidã, neſcio an irreparabiliter,nobis certe qui nunc viuimus,niſi fallor,proculdubio perierũt.Magnus dolor meus,magnus ſeculi noſtri pudor,magna poſteritatis iniuria . Profecto nanq; quod in tuis libris conqueror,etiam in multorum aliorum virorum illuſtrium libris accidit.Tuorum ſane(quia de illis mihi nunc ſermo eſt)quorum inſignior iactura,hęc ſunt nomina:Reipub.rei familiaris,de conſolatione,de gloria. q̃uis de hoc vltimo magis mihi ſpes dubia,q̃ deſperatio certa ſit. Reliquum eſt,vt Vrbis Romę ac Romanę Reipub.ſtatum audire velis:quę patrię facies,quę ciuium concordia,ad quos rerum ſumma peruenerit, quib⁹ manibus quantoq; conſilio frena tractentur imperii:Hiſter ne & Ganges , Iberus & Tanais limites noſtri ſint,an vero quiſq̃ ſurrexerit Imperium Oceano,famã qui terminet aſtris,vt amicus ille tuus Mantuanus,de nõ amico tuo cecinit.hęc & his ſimilia, cupidiſſime auditurum te auguror:id enim mihi pietas tua ſuggerit,& amor erga patriam vſq; in pernicieꝫ tui notiſſimus:verum tacere melius fuerit.Crede enim mihi Cicero,ſi quo in ſtatu res noſtrę ſint audieris,excidant tibi lachrymæ,quamlibet vel cæli,vel Erebi partem tenes.Aeternum vale.Apud ſuperos ad ſiniſtram Rhodani ripam,in tranſalpina Gallia, eodem anno, xiiii.Calen.Ianuarii.

Maro.

Seneca.

Libri Cice. q nõ extẽt.

Vita T. Pomponii Attici.

TITI POMPONII ATTICI VITA PER CORNELIVM NEPOTEM.

POmponius Atticus ab origine vltima stirpis Romanę generatus, perpetuo a maioribus acceptam Equestrē obtinuit dignitatem. Patre vsus est diligente, indulgente, &, vt tum erant tēpora, diti, in primisq; studioso literarum. Hic, prout ipse amabat literas, omnibus doctrinis, quibus puerilis ętas impertiri debet, filiū erudiuit. Erat autē in puero, pręter docilitatem ingenii, summa suauitas oris, & vocis: vt non solum celeriter acciperet, quæ tradebantur, sed etiā excellenter pronunciaret. Qua ex re pueritia nobilis inter ęqualeis ferebatur, clariusq; explendescebat, q̄ generosi condiscipuli animo ęquo ferre possent. Itaq; īcitabat omneis studio suo. Quo in numero fuerūt L. Torquatus, C. Marii filius, M. Cicero: quos consuetudine sua sic sibi deuinxit, vt nemo iis perpetuo fuerit charior. Pater mature decessit: ipse adolescentulus propter affinitatē P. Sulpitii, qui Tri. Ple. interfectus est, non expers fuit illius periculi. Nāq; Anitia Pomponii consobrina nupserat M. Seruio fratri Sulpitii. Itaq; interfecto Sulpitio, posteaq̄ vidit Cinnano tumultu ciuitatē esse perturbatam, neq; sibi dari facultatem, pro dignitate viuendi, quin alterutram partē offenderet, dissociatis animis ciuiū, cum alii Sullanis, alii Cinnanis fauerent partibus, idoneum tempus ratus studiis obsequendi suis, Athenas se contulit. Neq; eo secius adolescentē Marium hostem iudicatū iuuit opibus suis, cuius fugam pecunia subleuauit. Ac ne illa peregrinatio detrimentū aliquod afferret rei familiari, eodem magnā partem fortunarum traiecit suarum. Hic ita vixit, vt vniuersis Atheniensibus merito esset charissimus. nam pręter gratiā, quę iam in adolescentulo magna erat, sępe suis opibus inopiam eorū publicam leuauit. Cum em̄ vsurā facere publice necesse esset, neq; eius conditionem ęquā haberent, semper se interposuit, atq; ita, vt neq; vsuram vnq̄ ab iis acceperit, neq; longius q̄ dictū esset, debere passus sit. Qđ vtrūq; erat iis salutare. nam neq; indulgendo inueterascere eorū æs alienū patiebatur, neq; multiplicandis vsuris crescere. Auxit hoc officium alia quoq; liberalitate. nam vniuersos frumēto donauit, ita vt singulis VII. modii tritici darentur, qui †modus mēsurę Medimnus Athenis appellat̄. Hic autē sic se gerebat, vt cōmunis infimis, par principibus videretur. Quo factum est, vt huic omneis honores, quos possent, publice haberent, ciuēq; facere studerent. quo beneficio ille vti noluit, ꝙ nōnulli ita interpretant̄, amitti ciuitatem Romanam alia ascita. Q̄diu affuit, nequa sibi statua poneretur, restitit, absens prohibere nō potuit. Itaq; aliquot ipsi, & Phidię locis sanctissimis posuerunt. hunc em̄ in omni procuratione reip. actorem, auctoremq; habebant. Igitur primum illud munus fortunę, ꝙ in ea potissimum Vrbe natus est, in qua domicilium orbis terrarum esset imperii, vt eandē & patriam haberet, & domū. hoc specimen prudentię, ꝙ cum in eam se ciuitatem contulisset, quę antiquitate, humanitate, doctrinaq; pręstaret omneis, ei vnus ante alios fuerit charissimus. Huc ex Asia Sulla decedens cū venisset, q̄diu ibi fuit, secū habuit Pōponium captus adolescentis & humanitate, & doctrina. Sic em̄ gręce loquebatur, vt Athenis natus videretur. Tanta autē erat suauitas sermonis latini, vt appareret in eo natiuum quendam leporem esse, non ascitū. Idem poemata pronunciabat & gręce, & latine sic, vt supra nihil posset addi. Quibus rebus factū est, vt Sulla nusq̄ a se dimitteret, cuperetq; secum deducere. Qui, cū persuadere tētaret, noli oro te, inquit Pomponius, aduersum eos me velle ducere, cum quibus ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui. At Sulla adolescentis officio collaudato, oīa munera ei, quę Athenis acceperat, proficiscēs iussit deferri. Hic cōplureis annos moratus, cū & rei familiari tantū operę daret, quantū non indiligens deberet paterfamilias, & oīa reliqua tempora aut literis, aut Atheniēsium reip. tribueret, nihilo minus amicis vrbana officia pręstitit. Nam & ad comitia eorū vētitauit, & siqua res maior acta est, nō defuit. sicut Ciceroni in oībus eius periculis singularem fidē prębuit, cui ex patria fugienti HS. CC. & quinquagīta millia donauit. Trāquillatis aūt reb⁹ Romanis remigrauit Romā, vt opinor L. Cotta & L. Torquato Coss. quē diē sic vniuersa ciuitas Atheniensiū ꝓsecuta est, vt lachrymis desi-

Condiscipuli Attici

†Modius. Medimnus

Statuę Attici.

Roma. Athenę.

Nunc Sylla scribitur Attici lepor & cognomentū.

In Cicero. beneficia.

Trāquillatis rebus.

Q.Cęcilius auunculus

derii futuri dolorem indicaret.Habebat auunculũ Q. Cęciliũ equitem Romanũ, familiarem L.Luculli,diuitem difficillima natura:cuius sic asperitatẽ veritus est,vt quẽ nemo ferre posset,huius sine offensiõe ad summã senectutẽ retinuerit beneuolẽtiã. Quo facto,tulit pietatis fructum.Cęcilius em̃ moriens testamento adoptauit eũ,hęredẽq; fecit ex Dodrãte.Ex qua hę

Soror Attici.

reditate accepit circiter cẽties HS.Erat nupta soror Attici Q.Tullio Ciceroni,easq; nuptias M.Cicero conciliarat,cũ quo a condiscipulatu viuebat cõiunctissime,multo etiã familiarius q̃ cũ Quinto:vt iudicari possit,plus in amicitia valere similitudinẽ morũ,q̃ affinitatẽ.Vteba

Hortẽsius.

tur autẽ intime Q.Hortensio,qui his tẽporibus principatũ eloquẽtię tenebat.vt intelligi nõ posset vter eum plus dilígeret,Cicero,an Hortensius.Et id,qđ erat difficillimũ,efficiebat, vt inter quos tantę laudis esset ęmulatio,nulla intercederet obtrectatio, essetq; taliũ virorũ copula.In rep.ita est versatus,vt semper optimarũ partium & esset,& existimaret, neq; tñ se ciuilibus fluctibus cõmitteret:q; non magis eos in sua potestate existimabat esse, qui se his dedissent,q̃ qui maritimis iactarent. Honores nõ petiit,cũ ei paterent propter vel gratiam,vel dignitatẽ,q; neq; peti more maiorum,neq; capi possent cõseruatis legibus, in tam effusis ambitus largitionibus,neq; reip.sine pęriculo corruptis ciuitatis moribus.Ad hastam publicam

Pręs.

nunq̃ accessit.nullius rei neq; præs,neq; manceps factus est.neminẽ suo nomine,neq; subscribens accusauit.in ius de sua re nunq̃ iit.iudiciũ nullũ habuit.Multorũ Coss. Prętorũq; pręfecturas delatas sic accepit,vt neminẽ in prouinciã sit secutus,honore fuerit contentus:rei familiaris despexerit fructũ:qui ne cũ Qu.quidẽ Cicerone voluerit ire in Asiam, cũ apud eum legati locũ obtinere posset. Nõ em̃ decere se arbitrabat̃,cũ pturã gerere noluisset, assecla esse prætoris.Qua in re non solũ dignitati seruiebat,sed etiã tranquillitati, cũ suspitiones quoq; vitaret criminũ,quo fiebat,vt eius obseruantia omnibus esset charior:cũ eam officio,non timori,neq; spei tribui viderent.Incidit Cęsarianũ ciuile bellum,cũ haberet annos circiter sexa

Aetatis vacatio.

ginta.vsus est ętatis vacatione,neq; quoq̃ se mouit ex Vrbe. Quę amicis suis opus fuerãt ad Pompeiũ proficiscentibus,omnia ex sua re familiari dedit.Ipsum Pompeiũ coniunctũ nõ offẽdit.Nullum ab eo habebat ornamentũ,vt cęteri,qui pęr eũ aut honores,aut diuitias ceperãt. quorum partim inuitissimi castra sunt secuti,partim summa cũ eius offensione domi remanserunt.Attici autẽ quies tãtopere Cęsari fuit grata,vt victor,cũ priuatis pecunias per epistolas imperaret,huic non solũ molestus non fuerit,sed etiã sororis filiũ, & Quintũ Ciceronem ex Pompeii castris cõcesserit.Sic vetere instituto vitę effugit noua pericula. Secutũ est illud occiso Cęsare,cũ respu.penes Brutos videret̃ esse,& Cassiũ,ac tota ciuitas se ad eũ conuertisse videret̃.Sic M.Bruto vsus est,vt nullo ille adolescens ęquali familiarius,q̃ hoc sene:neq; solum eũ principẽ consilii haberet,sed etiã in conuictu.Excogitatũ est a quibusdam,vt priuatũ ęrariũ Cęsaris interfectoribus ab equitibus Romanis constitueret̃.id facile effici posse arbitrati sunt,si & principes illius ordinis pecunias cõtulissent.Itaq; appellatus est a C.Flauio Bruti familiari Atticus,vt eius rei princeps esse vellet. At ille qui officia amicis pręstanda sine factione existimaret,semperq; a talibus se consiliis remouisset,respõdit, si quid Brutus de suis facultatibus vti voluisset,vsurũ quantũ hę paterentur:sed neq; cũ quoq̃ de ea re collocuturum,neq; coiturũ.Sic ille cõsensionis globus huius vnius dissensione dissectus est.Neq; multo post superior esse cœpit Antonius,ita vt Brutus & Cassius prouinciarũ,quę iis necis causa datę erant a Cos. desperatis rebus,in exiliũ proficiscerent̃.Atticus,qui pecuniã simul cum cęteris cõferre noluerat florenti illi parti,abiecto Bruto,Italiaq; cedenti HS.C.M.munerí misit.eidẽ in Epęiro absens CCC.iussit dari.neq; eo magis potẽti adulatus est Antonio,neq; de

In bello apud Mutinã diuinꝰ.

mali,tãto impoſito Reip.vulnere,alacris exultat improbitas in victoria.Nã plane ita putauerũt,cũ religio,cũ pudicitia,cũ iudiciorũ fides,cũ Senatus auctoritas concidiſſent,fore,vt aperte victrix neqtia,ac libido pœnas ab optimo quoq; peteret ſui doloris,quem improbiſſimo cuiq; incuſſerat ſeueritas cõſulat⁹ mei.Idẽ ego illeζnõ em̃ mihi videor inſolenter gloriari,cũ de me apud te loquor in ea p̃ſertim epiſtola,quã nolo aliis legíζ idẽ inquã ego recreaui afflictos aĩos bonorũ,vnũquẽq; cõfirmãs,& excitãs:in ſectandis vero,exagitandiſq; nũmariis iudicibus,omnem omnibus ſtudioſis,ac fautorib⁹ illius victoriæ παῤῥησίαν eripui.Piſo nẽ Cõſulẽ,nulla in re conſiſtere vnq̃ ſum paſſus:deſponſam homini iam Syriam ademi:Senatum ad priſtinam ſuã ſeueritatem reuocaui,atq; abiectum excitaui.Clodium p̃ſentem fregi in Senatu cũ oratione perpetua pleniſſima grauitatis,tũ altercatione eiuſmodi,ex qua licet pauca deguſtes.nam cętera nõ poſſunt habere eãdẽ,neq; vim,neq; venuſtatẽ remoto illo ſtudio cõtentionis,quẽ ἀγῶνα vos appellatis.Nã,vt Idibus Maiis in Senatũ cõuenim⁹,rogatus ego ſententiã,multa dixi de ſumma reip.atq; ille locus induct⁹ eſt a me diuinitus, ne vna plaga accepta Patres cõſcripti cõciderẽt,ne deficerẽt:vulnus eſſe eiuſmodi,q̃ mihi,neq; diſſimuladũ,neq; ptimeſcẽdũ videret,ne aut ignorãdo ſtultiſſimi iudicaremur.Bis abſolutũ eẽ Lentulũ,bis Catilinã,hũc tertiũ iã eſſe a iudicib⁹ in rẽpu.immiſſum.Erras Clodi,nõ te iudices vrbi,ſed carceri reſeruarũt:neq; retinere in ciuitate,ſed exilio priuare voluerũt. Quãobrẽ Patres cõſcripti erigite aĩos,retinete veſtrã dignitatẽ,manet illa in rep.bonorũ cõſenſio, dolor acceſſit bonis viris,virt⁹ nõ eſt imminuta,nihil eſt damni factũ noui:ſed q̃d erat,inuẽtũ eſt in vnius hoĩs pditi iudicio:plures ſimiles reperti ſunt.Sed qd ago?pene orationẽ in epiſtolã incluſi. Redeo ad altercationẽ,ſurgit pulchellus puer, obiicit mihi me ad Baias fuiſſe. Falſũ,ſed tñ qd huic ſimile eſt inquã?quaſi in operto dicas fuiſſe.Quid,inquit,homini Arpinati cũ aquis calidis?Narra iquã Patrono tuo,qui Arpinateis aquas cõcupiuit.noſti em̃ marinas.Quouſq;,inqt, hũc Regem ferem⁹?Regem appellas inquã,cũ Rex tui mẽtionẽ nullã fecerit?ille aũt Regis hereditatẽ ſpe deuorarat.Domũ inqt emiſti . Putas inquã dicere iudices emiſti?Iuranti,inquit,tibi nõ crediderũt.Immo vero inquã.XX.iudices crediderũt.XXXI. quoniam ante nũmos acceperũt,tibi vero nil crediderũt.Magnis clamoribus afflictus conticuit,& concidit.Noſter autem ſtatus eſt hic:apud bonos iidem ſumus,quos reliquiſti:apud ſordẽ Vrbis,& fecem,multo meli⁹ q̃ reliquiſti.Nam & illud nobis nõ obeſt, videri noſtrum teſtimoniũ non valuiſſe. miſſus eſt ſanguis inuidiæ ſine dolore,atq; etiã hoc magis,q̃ omnes illi fautores illi⁹ flagitii rem manifeſtam illam redemptã eſſe a iudicib⁹ cõfitentur. Accedit illud,q̃ illa concionalis hirudo ęrarii,miſera,& ieiuna plebecula,me ab hoc Magno vnice diligi putat:& Hercule multa,& iucũda conſuetudine coniuncti inter nos ſum⁹ vſq; eo,vt noſtri iſti Comeſatores coniurationis barbatuli iuuenes illum in ſermonibus Cn.Ciceronem appellent.Itaq; & ludentes gladiatorib⁹ mirandas ἐπισημασίας ſine vlla paſtoritia fiſtula aurebamus. Nũc eſt expectatio Comitioꝝ,in qua omnibus inuitis trudit noſter Magnus Ali filiũ:atq; in eo,neq; auctoritate,neq; gratia pugnat,ſed quibus Philippus , omnia Caſtella expugnari poſſe dicebat,in quæ modo aſellus onuſtus auro poſſet aſcendere. Conſul autem ille deterioris hiſtrionis ſimilis ſuſcepiſſe negotium dicitur,& domi diuiſores habere,quod ego non credo:ſed S.C.duo iam facta ſunt odioſa,q̃ in Cõſulem facta putanť,Catone,& Domitio poſtulãte.vnũ,vt apud magiſtratus inquiri liceret:alterũ cuiuſmodi diuiſores haberent aduerſus rempu.Lurco autẽ Tri.ple.qui magiſtratũ ſimul cũ lege Aelia iniit,ſolut⁹ eſt & Aelia,& Fuſia,vt legẽ de ambitu ferret,quã ille bono auſpicio claud⁹ homo p̃mulgauit. Ita Comitia in.VI.Cal.Sextil.dilata ſunt.Noui eſt in lege hoc,vt q nũmos in tribu p̃nũciauerit,ſi nõ dederit,ĩpune ſit:ſin dederit,vt quoad viuat ſingl̃is tribub⁹ HS.CCCCXXXV. debeat.Dixi hãc legẽ.P.Clodiũ iam antea ſeruaſſe:pronũciare em̃ ſolitũ eſſe,& nõ dare . Sed heus tu,vides ne cõſulatũ illũ noſtrũ,quẽ Curio antea ἀπαθέωσιν vocabat,ſi hic factus erit,Fabã nũmũ futurũ?Quare vt opinor,φιλοσοφητέον,id qd tu facis:& iſtos cõſulatus,nonne ἐλαφητέον?Qd ad me ſcribis,te in Aſiam ſtatuiſſe non ire,equidem mallẽ vt ires,ac vereor,ne qd in iſta re minus commode fiat:ſed tamẽ nõ poſſum reprehẽdere conſiliũ tuũ,p̃ſertim cum egomet in prouinciam non ſim profectus.Epigrammatis tuis quæ in Amaltheo poſuiſti,cõtenti erim⁹,p̃ſertim cũ & Chilius nos reliquerit,& Archias nil de me ſcripſerit:ac vereor,ne Lucullus,qm̃ greçum Poema cõdidit,nũc ad Cęcilianam fabulam ſpectet. Antonio,tuo nomine gratias egi,eamq; epiſtolã Manlio dedi. Ad te ideo antea rarius ſcripſi,q̃ nõ habebam

Nequitia victrix.
Cice.conſulatus.
Nũmarii iudices.
Pulchellus puer.
Arpinati quid cum aquis calidis?
Spe deuorare.
Sordẽ Vrbis.
Concionalis hirudo ærarii.
Barbatuli iuuenes.
Fiſtula paſtoritia.
Philipp. de expugnandis caſtellis Lurco.
Lex de ambitu.

ídoneum,cuí darē, nec satís scíebā quíd darē.Te valde vindícaui.Cincíus sí qd ad me tuí negotíi detulerít,suscípiam.sed nūc magís ín suo est occupatus,ín quo ego ei nō desum.Tu,sí vno ín loco es futurus,crebras a nobis líteras expecta.Ast plures etiā ípse mittíto.Velím ad me scríbas cuíusmodí sit ἀμαλθεῖον tuū,quo ornatu,qua προθεσία:& quę poemata,quasq; hístorías de ἀμαλθεία habes,ad me mittas.libet mihí facere ín Arpinatí.Ego tíbi alíquíd de meís scríptís mittam: nihíl erat absoluti.Vale. Ast.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

MAgna mihí varietas volūtatís,& dissímílítudo opinionís,& íudícíí Q.Fratrís mei demōstrata est ex líterís tuís,ín qbus ad me epístolarū íllíus exempla mísístí. Qua ex re,& molestía sum tāta affectus,quātā mihí meus amor summus erga vtrūq; vestrū afferre debuít:& admiratione, quidnā accidísset,qđ afferret Q.Fratrí meo aut offensionē tā grauē,aut cōmutationē tā tā volūtatis. Atq; íllud a me iā ítellígebat,qđ te quoq; ípm díscedētē a nobís suspícarí videbā, subesse nescío qd opinionís incōmodę,saucíūq; eí⁹ animum,& ínsedísse quasdā odíosas suspítiones.qbus ego mederí cum cupērē,& antea sępe , & vehemētius etiā post sortítionē Prouíncię,nec tantū íntellígebā eí esse offensionís , quantū líterę tuę declarārāt,nec tantū ꝓfícíebā,quantum volebā.Sed tamē hoc me ípse consolabar, ꝙ non dubítabā,quín te ílle aut Dyrrhachíí,aut ín ístís locís vspíam vísurus esset.qđ cū ac cídísset,cōfídebā,ac mihí pērsuaserā fore,vt omnía placarent ínter vos,nō modo sermone, ac dísputatione,sed cōspectu ípso,cōgressuq; vestro.Nā quāta sit in Q.Fratre meo cómitas, quāta iucunditas,q̄ mollís animus & ad accípiēdā,& ad deponendā offensionē,nihíl attínet me ad te,quí ea nosti,scríbere.Sed accídit perincōmode,ꝙ eum nusq̄ vídístí.Valuit em̄ plus qđ erat ílli nonnullorū artíficíís inculcatū,q̄ aut officium,aut necessítudo,aut amor vester ílle prístínus,qui plurimū valere debuít . Atq; huíusmodí incōmodí culpa vbí resideat,facílius possum exístímare,q̄ scríbere.Vereor em̄,ne,dum defendam meos,nō parcā tuís.Nā sic íntellego,vt nil a domestícís vulnerís factū sit.íllud qdē qđ erat,eos certe sanare potuísse.Sed huíusce reí vitiū totíus, qđ alíquāto etiā latíus patet q̄ vídetur,ꝑsentí tíbi cōmodíus exponam.De hís líterís,quas ad te Thessalonícam mísít,& de sermonibus,quos ab íllo & Romę apud amícos tuos,& ín ítínere habítos putas,& quíd tantū causę sit,ignoro, sed omnís in tua posíta est humanítate mihí spes huíus leuādę molestię.Nā sí ita esse statueris,& irrítabílés animos esse optimorū sępe hominū,& eosdē placabíles:& esse hāc agílítatē,vt íta dícam, mollítięq; naturę plerūq; bonítatí:& id qđ caput est,nobís ínter nos nostra,síue incōmoda, síue vítía,síue ínjurías esse tolerādas:facíle hęc quēadmodū ſpero mítígabunt.Qđ ego,vt facías,te rogo.nā ad me,quí te vnice dílígo,maxime pertínet neminē esse meorū quí aut te nō amet,aut abs te nō ametur.Illa pars epístolę tuę mínime fuít necessaría,ín qua exponís,quas facultates,aut ꝓuíncíalíū,aut vrbanorū cōmodorū,& alíís tēporibus,& me ípso Cōsule prætermíseris.Mihí em̄ pērſpecta est,& íntegrítas,& magnítudo animí tuí:neq; ego ínter me, at ꝙ te quícq̄ íntereſſe vnq̄ duxí prętер voluntatē ínstítutę vitę:ꝙ me ambítío q̄dā ad honoꝝ studíū,te autē alía mínime reprehēdēda ratío ad honestū otíū duxít.Vera qdē laude ꝓbíta tís,dílígētię,relígionís,neq; me tíbí,neq; quēq̄ antepono:amorís vero erga me,cū a fraterno amore,domestícoq; díscessí,tíbí prímas defero. Vídí em̄,vídí,pęnítusq; pſpexí in meís varíís tēporibus,& sollícítudínes,ac lętítías tuas.Fuít em̄ mihí sępe,& laudís nostrę gratulatío tua iucūda,& timorís cōsolatío grata.Quín mihí nūc te absente nō solū cōsilíū,quo tu excellís, sed etíam sermonís communicatío,q̄ mihí suauíssíma tecū solet esse,maxime deest. Quíd dícam ín publica re!quo ín genere mihí†negligenti esse nō lícet:an ín forēsí labore,quē antea ꝓpter ambítionē sustínebā,nūc vt dignítatē tueri gratía possím!an in ípsís domestícís negotíís,ín qbus ego tū antea,tū vero post díscessum fratrís,te,sermonesq; nostros desídero!Postremo nō labor meus,nō requíes,nō negotíū,nō etíā otíū,nō forēses res,nō domestícę, non príuatę carere díutíus tuo suauíssímo,atq; amātíssímo cōsílío,ac sermone possunt.Atq; harum rerū cōmemoratíonē verecūdía sępe ímpędíuit vtríusq; nostrū:nūc autē ea fuit necessaría ꝓpter eā partē epístolę tuę,ꝑ quā te,ac mores tuos mihí purgatos,ac ꝓbatos esse voluísti.Atq;in ísta incōmodatione alíenatí íllíus animí,& offensí,íllud ínest tñ cōmodí,ꝙ & mihí & cęterís amícís tuís nota fuít,& abs te alíquādo testíficata tua volūtas omíttędę ꝓuínciæ: Ciceronis Attícíq; studíorum differentia †negligētē

vt q vna nō estis, nō dissensione ac dissidio vestro,sed volūtate,ac iudicio tuo factū esse videatur.Quare & illa q̄ violata,expiabunt,& hęc nostra,q̄ sunt sanctissime cōseruata,suā religionem obtinebūt.Nos hic in Repu.infirma,misera,cōmutabilique versamur.Credo enim te audisse nostros Equites pene a Senatu esse disiūctos:q primū illud valde grauiter tulerūt,p mulgatū ex Senatusconsulto fuisse,vt de iis,q ob iudicādū pecuniā accepissent,q̄rerēt. qua in re decernēda,cū ego casu nō affuissem,sensissemq; id equestrē ordinē ferre moleste,neq; aperte dicere,obiurgaui Senatū,vt mihi visus sum,summa cū auctoritate,& in causa nō verecūda,admodū grauis,& copiosus fui. Ecce alię delitię equitū vix ferēdę,quas ego nō solū tuli sed etiā ornaui.Asiani,q de Cęsorib⁹ cōduxerunt,q̄sti sunt in Senatu,se cupiditate plapsos nimiū magno cōduxisse:vt inducerēt locatio,postulauerūt.Ego princeps in adiutorib⁹,atq; adeo secūdus.nā,vt illi auderēt hoc postulare,Crassus eos impulit.Inuidiosa res,turpis postulatio,& cōfessio temeritatis:summū erat piculū,ne si nihil impetrassent,plane alienarent a Senatu.Huic quoq; rei subuētū est maxime a nobis,pfectūq;,vt frequētissimo Senatu,& libētissimo vterent,multaq; a me de ordinū dignitate,& cōcordia dicta sunt Calen.Decēb.& postridie:neq; adhuc res cōfecta est,sed volūtas Senatus pspecta.Vnus em̄ cōtradixerat Metellus Cōsul designatus,q erat dicturus,ad quē ppter diei breuitatē puētū nō est. Heros ille noster Cato.Sic ego cōseruās rationē institutionēq; nostrā,tueor vt possum illā a me cōglutinatā cōcordiā.Sed tamē,quoniā ista sunt tā firma,munit q̄dā nobis ad retinēdas opes nostras tuta,vt spero,via,quā tibi literis satis explicare nō possum,significatione parua ostēdā tamē.Vtor Pōpeio familiarissime.video qd dicas,cauebo q̄ sunt cauēda,ac scribā alias ad te de meis cōsiliis capessendę reip.plura.Luceiū scito cōsulatū habere in aio statim petere. Duo em̄ soli dicunt petituri.Cęsar cū eo coire p Arriū cogitat,& Bibulus cū hoc se putat p C. Pisonē posse cōiūgi.Rides:Nō sunt hęc ridicula,mihi crede.Quid aliud scribā ad te:qd:multa sunt,sed si in aliud tēpus te expectare velim cures vt sciā.iā illud moleste rogo qd̄ maxie cupio,vt q̄primum venias.Nonis Decembribus.Vale.

Induci.

Heros ille nr̄ Cato.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

NIhil mihi nūc scito tā deesse,q̄ hominē eū, qcū oia q̄ me cura aliqua afficiūt, vna cōmunicē,q me amet,q sapiat, qcū loquar,nihil fingā,nihil dissimulē,nihil obtegā.Abest em̄ Frater ἀφελέστατος, & amantissimus Metellus, nō homo,sed littus atq; aer,& solitudo mera.Tu aūt,q sępissime curam,& angorē animi mei sermone,& cōsilio leuasti tuo,q mihi,& in publica re sociis,& in priuatis oībus cōscius,& oīm meorū sermonū,& cōsiliorū particeps esse soles, vbinā es:Ita sum destitutus,vt tātū requietis habeā,quātū cū vxore,& filiola,& mellito Cicerone cōsumit.Nā illę ambitiosę nostræ, fucosæq; amicitię sunt in quodam splendore forēsi,fructū domesticū nō habēt.Itaq;,cū bene cōpleta domus est tēpore matutino,cū ad forū stipati gregib⁹ amicorū descēdim⁹,reperire ex magna turba neminē possum⁹, quocū aut iocari libere,aut suspirare familiariter possim⁹.quare te expectam⁹,te desideram⁹, te iā etiā accersim⁹.Multa sunt em̄,q̄ me sollicitāt,angūtq;,q̄ mihi videor aureis nact⁹ tuas, vni⁹ ambulationis sermone exhaurire posse.Ac domesticarū qdē sollicitudinū aculeos oēs, & scrupulos occultabo,neq; ego huic epl'ę,atq; ignoto tabellario cōmittā: atq; hi(nolo em̄ te pmoueri)nō sunt pmolesti,sed tñ insidēt,& vrgēt,& nullius amātis cōsilio, aut sermone reqescūt.In rep.vero,q̄q̄ aius est pśens,tñ volūtas etiā,atq; etiā ipsa medicinā efficit.Nā, vt ea breuiter,q̄ post tuū discessum acta sunt,colligā,iā exclames necesse est,res Romanas diutius stare nō posse.Etem̄ post pfectionē tuā prim⁹(vt opinor)introit⁹ fuit in causam fabulę Clodianę:in qua ego nact⁹,vt mihi videbar,locū resecādę libidinis,& coercēdę iuuētutis,vehemēs fui,& oēis pfudi vires aī,atq; ingenii mei,nō odio adduct⁹ alicui⁹,sed spe nō corrigēdę,sed sanādę ciuitatis.afflicta respu.est empto,cōstupratoq; iudicio. Vide q̄ sint postea cōsecuta.Cōsul est imposit⁹ is nobis,quē nemo pter nos philosophos aspicere sine suspirio posset.quātū hoc vuln⁹,facto senatusconsulto de ambitu,de iudiciis nulla lex plata,exagitat⁹ Senat⁹,alienati eqtes Romani,qd̄ erat qdē ob rē iudicādā.fic ille ann⁹ duo firmamēta reip.p me vnū cōstituta euertit.Nā,& Senat⁹ auctoritatē abiecit,& ordinū cōcordiā dissiūxit.Instat hic nūc ille ann⁹ egregi⁹.ei⁹ initiū eiusmōi fuit,vt anniuersaria sacra iuuētuti nō cōmitterent. Nā M.Luculli vxorē Mēmi⁹ suis sacris vitiauit.Menelaus ęgre id pass⁹ diuortiū fecit.q̄q̄ ille pastor Idę⁹ Menelaū solū cōtępserat: hic nr̄ Paris tā Menelaū,q̄ Agamēnonē liberū nō puta-

Paris nr̄.

uit.Est autē C.Herēnius qdem Tr.Pl.quem tu fortasse ne nosti quidē,tametsi poteris nosses Tribulis em̄ tuus est,& Sextus pater eius nūmos vobis diuidere solebat.Is ad plebē Publiū Clodium traducit,idemq; refert,vt vniuersus populus in cāpo Martio suffragiū de re Clodii ferat.Hunc ego accepi in Senatu,vt soleo:sed nihil est illo homine lentius. Metellus est Cōsul egregius,& nos amat:sed imminuit auctoritatē suā,q; habere dicit causam ꝓmulgatam.illud idē de Clodio auet.O Dii immortales,q̄ ignauus,ac sine animo miles:q̄ dign⁹,qui Palicano,ficut facit,os ad male audiēdū quotidie p̄beat.Agraria aūt ꝓmulgata est a Flauio sane leuis,gadē fere q̄ fuit Plotia.Sed interea πολιτικὸς ἀνήρ, οὐδ' ὄναρ q̄ſq̄ inueniri potest.q; perat familiaris nr̄(sic est em̄.volo te hoc scire)Pōpeius tegulā illā pictā filētio tuet suā.Crassus verbū nullū cōtra gratiā.ceteros iā nosti:q; ita sunt stulti,vt amissa rep.piscinas suas fore saluas sperare videant.Vnus est,q; curet cōstātia magis,& integritate,q̄(vt mihi videt) consilio aut ingenio Cato:qui miseros Publicanos,quos habuit amātissimos sui,tertiū iam mensem vexat,neq; iis a Senatu respōsum dari patitur.Ita nos cogimur reliquis de rebus vi hil decernere ante q̄ publicanis respōsum sit.Quare etiā legationes reiectū iri puto.Nūc nides,qbus fluctibus iactemur,etsi ex iis q̄ scripsimus,tāta etiā a me nō scripta perspicis.Reui se nos aliquando:& q̄q̄ sunt hęc fugienda,quo te voco,tamen fac,vt amorem nostrum tanti æstimes,vt eo vel cum his molestiis peruenire velis.Nam,ne absens cēseare, curabo edicēdum,& proponendum locis omnibus.sub lustrum autem censeri, germani negotiatoris est. Quare cura,vt te q̄primum videamus.Vale.XI.Calend.Febru.Quinto Metello,& L. Afranio Coss.

Herenniu. Tribulis tuus.
Metellus cons.egr.
Os Palicano ad mal. pb.
Piscinę saluę.
Reuise nos
Sub lustrū.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

NOn modo si mihi tantum esset otii,quantum est tibi,verum etiam,si tā breueis epistolas velim mittere,qd̄ tu soles facere,te superarē,& in scripto multo essem crebrior,q̄ tu.Sed ad summas,atq; incredibileis occupationes meas accedit,q; nullam a me epistolam ad te sino absq; argumento,ac sentētia venire. Et primum tibi(vt æquum est)ciui amāti patriam,quę sunt in rep. exponam.Deinde quoniam tibi amore nos proximi sumus, scribemus etiā de nobis ea,quę scire te nō nolle arbitramur.Atq; in rep.nunc quidem maxime Gallici belli versatur metus.Nā Edui fratres nostri pugnāt,Sequani male pugnarūt,& Heluetii sine dubio sunt in armis,excursioneſq; in puinciam faciūt.Senatus decreuit,vt cōsules duas Gallias sortirentur,delectus haberet,vacationes ne valerēt,legati cū auctoritate mitterent,q; adirent Gallię ciuitates,darentq; opērā,ne hę cum Heluetiis se iungerent.Legati sunt Quintus Metellus Creticus,& L.Flaccus τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον,Lentulus Clodię fīlius.Atq; hoc loco illud non queo p̄terire,q; cū de consularibus mea prima sors exisset,vna voce senatus frequens retinendū me in vrbe cēsuit.Hoc idē post me Pōpeio accidit,vt nos duo quasi pigno ra reipu.retineri videremur.Quid enim ego aliorum in me ἐπιφωνήματα expectem,cū hæc domi innascantur! Vrbanę autē res sic se habent.Agraria lex a Flauio Trī.Ple. vehementer agitabatur auctore Pompeio,q̄ nihil populare habebat,prēter auctorē.Ex hac ego lege secūda concionis volūtate omnia illa tollebā,quę ad priuatorū incōmodū pertinebāt.Liberaram agrum eū,q; Publio Mutio,Lucio Calphurnio Cōsulib⁹ publicus fuisset.Syllanorū hominū possessiones confirmabā.Volaterranos,& Artemitanos,quorum agrum Sylla publicarat,neq; diuiserat,in sua possessione retinebā.Vnā rationē non reiiciebam,vt ager hac aduentitia pecunia emeretur,quę ex nouis vectigalibus per quinquenniū recip̄eretur.Huic toti rationi agrarię Senatus aduersabatur,suspicans Pōpeio nouam quādā potentiā queri.Pōpeius vero ad voluntatē p̄ferēdę legis incubuerat.Ego autē magna cū Agrariorū gratia confirmabam omniū priuatorū possessiones.Is em̄ est noster exercitus hominū,vt tute scis, locupletium.Populo autē,Pompeioq;(nā id quoq; volebā)satisfaciebā emptione:qua cōstituta diligēter,& sentinam vrbis exhauriri,& Italię solitudinē frequētari posse arbitrabar.Sed hęc tota res interpellata bello refrixerat.Metellus est cōsul sane bonus,& nos admodū diligit. Ille alter ita nihil est,vt plane quid erit,nesciat.Hęc sunt in repub.nisi illud etiā ad rēp.putes pertinere,Herenniū quendā Tr.ple.tribulem tuū,sane hominē nequā,atq; egentē,sępe iā de Publio Clodio ad plebē traducēdo agere cœpisse.huic frequēter intercedītur.Hęc sunt(vt opinor)in rep.Ego autē,vt semel illarū nonarum Decēbriū iunctā inuidię,ac multorū inimicitiis eximiā quandā,atq; immortalē gloriā cōsecutus sum, non destiti eadem animi magnitudine in rep.versari,& illam institutā,ac susceptā dignitatē tueri.Sed posteaq̄ primū Clodii,

Edui.
Sequani.
Heluetii.
In lente vnguētum
Volater. ag.Sylla publicarat.

absolutione leuitatẽ,infirmitatẽq; iudiciorũ pꝛsꝛexi,deinde vidi nostros publicanos facile
Piscinarii. a Senatu disiũgi,q̃q̃ a me ipso nõ diuellerent,tũ autẽ beatos homines hos piscinarios(dico amicos tuos)nõ obscure nobis ĩuidere,putaui mihi maiores quasdã opes,& firmiora p̃sidia esse queꝛẽda.Itaq; primum eũ,q nimiũ diu de rebus nostris tacuerat,Põpeiũ adduxi in eã volũtatẽ,vt ĩ Senatu nõ semel,sed sepe,multisq; verbis suis mihi salutẽ ĩperii,atq; orbis terrarũ adiudicarit:qđ nõ tã interfuit mea(neq; em̃ illę res,aut ita sunt obscurę,vt testimoniũ,aut ita dubię,vt laudationẽ desideret)q̃ reip.q; erãt qdã ĩprobi,q contẽtionẽ fore aliquã mihi cũ Põpeio ex illarũ rerũ dissensiõe,arbitrarent.Cũ hoc ego me tãta familiaritate cõiũxi,vt vtet q; nr̃m ĩ sua ratiõe munitior,& in rep.firmior hac cõiũctiõe eẽ possit.Odia aũt illa libidinosę,& delicatę iuuẽtutis,q̃ erãt in me incitata,sic mitigata sunt,quadã comitate mea,me vnũ vt oẽs illi colant.Nihil iã deniq; a me asperũ in quẽq̃ fit,nec tñ qcq̃ populare,ac dissolutũ, sed ita tẽperata tota ratio est,vt reip.cõstãtiã p̃stẽ,priuatis reb⁹ meis ꝓpter infirmitatẽ bonorum,iniquitatẽ malorũ,odiũ in me improborũ,adhibeã quãdã cautionẽ,& diligẽtiam. Atq; ita tamen nouis amicitiis implicati sumus,vt crebro mihi vafer ille Siculus insusurret Epicharmus cantilenã illã suã.νῦφε,κ̀ μέμνασον ἀπῖσε῀ν ἀνέρα φρονε῀ντα ταῦτα. Ac nostrę qdem rationis,ac vitę,quasi quãdã formã(vt opinor)vides.De tuo autẽ negotio sępe ad me scribis,cui mederi nũc nõ possumus.
Pedarii. Est em̃ illud S.C.summa pedariorũ volũtate,nulli⁹ nostrũ auctoritate factũ.Nã,q; me nõ esse adscriptũ vides,ex ipso S.C.intelligere potes aliã rẽ tum relatam:hoc autẽ de populis liberis sine causa additũ: & ita factũ est a P.Seruilio filio,q in postremis sententiã dixit,sed ĩmutari hoc tẽpore nõ potest.Itaq; cõuẽt⁹,q initio celebrabant, iandiu fieri defierũt.Tu si tuis blãditiis tñ a Sicyoniis nũmulorũ aliqd expresseris,velim me
Cõmentariũ grẽce cõpo. facias certiorẽ.Cõmẽtariũ cõsulatus mei grẽce cõpositũ misi ad te,in quo si qd erit,qđ hoĩ Attico minus grẽcũ,eruditũq; videat,nõ dicã qđ tibi(vt opinor)Panormi Lucullus de suis historiis dixerat,se quo facilius illas p̃baret Romani hoĩs esse,idcirco barbara q̃dã,& obsoleta dispersisse:apud me si qd erit eiusmodi,me imprudẽte erit,& inuito.Latinũ si pfecero, ad te mittã.Tertiũ poema expectato,ne qđ genus a me ipso laudis meę p̃termittat.Hic tu caue dicas,τίς πατρ῀ᾳ ἐπαίνησε; si est em̃ apud hoĩes qcq̃,qđ potius sit,laudet,nos vituperemur,q nõ potiꝰ alia laudemus.q̃q̃ nõ ἐγκωμιαστικὰ sunt hęc,sed ἰσορῖκὰ quæ scribimus.Quintus Frater purgat se mihi p literas,& affirmat nil a se cuiq̃ de te secus esse dictũ.verum hęc nobis corã summa cura,& diligẽtia sunt agẽda.Tu modo nos reuise aliquãdo. Coffinius hic, cui dedi literas,valde mihi bonus homo,& non leuis,& amans tui visus est,& talis,qualem esse eum tuę mihi literę enunciarant.Vale.Idib.Martiis.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

CVm e Pompeiano me Romam recepissem ad.IIII.Id.Maii, Cincius noster eam mihi abs te epistolã reddidit,quã tu Idib.Feb.dederas.Ei nũc epistolæ literis his respõdebo.Ac primũ tibi pspectũ esse iudiciũ de te meũ,lętor.Deinde te in his rebus,quę mihi asperius a nobis,atq; a nostris,& iniucundius actę videbantur,moderatissimum fuisse vehementissime gaudeo,idq; , neq; amoris mediocris,& ingenii summi,ac sapientię iudico.Qua de re, cum ad me ita suauiter,diligenter,officiose,humaniter scripseris,vt non modo hortari te amplius non debeam,sed ne expectare quidem abs te,aut ab vllo homine tantum facilitatis,ac mansuetudinis potuerim,nihil duco esse commodius q̃ de his rebus nihil amplius scribere:cum erimus congressi,tum,si quid res feret,coram inter nos conferemus . Quod ad me de rep. scribis , disputas tu quidem & amanter, & prudenter,& a meis consiliis ratio tua non abhorret:nam,neq; de statu nobis nostrę dignitatis est recedendum,neq; sine nostris copiis intra alterius pręsidia veniendum,& is,de quo scribis,nihil habet amplum,nihil excelsum,nihil non summissum,atq; populare: verũtamẽ fuit ratio mihi fortasse ad tranquillitatẽ meorum tẽporum nõ inutilis,sed mehercule Reip.multo etiã vtilior,q̃ mihi,cum improborum impetus in me reprimerẽ,cũ hominis amplissima fortuna,auctoritate,gratia,fluctuantẽ sententiam cõfirmassem,& a spe malorum ad mearum rerum laudem conuertissem.Qđ si cum aliqua leuitate mihi faciendũ fuisset,nullam rem tanti æstimassem.Sed tñ a me ita acta sunt omnia,nõ vt ego illi assentiẽs leuior,sed vt ille me probans grauior videretur. Reliqua sic a me aguntur,& agẽtur,vt nõ cõmittamus,vt ea quę gessimus,fortuito gessisse videamur. Eos bonos viros,illos quos significas,& eam,quam mihi dicis obtigisse ϖαρτὰν , non mo-

do nunq̃ deserã,sed etiã si ego ab illa deserar,tamẽ in mea pristina sentẽtia pmanebo. Illud tamen velim existimes,me hãc viã optimatũ post Catuli mortẽ nec prẹsidio vllo,nec comitatu tenere.Nã,vt ait Rhinton,vt opinor, ὃι μὲν πᾶς, οὐδὲν εἰσιν; οἷς δ', οὐδὲν μέλει. Mihi vero,vt inuideãt piscinarii nr̃i,aut scribã ad te alias,aut ĩ cõgressum nr̃m reseruabo.a curia aũt nulla me res diuellet,vl' ꝙ ita rectũ ẽ,vel ꝙ reb9 meis maxie cõsentaneũ,vel ꝙ a senatu quãti fiã,minime me pœnitet.De Sicyoniis(vt scripsi ad te antea)nõ multũ spei ẽ ĩ Senatu.nemo est.n.iã,q q̃rat.Quare,si id expectas,lõgũ ẽ:alia via, siqua potes,pugna.cũ ẽ actũ,ne ꝙ aiaduersum est ad quos ptineret,& raptim ĩ eã sentẽtiã pedarii cõcurrerũt.Inducẽdi S.C. maturitas nõdũ est,ꝙ neꝙ sunt q q̃rant,& multi,partim maleuolẽtia,partim opinione equitatis delectantur.Metellus tuus est egregius Cos.vnum reprehẽdo,ꝙ otium e Gallia nõ magnopere nunciari gaudet.cupit credo triumphare.Hoc vellem mediocrius, cętera egregia. Auli filius vero ita se gerit,vt eius consulatus nõ consulatus sit,sed Magni nostri ὑποκώπιον. De meis scriptis misi ad te grece perfectum cõsulatum meum.eum librum L.Cossinio dedi. Puto te latinis meis delectari:huic autem greco grecum inuidere.Alii si scripserint,mittem9 ad te:sed mihi crede,simulatq; hoc nostrũ legerunt,nescio quo pacto retardantur. Nũc(vt ad rem meam redeam).L.Papyrius Petus,vir bonus amatorq; noster,mihi libros eos, quos Ser.Claudius reliquit donauit.cũ mihi per legẽ Cinciã licere capere Cincius amicus tu9 diceret,libenter dixi me accepturũ,si attulisset.Nũc,si amas me,si te amari a me scis,enitere p amicos,clietes,hospites,libertos deniq;,ac seruos tuos,vt scheda nequa depereat.nã & grecis his libris,quos suspicor,& latinis,quos scio illũ reliquisse,mihi vehemẽter opus est. Ego autẽ quotidie magis,qd mihi de forẽsi labore tẽporis datur,in his studiis cõquiesco.per mihi,per inquã gratũ feceris si in hoc tã diligẽs fueris,q̃ soles in his rebus,quas me valde velle arbitraris.Ipsiusq; Peti tibi negotia cõmẽdo:de quibus tibi ille aget maximas gratias.Et, vt iam inuisas nos,non solum rogo,sed etiam suadeo.Vale.

Piscinarii.

Pedarii.

Scheda ne qua peat.

M.T.CICERONIS EPISTOLARVM AD T.POMPONIVM ATTICVM LIBER SECVNDVS.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.D.

KALENDIS Iun.eũti mihi Antiũ,& gladiatores M. Metelli cupide relinquẽti,venit obuiã tuus puer:is mihi literas abs te,& Cõmẽtarium Cõsulatus mei grece scriptũ reddidit:in quo lętatus sum me aliquãto ante,de iisdẽ rebus grece itẽ scriptũ librũ L.Cossinio ad te perferẽdũ dedisse.Nã si ego tuũ ante legissem,furatũ me abs te esse diceres.q̃q̃ illa tua(legi em̃ libẽter)horridula mihi,atq; incõpta visa sunt.sed tñ erant ornata hoc ipso,ꝙ ornamẽta neglexerãt : & vt mulieres,ideo bene olere,quia nihil olebãt,videbanť.Meus autẽ liber totum Isocratis μυροθήκιον, atq; oẽis eius discipulorũ arculas, ac nõnihil etiã Aristotelica pigmẽta cõsumpsit: quẽ tu Corcyrę,vt mihi aliis literis significas,strictim attigisti:post aũt,vt arbitror,a Cossinio accepisti.Quẽ tibi ego nõ essem ausus mittere,nisi eũ lente,ac fastidiose pbauissem.q̃q̃ ad me rescripsit iam Rhodo Posidonius, se nostrum illud ὑπόμνημα cũ legeret,qd ego ad eũ,vt ornatius de iisdem rebus scriberet,miserã,nõ modo nõ excitatũ ad scribendũ,sed etiã plane pterritũ.Quid quęris!cõturbaui grecã nationẽ:ita vulgo q instabãt vt darẽ sibi qd ornarẽt,iã exhibere mihi molestiam destiterũt.Tu,si tibi placuerit liber,curabis vt & Athenis sit,& in cęteris oppidis Grecię.videtur em̃ posse aliqd nostris rebus lucis afferre.Oratiũculas aũt & quas postulas,& plures etiã mittã,quoniã quidem ea,quę nos scribimus adolescentulorũ studiis excita ti,te etiã delectant.Fuit enim mihi commodum, ꝙ in eis orationibus,quę Philippicę nominantur,enituerit ille tuus ciuis Demosthenes,& ꝙ se ab hoc refractoriolo iudiciali dicendi genere abiũxerit,vt σεμνότερός ὡς, καὶ πολιτικώτερος videretur curare,vt meę quoq; essent oratiões,q̃ cõsulares nominarent.Quarũ vna est in Senatu Cal.Ian.Altera ad populũ de lege Agraria.Tertia de Othone.Quarta p Rabirio.Quinta de pscriptorũ filiis.Sexta,cũ Pro uinciam deposui in Concione.Septima,qua Catilinã emisi.Octaua,quã habui ad populum postridie,q̃ Catilina profugit.Nona in Concione,quo die Allobroges inuocarunt.Decima, in Senatu Non.Decẽb.Sunt ptẽrea duę breues,quasi ἀπαπασμάλια legis Agrarię.Hoc totũ σῶμα curabo vt habeas.Et quoniã te,cũ scripta,tũ res meę delectãt,iisdẽ ex libris perspicies,

Ornata ꝙ sine ornatu

Olẽs bene.

Myrothecion.

Aristot. pigmenta.

Hypomnema.

Natio greca.

Orationes Cice.

Philippicę.

Refractoriolũ di.genꝰ

Cõsulares orationes.

& quę gesserím,& quę díxerím. at ní popoſcísses,ego me tíbí non offerebam. Quod quęrís qd ſit,quo te accerſam,ac ſimul ímpeditũ te negotíís eſſe ſígnífícas,neq; recuſas quín nõ mõ ſi opus ſit,ſed etiã ſi velim,accurras,níhíl ſane eſt neceſſe.verũtamẽ vídebare míhí tempora pęregrínatíonís cõmodíus poſſe díſtríbuere.nímís abes díu,pſertím cũ ſís ín ppínquís locís:
Pulchellus neq; nos te fruímur,& tu nobís cares.Ac nũc quidẽ otíũ eſt:ſed ſí paulo plus furor Pulchellí progredí poſſet,valde te ego íſtínc excítarẽ.verũ præclare Metellus ímpedít, & ímpędíet. Quíd quęrís?eſt COS. φιλόπατρις, &(vt ſemp ıudícauí)natura bonus.Ille autẽ nõ ſímulat, ſed plane Tríbunus pl.fíerí cupít.Qua de re cũ ín Senatu agereť,fregí hominẽ,& íncõſtantíam reprehẽdí,quí Romę Tr.Pl.pęteret,cũ ín Sícílía Aedílítatẽ ſępe dictítaſſet.Sed neq; magnopere díxíſſe nobís laborandum,q; níhílo magís eí lícíturũ eſſet plebeío rẽp.pędere, q̃ ſí mílíbus eíus me COS.patrícíís eſſet lícítũ.Iam cũ ſe ílle ſeptímo díe veníſſe a freto,neq; ſíbí obuíam quẽq̃ ꝓdíre potuíſſe,& noctu ſe íntroíſſe díxíſſet,ín eoq; ſe ín cõcíone íactaſſet,nihíl
Interamna eí nouí accídíſſe.Ex Sícílía ſeptímo díe Romam,tríbus horís Roma Interamnam noctu íntroíſſe.Itẽ ante non eſſe ítum obuíam,ne tum quídem,cum írí maxíme debuít.Quíd quęrís? hominem pętulantem,modeſtum reddo,non ſolum pępetua grauítate oratíonís, ſed etíam hoc genere dictorum.Itaq; íam familíaríter cum ípſo cauíllor etíam, ac íocor. Quínetíam cum candídatum deducerem,ís quęrít ex me,num conſueuíſſem Sículís locum gladíatorí-bus dare. negauí. At ego ínquít nouos patronos ínſtítuam. ſed ſoror,quę tantum habeat conſularís locí,vnum míhí ſolum pędem dat. Noli ínquam de vno pęde ſororís querí, licet etíam alterum tollas.Non conſulare ínquíes dictum.fateor,ſed ego odí íllam male conſularem.ea eſt enim ſeditíoſa,ea cum víro bellum gerít,neq; ſolũ cum Metello,ſed etiã cũ Fabío,
Brachío molli. q; eos míhí eſſe amícos moleſte fert.Qđ de Agrarıa lege quęrís,ſane iã vídeť refrixíſſe. Qz me quodãmodo molli brachío de Põpęíí familíarítate obíurgas,nolím íta exíſtímes,me meí pręſidíí cauſa cum íllo cõíunctum eſſe:ſed íta res erat inſtítuta,vt ſí ínter nos eſſet forte alí qua díſſenſío,maxímas ín rep.díſcordías verſarí eſſet neceſſe:qđ a me íta pręcautum,atq; íta prouíſum eſt,non vt ego de optíma ílla mea ratíone decederem,ſed vt ílle eſſet melíor,& alí quíd de populari leuítate deponeret. Quẽ de meís rebus,ín quas eũ multí íncitarãt,multo ſcíto glorioſíus,q̃ de ſuís pędícare.Síbí ením bene geſtę,míhí conſeruatę Reípub.dat teſtímonium.hoc facere íllum míhí q̃ profít,neſcío,reípub.certe prodeſt.Quíd ſí etiã Cęſarem,
Digíto cęl. attínge. cuíus nunc venti valde ſunt ſecundí,reddo melíorem!num tantum obſum reípub! Quínetíam,ſí míhí nemo ínuíderet,ſí omnes,vt erat ęquum,fauerent,tamen non mínus eſſet ꝓbanda medícína,quę ſanaret vítíoſas partes Reíp.q̃ quę execaret.Nunc vero cum equítatus ílle quem ego ín clıuo capítolíno te ſígnífero,ac príncípę collocaram,Senatum deſeruerít,noſtrí autem Príncípes dígíto ſe cælum putent attíngere,ſí mullí barbatí ín píſcínís ſint,quí ad ma
Mullí barbatí. num accedant,alíí autem negligant,nonne tíbí ſatís prodeſſe vídeor,ſí pęrfícío vt nolínt obeſſe,quí poſſunt!Nam Catonem noſtrum non tu amas plus,q̃ ego:ſed tamẽ ílle anímo optímo vtens,& ſumma fíde,nocet ínterdum Reípu. Dícít enim tanq̃ ín Platonís πολιτεία,non
Platonís Polítía. tanq̃ ín Romulí fece ſententíam.Quíd verius,q̃ ín ıudícíum venire,quí ob rẽ ıudícãdã pecunıam acceperít!Cenſuít hoc Cato.aſſenſit ſenatus Equítí.Curię bellum,non míhí:nam ego
Romulí fex. díſſenſí.Quíd ímpudentíus Publícanís renunciantibus!Fuít tamen retínendí ordínís cauſa facíenda ıactura.reſtítít,& pęruícít Cato.Itaq; nunc Conſule ín carcere íncluſo,ſępe ítem ſeditíone commota,aſpírauít nemo eorum,quorum ego concurſu,ítemq; COSS.quí poſt me fuerunt,remp.defendere ſolebant.Quíd ergo íſtos, ínquíes,mercede conductos habebímus! quíd faciemus,ſí alíter non poſſumus!an líbertínís,atq; etíam ſeruís ſeruíam9!Sed vt tu aís ἄλλῃς ἀνάγκῃς. Fauonius meã Tríbum tulít honeſtíus,q̃ ſuam,Luceíí pędídít,accuſauít Naſí
Molís q̃ Molõí &c. cam ínhoneſte: ac modeſte tamẽ díxít,vt Rhodí vídereť molís potíus,q̃ Molonı opęram dedíſſe.mihí,q; defendíſſem,leuíter ſuccenſuít.nũc tamen pętít íterum Reíp.cauſa.Luceíus qđ agat,ſcríbã ad te,cum Cęſarem vídero,quí aderít bíduo. Qz Sícyonií te lędũt,Catonı,& eí9 ęmulatorí attríbuas Seruílío.quíd ea plaga,nõne ad multos bonos vírос pertínet!Sed ſí íta
Amalthea Cícer. placuít,laudemus,deínde ín díſſenſíonibus ſolí relínquamur. Amalthea mea te expectat, & indíget tuí.Tuſculanũ,& Põpęíanum me valde delectãt,níſí q; me íllũ ípm víndícẽ ęrís alíenı,ęre nõ Corínthío,ſed hoc circũforaneo obruerũt.In Gallía ſpęram9 eẽ otíũ. Prognoſtíca mea cũ oratíũculís ꝓdíẽ expecta.& tamen,quíd cogítes de aduętu tuo,ſcríbe ad nos.nã mí hí Pomponía nunciarí ıuſſít,te menſe Quíntílí Romę fore.íd a tuís lítęrís,quas ad me de ac

ceſſu tuo miſeras,diſcrepabat.Pętus,vt antea ad te ſcripſi,oēis libros,quos frater ſuus reliqſſet,mihi donauit.Hoc illius munus in tua diligētia poſitū eſt.ſi me amas,cura vt cōſeruent,& ad me pferant.Hoc mihi nil poteſt eſſe gratius.& tū greęcos,tū vero latinos diligenter vt cōſerues velim:tuū eſſe hoc munuſculū putabo.Ad Octauiū dedi literas,cū ipſo nil erā locutus.neq; em̄ iſta tua negotia puincialia eſſe putabam,neq; te in Decurionibus habebam,ſed ſcripſi vt debui diligenter.Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

CVra,amabo te,Ciceronē noſtrū,ei nos θεοὶ videmur.πελλωαῖον in manibus tenebā.& Hercule magnū aceruū Diceąrchi mihi ante pędes extruxerā.O magnū hoīem,& a quo multo plura didiceris,q̄ de Procilio κορινθίων, καὶ Ἀθηναίων. puto me Romę habere mihi hęredes.lege te hoc doceo.mirabilis vir eſt. ἡρῴδης ſi homo eſſet,eū potius legeret,q̄ vnā literā ſcriberet,q̄ me epiſtola pętiuit:ad te,vt video,cōminus acceſſit.cōiuraſſe mallē q̄ reſtitiſſe cōiuratiōi,ſi illū mihi audiēdū putaſſem.De lolio ſanus nō es,de vino laudo.Sed heus tu,ecqd vides Cal.venire!Antoniū nō venire!Iudices cogi!nā ita ad me mittūt:Nigidiū minari in cōcione ſe iudicē,q̄ nō affuerit,cōpellaturū.Velim tamē,ſi qd eſt de Antonii aduētu qđ audieris,ſcribas ad me:& quoniā huc nō venis,cœnes apud nos,vtq; prīdie Cal.Caue aliter facias.Cura vt valeas.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

PRimū,vt opinor, εὐαγγέλια. Valerius abſolut⁹ eſt Hortēſio defendēte. id iudiciū Attilio cōdonatū putabat,& Epicratē ſuſpicor,vt ſcribis, laſciuū fuiſſe.etem̄ mihi eius caligę,vt faſcię cretatę nō placebāt.Quid ſit, ſciemus cū veneris.Feneſtrarū anguſtias q; repēhēdis,ſcito te κυβερνητικὴν reprehēdere. nā cū ego idē iſtuc dicerē,gyrus agebat, viridiorum τὰς διαφάσεις latis luminibus,nō tā eſſe ſuaueis.etem̄ ἔγω μὲν ὄψεις. ὁ δὲ ὁρῶμενον ϐ.γ.ἀκτῖνες ϛ δ.ϗ ε.vides em̄ cętera.nā ſi κατ᾽ εἰδώλων ἐμπτώσεις viderem⁹,valde laborarēt εἴδωλα ī anguſtiis,nūc fīt lapide illa ἔκχυσις. Cętera ſi repēhēderis,nō feres tacitū:niſi ſi qd erit eiuſmodi,qđ ſine ſumptu corrigi poſſit.Venio nūc ad mēſem Ianuariū,& ad ὑπόσασιν noſtrā,ac πολιτείαν,in qua σωκρατικῶς,ſed tamē ad extremū,vt illi ſolebāt, τὴν ἀρέσκουσαν. Eſt res ſane magni cōſilii.nā aut fortiter reſiſtēdū ē legi agrarię,ī qua eſt q̄dā dimicatio,ſed plena laudis:aut geſcēdū,qđ eſt nō diſſimile,atq; ire in Soloniū,aut Antiū:aut etiā adiuuādū,qđ a me aiūt Cęſarē ſic ſpectare,vt nō dubitet.Nā fuit apud me Corneli⁹,hūc dico Balbū Cęſaris familiarē.Is affirmabat illū oībus in rebus meo,& Pōpęii conſilio vſurū, daturūq; opērā,vt cū Pōpęio Craſſum cōiūgeret.Hic ſunt hęc.cōiūctio mihi ſumma cū Pōpęio,ſi placet etiā cū Cęſare reditus in gratiā,cū inimicis pax, cū multitudine ſenectutis otium.Sed me κατάκρισις mea illa cōmouet,q̄ eſt in Libro tertio.Interea curſus,quos prima a parte iuuētę,Quoſq; adeo Cōſul virtute,animoq; pętiſti,Hos retine,atq; auge famā, laudeſq; bonorū.Hęc mihi cū in eo libro,in quo multa ſunt ſcripta ἀγῖσοκραλικῶς,Calliopę ipſa proſcripſerit,non opinor eſſe dubitandum,quin ſemp nobis videat εἰς ὀιωνὸς ἄγῖσος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης. Sed hoc ambulationibus Cōpitalitiis reſeruemus.tu prīdie Cōpitalia memento.Balneū calefieri iubebo,& Pōponiā(nā Terētia rogat)matrē adiūgemus. Θεοφράστου περὶ φιλομαθίας affer mihi de libris Quinti Fratris.Vale.

Epicrates.
Caligę vt faſcię cretatę.
Gyrus.
Non feres tacitum.
Cicero. verſ.
Clodius
Bonę deæ ſacerdos
ironice.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

FEciſti mihi pergratum,q; Serapionis librum ad me miſiſti:ex quo quidem ego,qđ inter nos liceat dicere,milleſimā partē vix intelligo.p eo tibi pſentem pecuniam ſolui imperaui,ne tu expenſum muneribus ferres.At quoniam nummorum mentio facta eſt,amabo te,cura vt cum Tycinio quoquo modo poteris,trāſigas. Si in eo quod oſtenderat,nō ſtat,mihi maxime placet ea,quę male empta ſunt,reddi,ſi voluntate Pomponię fieri poterit. ſi ne id quidem,nūmi potius reddantur,q̄ vllus ſit ſcrupulus.valde hoc velim,ante q̄ proficiſcare,amanter,vt ſoles,diligenterq; confīcias.Clodius ergo,vt aīs,ad Tigranem! velim Syrpię conditiones.ſed facile patior.accommodatius enim nobis eſt ad liberam legationē tempus illud,cum & Quintus noſter iam,vt ſperamus,in otio conſederit, & iſte Sacerdos bonæ deæ cuiuſmodi futurus ſit,ſciri poſſit.Interea quidem cum Muſis nos delectabimus animo æquo,immo vero etiam gaudenti,ac libenti:neq; mihi vnq̄ veniet in

Geographia.

mẽtẽ,Crasso inuidere,neq; pœnitere,q; a me ipse nõ desciuerim.De Geographia dabo operã vt tibi satisfaciã,sed nihil certi polliceor.magnũ opus est,sed tñ,vt iubes,curabo vt hui⁹ peregrinationis tibi opus extet.Tu qcqd indagaris de rep.& maxime,quos Coss.futuros putes, facito vt sciã.tametsi nimis sum curiosus,statui eñ nihil iã de rep.cogitare.Terẽtiq; saltum

Quercus Dodonęa.

pærspeximus.Quid q̃ris?pręter quęrcũ Dodonęã nihil desideramus,quo minus Epeirũ ipsam possidere videamur.Nos circiter Cal.aut in Formiano erim⁹,aut in Põpeiano.Tu si in Formiano nõ erimus(si nos amas)in Põpeianũ venito.id & nobis erit pæriucũdũ,& tibi nõ sane deuium.De muro imperaui Philotimo,ne impediret quo minus id fieret, qđ tibi videret:vt censeo, tamen adhibeas Vectium.his temporibus tam dubia vita optimi cuiusq;,magni ęstimo vnius ęstatis fructum paleſtrę palatinę:sed ita tamen,vt nil minus velim,q̃ Pomponiam & puerum versari in timore ruinę.Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Cato pro c.millibus.

VPio equidẽ,& iã pridẽ cupio Alexãdreã,reliquãq; Aegyptum visere, & si mul ab hac hoim satietate nostri discedere,& cũ aliquo desiderio reuerti. sed hoc tẽpore,& iis mittẽtibus αἰδέομαι πρῶας,καὶ ξωάδας ἐλκεσιπέπλους. Quid enim nostri optimates,si qui reliqui sunt,loquẽtur?an me a liquo põmio de sentẽtia esse deductũ?Quid Cato ille noster,q mihi vnus est p cẽtũ millibus?Quid vero historię de nobis ad annos. DC.prędicarint? quas qdẽ ego multo magis vereor,q̃ eorũ hominũ,q hodie viuũt,rumusculos.Sed opinor excipiam⁹, & expectemus,si eñ deferetur,erit q̃dã nostra potestas,& tũ deliberabimus:& iã Hercule est in nõ accipiẽdo nõnulla gloria.Quare si qd θεοφάνης tecũ forte cõtulerit,ne oñino repudiaris.De istis rebus expecto literas tuas,qd Arrius narret,quo animo se destitutũ ferat, & qui Coss.parentur,vtrũ(vt populi sermo)Põpeius,& Crassus,an,vt mihi scribitur,cũ Gabinio Ser.Sulpitius:& nũ q̃ leges nouę,& nũ quid noui oĩno:& quoniã Nepos pficiscit,cuinã augurratus deferatur.quo quidẽ vno ego ab istis capi possum videre ciuitatẽ meã. Sed qd ego hęc,quę cupio deponere,& toto animo,atq; oñi cura φιλοσοφεῖν; Sic inquã in animo,sic vellem ab initio.Nunc vero quoniã,q̃ putaui esse pclara,expertus sum q̃ essent inania,cũ oĩbus

Rationem cũ musis habere.

Musis rationẽ habere cogito.Tu tñ de Curtio ad me rescribe certius,& nũc qs in eius locũ paretur,& qd de P.Clodio fiat:& oĩa quẽadmodum tu polliceris, ἐπὶ σχολῆς scribe.Et quo die Roma te exiturũ putes,velim ad me scribas,vt certiorẽ te faciã qb⁹ in locis futurus sim: epistolãq; statim des de his rebus,de qbus ad te scripsi.valde eñ expecto literas tuas.Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Geographica Eratosthenis.

QVod tibi superioribus literis pmiserã fore vt opus extaret huius peregrinatiõis,nihil iã magnopere cõfirmo.sic.n.sum cõplexus otiũ,vt ab eo diuelli nõ queã.Itaq; aut libris me delecto,quorũ habeo Antii festiuã copiã,aut fluct⁹ numero.nã ad lacertas captãdas tẽpestates nõ sunt idoneę.a scribẽdo prorsus abhorret anim⁹,etẽ γεωγραφικὰ q̃ cõstituerã,magnũ opus est:ita valde Eratosthenes,quẽ mihi ppositerã,a Serapione,& ab Hipparcho reprehendit.Quid cẽses,si Tyrãnio accesserit?& Hercule sunt res difficiles ad explicãdũ, & ὁμοδαῖς,nec tã possunt ἀνθηρογραφεῖσθαι,q̃ videbãtur.& qđ caput est,mihi quęuis satis iusta causa cessandi est.Quinetiã dubitẽ,an hic Antii cõsidã,& hoc tẽpus oñe cõsumã. vbi qdẽ ego mallem diu nimirũ,q̃ Romę fuisse:tu vero sapiẽtior Buthroti domũ parasti.sed,mihi crede pxima est illi municipio hęc Antiatũ ciuitas.Esse locũ tã ppe Romã,vbi multi sint,qui Varinium nũq̃ viderint:vbi nemo sit pter me,q quẽq̃ ex viginti viris vnũ esse saluũ velit : vbi me interpellet nemo,diligãt oẽs?hic hic nimirũ πολιτευτέον.nã istic nõ solũ nõ licet,sed etiã tędet.Itaq; ἀνέκδοτα a nobis,quę tibi vni legamus,Theopompino genere,aut etiã asperiore multo pangent:neq; aliud iã qcq̃ πολιπεύομαι, nisi odisse improbos,& id ipsum nullo cũ sto macho,sed potius cũ aliqua scribẽdi voluptate.Sed vt ad rẽ,scripsi ad quęstores vrbanos de

Spes denarii.

Quinti Fratris negotio.vide qd narrẽt,& q̃ spes sit denarii,an Cistophoro Pompeiano iacea mus.Pręterea de muro statue,quid faciendum sit aliud. quinetiam quando te pficisci istinc putes,fac vt sciam.Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

E Geographia etiã,atq; etiã deliberauimus. Orationes a me autẽ duas postulas:quarũ alterã nõ libebat mihi scribere,quia abscideram: alterã,ne laudarẽ eũ,quẽ nõ amabã: sed id quoq; videbimus.Deniq; aliud aliqd extabit, ne tibi plane cessasse videamur.De Publio,quę ad me scribis,sane mihi iucũda sunt:eaq; etiã velim oĩbus vestigiis indagata ad me afferas, cũ venies:& interea scribas,si qd intelliges aut suspicabere,& maxime de legatione quid sit acturus.Equidẽ ante q̃ tuas legi literas,ĩ hominẽ ire cupiebã,nõ mehercule vt differrẽ cũ eo vadimoniũ:nã mira sum alacritate ad litigãdũ : sed videbat mihi si qd esset in eo populare, q; plebeius factus esset,id amissurus.Quid.n.ad plebẽ trãsisti?vt Tigranẽ ires salutatũ?Narra mihi,Reges Armenii patricios salutare nõ solẽt?Quid q̃ris? acueram me ad exagitandã hãc eius legationẽ.quã si ille cõtemnit,& si (vt scribis) bilem id cõmouet,& latoribus,& auspicibus legis Curiatę spectaculũ egregiũ.Hercule verũ vt loquamur, subcõtumeliose tractat noster Publius,qui cũ in domo Cæsaris quõdã vnus vir fuerit,nũc ne in viginti qdẽ esse potuerit.Deide alia legatio dicta erat,alia data est:illa optima ad exigẽdas pecunias, Druso,vt opinor,Pisaurensis nebuloni Vatinio reseruat. Hęc ieiuna,ac bella relegatio dat ei,cuius Tribunatus ad istoq; tẽpora reseruat.Incende hominẽ, amabo te,quoad potes. Vna spes est salutis istoq; inter istos dissensio, cuius ego q̃dã initia sensi ex Curione.Iam vero Arrius consulatũ sibi ereptũ fremit.Megabrotus,& hęc sanguinaria iuuentus inimicissima est:accedat vero,accedat etiã ista rixa auguratus.Spero me p̃claras de istis reb⁹ epistolas ad te sæpe missurũ. Sed illud qd sit scire cupio,qd iacis obscure iã etiã ex ipsis Quinqueuiris loq quosdã.qdnã id est? si est eñ aliqd,plus est boni,q̃ putarãt.Aq; hęc sic velim existimes,nõ me abs te κλῆ τὸ πρακτικόν quęrere,q; gestiat animus aliquid agere in rep.iam pridẽ gubernare me tędebat,etiam cũ licebat:nũc vero cum cogar exire de naui nõ abiectis, sed ereptis gubernaculis , cupio istorũ naufragia ex terra intueri.Cupio,vt ait tuus amicus Sophocles, ἀκύβερ εὐκυκλῶ εὐθύδρομ φρενί. De muro quid opus sit videbis.Castritianũ mendũ nos corrigemus: & tamẽ ad me Quintus Decelini mendum scripserat:nõ ad sororẽ tuã HS.XXX.Terentia tibi salutem dicit.Cicero tibi mandat,vt Aristodemo idẽ de se respõdeas,qd de fratre suo sororis tuæ filio respõdisti. De Amalthea qd me admones,non negligemus.Cura,vt valeas.

Abscídere líteras. Extare. Vadímoniũ differre. Alacritas. Scõma ín Clodium. Sanguinaria iuuẽt⁹. Tralatio à naui pul, chra. Mendum Castrit.

M.T.CICERO T.P.ATTICO. S.

EPistolã cũ a te auide expectarẽ ad vesperũ,vt soleo,ecce tibi nũcius, pueros venisse Roma. voco,quęro,ecquid literarũ?negãt.Quid ais inquam, nihil ne a Põponio?perterriti voce,& vultu,cõfessi sunt se accepisse, sed excidisse in via.Quid q̃ris?permoleste tuli. Nulla.n.abs te p hos dies epistola inanis aliqua re vtili,& suaui,venerat.Nũc,si qd ĩ ea epla,quã ante diẽ. XVI.Cal.Maii dedisti,fuit historia dignũ: scribe q̃primũ,ne ignoremus:sin nihil pter iocationẽ,redde id ipm.Et scito Curionẽ adolescentẽ venisse ad me salutatũ:valde eius sermo de Publio cũ tuis literis cõgruebat.Ipe vero mirãdũ in modũ Reges odisse superbos.Pereque narrabat incẽsam esse iuuẽtutẽ,neq; hęc ferre posse. Bene habemus nos si in iis spes est,opinor, aliud agamus . Ego me do historiæ: q̃q̃,licet me Saufeiũ putes esse: nihil me est inertius. Sed cognosce itinera nostra,vt statuas,vbi nos visurus sis.In Formianũ volumus venire Parilibus, inde (quoniã putas ptermittẽdũ a nobis esse hoc tẽpore cratera illũ delegatũ) Cal.Maiis de Formiano pficiscemur,vt Antii simus ad.V. No.Maii.Ludi.n.Antii futuri sunt pridie Non.Maii,eos Tullia spectare vult:inde cogito in Tusculanũ:deinde Arpinũ.Romã ad Cal.Iun. Te,aut ĩ Formiano,aut Antii,aut in Tusculano,cura vt videamus.Epistolã superiorẽ restitue nobis,& appinge aliquid noui. Vale.

Ecce tibi. Iocatio. Saufeius. Parília. Appingere

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

SVbito cum mihi dixisset Cæcilius quæstor puerũ se Romam mittere , hæc scripsi raptim,vt tuos elicerem mirificos cum Publio dialogos,cum eos de quibus scribis,tum illum,quẽ addis,& ais longum esse. quę ad ea responde√ris,perscribe.Illum vero qui nõ dum habitus est,quem illa βοῶπις, cum ex Solonio redierit,ad te est relatura. Sic velim putes,nihil hoc posse mihi eẽ iucundius.Si vero quæ de me pacta sunt,ea nõ seruant,in cælo sum,vt sciat hic noster Hierosolymarius traductor ad plebem,q̃ bonam meis putissimis orationibus gratiam retulerit,quarum expecta diuinam παλινῳδίαν. Etenim,quantum coniectura augura-

Palinodía.

Dynastæ. Tritones piscinarũ.

mur, erit nebulo iste cũ iis Dynastis in gratia: non modo de Cynico consulari, sed ne de istis quidem piscinarũ Tritonibus poterit se iactare. non enim poterimus vlla esse in inuidia spoliati opibus, & illa Senatoria potentia. Sin autem ab iis dissentiet, erit absurdũ in nos inuehi. verũtamen inuehatur: festiue, mihi crede, & minore sonitu, q̃ putarã, orbis hic in Republica est conuersus: citius omnino q̃ potuit. id culpa Catonis. Sed rursus improbitate istorum, qui auspicia, qui Aeliam legem, qui Iuniam, & Liciniam, qui Cæliam, & Didiam neglexerunt: qui

Tetrarchæ

omnia remedia reipublicę effuderunt: qui regna, qui prædia Tetrarchis, qui immaneis pecunias paucis dederunt. Video iam quo inuidia trãseat, & vbi sit habitatura: nihil me existimaris, neq; vsu, neq; a Theophrasto didicisse, nisi breui tẽpore desiderari nostra illa tẽpora videris. Etenim si fuit inuidiosa Senatus potentia, cum ea non ad populum, sed ad treis homines immoderatos redacta sit, quid etiam censes fore! Proinde isti licet faciant quos volent

Strumã dibapho vestiant.

Consl. Trib. Pleb. denique etiam Varinii Strumam sacerdotii διβάφῳ vestiant: videbis breui tempore magnos, non modo eos qui nihil titubarunt, sed etiam illum ipsum qui peccauit Catonem. nam nos quidem, si per istum tuũ sodalem Publium licebit, σοφισέυεμ cogitamus. Si ille cogitat tantũ dũtaxat nos offendere, & qđ propriũ est artis huius, ἐπαγγέλλομαι ἄνδρᾶ ἀπαμύνεσθαι ὅσις ποτέρῳ χαλεπήνῃ, patria propitia sit, habet a nobis etiã si nõ plus q̃ debitum est, plus certe, q̃ postulatũ est. Male vehi malo alio gubernãte, q̃ tam ingratis vectoribus bene gubernare. Sed hæc coram cõmodius: nũc audi qđ queris. Antium me ex Formiano recipere cogito ad. V. Non. Maias. Antio volo Non. Maiis proficisci in Tusculanũ: sed cũ e Formiano rediero, ibi esse volo vsq; ad pridie Cal. Maias. faciam statim te certiorẽ. Terentia tibi salutem. καὶ κικέρων ὁ μικρὸς ἀσπάζεται τίτον τὸν ἀδελφιδοῦν.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

VOlo ames cõstantiã meã: ludos Antii spectare nõ placet. Est em̃ ἱπποδρόμιον cum velim vitare omniũ delitiarũ suspitionẽ, repente ἀναφαίνεσθαι nõ solũ delicate, sed etiã inepte pęregrinantẽ. Quare vsq; ad Non. Maias te in Formiano expectabo. Nũc fac vt sciã, quo die te visuri sim9. Ab Appii Foro hora quarta dederã, aliã paulo ante a Tribus tabernis. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

NArro tibi plane, relegatus mihi videor, posteaq̃ in Formiano sum: dies enim nullus erat, Antii cum essem, quo die non melius scirem Romæ quid agere tur, q̃ ii, qui erant Romæ. Etenim literæ tuæ non solũ quid Romæ, sed etiã quid in republica: neq; solum quid fieret, verũ etiam quid futurum esset, indicabant. Nunc, nisi si quid ex prætereunte viatore exceptum est, scire nihil possumus. Quare q̃q̃ iam te ipsum expecto: tamen isti puero, quem ad me statim iussi recurrere, da ponderosam aliquam epistolam plenam omniũ nõ modo actorum, sed etiam opinionum tuarum: ac diem, quo Roma sis exiturus, cura vt sciam. Nos in Formiano esse volumus vsq; ad pridie Non. Maias: eo si ante eam diem non veneris, Romæ te fortasse videbo. Nam Arpinum quid ego te inuitem! ἔχεις ἀλλ' ἀγαθὴ κηροξόφῳ οὔτι ἔπωτε ἧς καὶης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι. Hęc igitur, cura vt valeas.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

NEgent illi Publiũ Trib. Pl. factũ esse: hoc vero regnũ esse, ferri nullo pacto potest. emittat ad me Publius, qui obsignent, iurabo Cn. nostrũ, collegã Balbi, Antii mihi narrasse in auspicio fuisse. O suaues epistolas tuas vno tempore mihi datas duas, qbus εὐαγγέλια q̃ reddã nescio, deberi qđẽ plane fateor. Sed vide συγκύρημα. emersera cõmode ex Antio ĩ Appiã ad Treis tabernas, ipsis Cerealibus, cũ ĩ me incurrit Roma veniẽs Curio meus, ibidẽ illico puer abs te cum epistolis. Ille ex me, nihil ne audissem noui! ego negare. Publius, inquit, Trib. Pl. petit. quid ais! & inimicissimus quidẽ Cęsaris, & vt omnia, inquit, ista rescindat. Quid Cęsar inquã! negat se quicq̃ de illius adoptione tulisse. deinde suũ, Memmii, Metelli, Nepotis exprompsit odiũ. Complexus iuuenem, dimisi properans ad epistolas. Vbi sunt qui aiunt χώσκης φωνῆς μείζω ὐνέρεφαν ἔιναι; quãto magis vidi ex tuis lr̃is, q̃ ex illius sermone, qd ageret de ruminatione quotidiana, de cogitatione Publii, de lituis βοώπιδος, de signifero Athenione, de lr̃is missis ad Cn. de Theophanis, Mẽmiiq; sermone. Quãtã porro mihi expectationẽ dedisti cõuiuiis tuis ἀσυνάγωγος; sũ ĩ curiositate ὀξύπεφυκας, sed tũ facile patior te id ad me συμπόσιον nõ scri-

bere,præsentē audire malo. Q; me,vt scribā aliquid,hortaris,crescit mihi quidē materies,vt dicis,sed tota res etiā nūc fluctuat κατ' ὀπώραν τραχεῖα: quę si decesserit,magis erūt iudicata quæ scribā:quæ si statim a me ferre nō potueris,primus habebis,tamē id aliquādiu solus. Dicęarchū recte amas,luculētus homo est,& ciuis haud paulo melior,q̄ isti nostri ἀδικαίαρχοι. Literas scripsi hora decima Cerealibus statim vt tuas legerā,sed eas erā daturus,vt putarā, postridie ei q mihi primus obuenisset. Terētia affecta est tuis literis,& impertit tibi multum salutis. καὶ κικέρων ὁ φιλόσοφος τὸν πολιτικὸν τίτον ἀσπάζεται. Imptit tibi

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

FAcinus indignū, epistolā tibi a tribus tabernis rescriptā ad tuas suauissimas epistolas,neminē reddidisse. At scito eū fasciculū,quo illā conieceram, domū eo ipso die latū esse,quo ego dederā, & ad me in Formianū relatum esse. Itaq; tibi tuā epistolā iussi referri,ex qua intelligeres q̄ mihi tū illę gratę fuissent. Romæ ꝙ scribis sileri,ita putabā:at Hercule in agris nō siletur, nec iā ipsi agri Regnū nostrū ferre possunt. Si vero in hāc τηλέπυλον veneris λαιστρυγονίην, Formias dico,qui fremitus hominū! q̄ irati animi! quāto in odio noster amicus Magnus! cui⁹ cognomē vna cū Crassi diuitis cognomine cōsenescit. Credas mihi velim, neminē adhuc offendi,qui hæc tā lente,q̄ ego fero,ferret. Quare,mihi crede, φιλοσοφῶμεν. iuratus tibi possum dicere,nihil esse tāti. Tu si literas ad Sicyonios habes,aduola ī Formianū, vnde nos pridie No.Maii recedere cogitamus. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO. S.

QVantam tu mihi moues expectationē de sermone Bibuli! quātā de colloqo βοώπιδος;quantā etiā de illo delicato cōuiuio! Proinde ita fac venias ad sitienteis aures. q̄q̄ nihil est iam qđ magis timendū nobis putem,q̄ ne ille noster Sampsiceramnus,qui cū se omniū sermonibus sentiet vapulare, & cum has actiones ἐυανατρέπτους videbit,ruere incipiat. Ego autē vsq; eo sum eneruatus,vt hoc otio,quo nūc tabescimus,malim ἐντυραννεῖσθαι,q̄ optima spe dimicare. De pangendo,qđ me crebro adhortaris,fieri nihil potest. Basilicam habeo nō villā frequētia Formianorū. at quā comparē Basilicæ,nisi Tribū Aemiliā! sed omitto vulgus. Post horā quartā cæteri molesti nō sunt. C. Arrius proximus est vicinus,immo ille quidē iā cōtubernalis:qui etiā se idcirco Romā ire negat,vt hic mecū totos dies philosophetur. Ecce ex altera parte Sebosus ille Catuli familiaris. quo me vertā! statim mehercule Arpinū irem,ni te in Formiano cōmodissime expectari viderē,dūtaxat ad pridie Non.Maias. Vide.n.quibus hominibus aures sint deditę meę:occasionem mirificā,si quis nūc,dū ii apud me sunt,emere de me fundū Formianū velit. Et tamen illud probem,magnū quid aggrediamur,& multę cogitationis,atq; otii. sed tamen satisfiet a nobis,neq; parcetur labori. Vale. Venias ad siti.aur. Sampsiceramnus. Basilicā nō villam.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

VT scribis, ita video non minus incerta in repu.q̄ in epistola tua: sed tamen ista ipsa me varietas sermonū,opinionūq; delectat. Romæ enim videor esse, cum tuas literas lego:&,vt fit,in tantis rebus,modo hoc,modo illud audire. Illud tamen explicare non possum,quidnam inueniri possit, nullo recusante ad facultatem agrariam. Bibuli autem ista magnitudo animi in comitiorum dilatione, quid habet nisi ipsius iudicium sine vlla correctione Reipublicę! nimirum in Publio spes est,fiat fiat Trib.Pl.si nihil aliud, vt eo citius tu ex Epeiro reuertare. nam vt illo tu careas,non video posse fieri,præsertim si mecum aliquid volet disputare. Sed id quidem omnino non dubium est,quin si quid erit eiusmodi, sis aduolaturus. Verum vt hoc non sit,tamen seruet remp.præclarum spectaculum mihi ꝓpono,modo te consessore spectare liceat. Cū hęc maxime scriberē:ecce tibi Sebosus (nondum plane ingemueram) Salue,inquit Arrius. hoc est Roma decedere. quos homines effugi,cū in hos incidi! Ego vero in montes patrios,& ad incunabula nostra pergam. Deniq; si solus non potuero,cū rusticis potius,q̄ cū iis perurbanis. ita tamen, vt quoniā tu nihil certi scribis, in Formiano te præstoler vsq; ad.III.Non.Maias. Terentię pergrata est assiduitas tua,& diligentia,in controuersia Muluiana:nescit omnino te cōmunē causam defendere eorū q agros publicos possideant:sed tamē tu aliquid publicanis pendis,hæc etiā idē recusat. Ea tibi igitur,& κικέρων ἀριστοκρατικώτατος παῖς salutem dicunt.

Epistol. ad T. P. Atticum

M.T.CICERO T.P.ATTICO. S.

COenato mihi, etiam dormitanti, pridie Calē. Maias, epistola est illa reddita in qua de agro Campano scribis. Quid quęris? primum, ita me pupugit, vt somnū mihi ademerit: sed id cogitatione magis, q̄ molestia. Cogitanti autē hæc fere succurrebant: proximū ex eo qđ superioribus literis scripseras, ex familiaritate illius audisse prolatū iri aliquid, qđ nemo improbaret. maius aliquid timuerā: hoc eiusmodi mihi non videbatur. Deinde vt me ego consoler, omnis expectatio largitionis agrarię in agrū Campanū videtur esse deriuata: qui ager vt dena iugera sint, non amplius hominū quinq̄ millia potest sustinere: reliqua omnis multitudo ab illis abalienetur, necesse est. Præterea, si vlla res est, quæ bonorū animos, quos iam video esse cōmotos, vehementius possit incendere, hæc certe est, & eo magis, q̄ portoriis Italiæ sublatis, agro Campano diuiso, qđ vectigal superest domesticū pręter vicesimā? quæ mihi videtur vna cōciuncula, clamore pedissequoq̄ nostrorum esse peritura. Cn. quidem noster iam plane quid cogitet nescio. φυσᾷ γὰρ οὐ μικροῖσιν ἀυλίσκοις ἔοικε, ἀλλ' ἀχρείαις φύσαισι φορβείας ἄτερ. qui qdē etiā istuc adduci potuerit. nā adhuc hoc ἐσοφίζετο, si leges Cæsaris probaret, actiones ipsum prętare debere, Agrariā legem sibi placuisse potuerit: intercedat nec ne, nihil ad se pertinere. De Rege Alexandrino placuisse sibi aliquando confici: Bibulus de cælo tum seruasset, nec ne, sibi quęrendum non fuisse. De publicanis voluisse illi ordini commodare: q̄cquid futurum fuerit, si Bibulus tum in forum descendisset, se diuinare non potuisse. Nūc vero Sampsiceramne quid dices? vectigal se nobis in monte Antilibano cōstituisse, agri Cāpani abstulisse. Quid hoc quēadmodū obtinebis? oppressos vos inqt, tenebo exercitu Cæsaris. Nō mehercule me tu quidē tā isto exercitu, q̄ ingratis animis eorū hominū, q̄ appellantur boni, qui mihi nō modo p̄miorū, sed ne sermonū quidē vnq̄ fructū vllū, aut gratiā retulerunt. Q̄ si in eā me partē incitarē, profecto iam aliquā reperirē resistendi viā. Nūc prorsus hoc statui, vt quoniā tanta cōtrouersia est Dicęarcho familiari tuo, cū Theophrasto amico meo, vt ille tuus τὸν πρακλικὸν βίον lōge omnibus anteponat, hic autem τὸν θεωρητικὸν, vtriq̄ a me mos gestus esse videatur, puto em̄ me Dicęarcho affatim satisfeciſse. Respicio nūc ad hāc familiā quæ mihi nō modo vt requiescā permittit, sed repūgnit, quia nō semp quieuerim. Quare incūbamus o noster Tite ad illa p̄clara studia, & eo vnde discedere nō oportuit, aliquando reuertamur. Qđ de Quinti Fratris epistola scribis, ad me quoq̄ fuit πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. quid dicā nescio. Nā ita deplorat primis versibus māsionē suā, vt quēuis mouere possit: ita rursus remittit, vt me roget, vt annales suos emendē, & edam. Illud tñ qđ scribit, animaduertas velim de portorio circūuectionis: ait se de Coss. sentētia rē ad Senatum reiecisse: nōdū videlicet meas literas legerat, quibus ad eū re cōsulta, & explorata pscripserā nō deberi. Velim si qui Greci iā Romā ex Asia de ea causa venerūt, videas, & (si tibi videbit) iis demōstres, qd ego de ea re sentiā. Si possum discedere, ne causa optima ī Senatu peat, ego satisfaciam publicanis. εἰδὲ μή, (vere tecū loquar) in hac re malo vniuersę Asiæ, & negotiatoribus. nā eoq̄ quoq̄ vehemēter interest. hoc ego sentio valde nobis opus esse. Sed tu id vides. Quæstores autē quęso, nū etiā de Cistophoro dubitāt? Nam si aliud nihil erit, cū erimus oīa experti, ego illud ne qdē cōtemnā. Qđ extremū est, te in Arpinati videbimus, & hospitio agresti accipiemus, quoniam maritimū hoc contempsisti. Vale.

Affatim. Incumbamus ad.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

PRorsus, vt scribis, ita sentio: turbatur Sampsiceramnus: nihil est qđ nō timēdum sit ὁμολογουμένως τυραννίδα συσκευάζεσθαι. Quid enim ista repentina affinitatis coniunctio? quid ager Campanus? quid effusio pecuniæ significāt? quæ si essent extrema, tamen esset nimiū mali: sed ea natura rei est, vt hęc extrema esse non possint. Quid enim eos hæc ipsa per se delectare possunt? nūq̄ huc veniſſent, nisi ad alias res pestiferas aditus sibi compararent. Verum, vt scribis, hæc in Arpinati ad. VI. circiter Id. Maias, non defleamus, ne & opera, & oleum philologiæ nostræ perierit, sed cōferamus trāquillo animo. Dii immortales, neq̄ tā me εὐελπιστία consolatur, vt antea, q̄ ἀδιαφορία, qua nulla in re tam vtor, q̄ in hac ciuili, & publica. Quin etiam, qđ est subinane in nobis, & non ἀφιλόδοξον, (bellum est enim sua vitia nosse) is afficiatur quadam delectatione. Solebat enī me pungere, ne Sampsiceramni merita in patriā ad annos sexcētos maiora viderentur, q̄ nostra. Hac qdē cura certe iam vacuus est: summe etenim

Oleum & opera Philologię. Subinane. Vitia sua nosse bellū.

ſſle,ſicut Phocis Curiana,ſtare videbatur.Sed hæc coram.Tu tamẽ videris mihi Romę fore ad noſtrum aduentum:qđ ſane facile patiar, ſi tuo cõmodo fieri poſſit.ſin vt ſcribis,ita veníes,velim ex Theophane reſpicere,quonã in me animo ſit Arabarches,quę res ſcilicet ſolet κ] τὸν κιδεμονικὸν, & ad me ab eo quaſi ὑποθήκας afferre,quemadmodũ me geram:aliquid ex eius ſermone poterimus πρὶ τῶν ὅλων ſuſpicari. Vale. Phocis Curiana. Arabarches.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ACcepi aliquot epiſtolas tuas,ex qbus intellexi,q̃ ſuſpenſo animo, & ſollícito ſcire aueres,quid eſſet noui. tenemur vndiq;,neq; iã quo minus ſeruiamus, recuſamus:ſed mortẽ,& eiectionẽ,quaſi maiora timemus,q̃ multo ſunt minora.Atq; hic ſtatus,q vna voce oĩm gemitur,neq; verbo cuiuſq̃ ſubleuat, σκότος eſt,vt ſuſpicor,illis q timent vllã cuiuſq̃ largitionẽ relinquere.Vnus loquit,& palã aduerſatur adoleſcẽs Curio.Huic plauſus maximi, cõſalutatio forenſis pærhoneríſica,ſigna pterea beneuolẽtiæ pmulta a bonis imptiũtur.Fuſiũ clamoribus,& cõuitiis,& ſibilis cõſectãtur.His ex rebus nõ ſpes,ſed dolor eſt maior: cũ videas volũtatẽ ciuitatis ſolutã,virtutẽ alligatã.Ac,ne forte q̃ras κ] λεπτὸν de ſingulis rebus,vniuerſa res eo eſt deducta,ſpes vt nulla ſit,aliquãdo nõ modo priuatos, verũ etiã magiſtratus liberos fore.Attamen in oppreſſione,ſermo in circulis dũtaxat,& in cõuiuiis eſt liberior,q̃ fuit: vincere incipit timorẽ dolor, ſed ita,vt oĩa ſint pleniſſima deſperationis. Habet etiã Cãpana lex execrationẽ in cõcione candidatorũ,ſi mẽtionẽ fecerint,quo aliter ager poſſideat: ad quæ vt ex legibus Iuliis nõ dubitãt iurare cæteri.Laterẽſis exiſtimat recte feciſſe,q; Trib.pl.petere deſtitit,ne iuraret.Sed de rep.nõ libet plura ſcribere: diſpliceo mihi, nec ſine ſummo ſcribo dolore.Me tueor,vt oppreſſis oĩbus,nõ demiſſe:vt tãtis rebus geſtis,parũ fortiter.A C.Cæſare valde liberaliter inuitor in legationẽ illã,ſibi vt ſim legatus,atq; libera legatio voti cauſa datur. Sed hæc & pſidii apud pudorẽ Pulchelli nõ habet ſatis,& a fratris aduẽtu me ablegat:illa & munitior eſt, & non impedit,quo minus adſim cum velim,& hanc ego teneo, ſed vſurũ me nõ puto.neq; tñ ſcit quiſq̃. nõ libet fugere,aueo pugnare,magna ſunt hominũ ſtudia.Sed nihil affirmo,tu hęc filebis.De Stathio manumiſſo,& nõnullis aliis reb9,angor equidem,ſed iam prorſus occalluí:tu vellem ego,& cupẽrẽ,adeſſes:nec mihi cõſiliũ,nec cõſolatio deeſſet.ſed ita te para,vt ſi inclamaro,aduoles. Vale. Curio.

M.T.CICERO T.P.ATTICO. S.

MVlta me ſollicitant,& ex reip.tãto motu,& ex his periculis quæ mihi ipſi intẽdũtur,& ſexcẽta ſunt. ſed mihi nil eſt moleſtius,q̃ Stathiũ manumiſſum: nec meũ imperiũ,omitto imperiũ,nõ ſimultatẽ meã reuereri ſaltẽ.Nec quid faciã,ſcio:neq; tãtũ eſt in re,quãtus eſt ſermo.Ego aũt ne iraſci poſſum qdẽ iis,quos valde amo:tãtũ doleo,ac mirifice quidẽ.Cętera ĩ magnis reb9,minę Clodii,cõtẽtionesq;,q̃ mihi pponũtur,modice me tãgũt . etenim vel ſubire eas videor mihi ſumma cũ dignitate,vel declinare nulla cũ moleſtia poſſe. Díces fortaſſe,dignitatis ἄλυς tãq̃ ſφυδός. ſaluti,ſi me amas,cõſule.Me miſerũ,cur nõ ades!nihil te pfecto pteriret.Ego fortaſſe πφλώπω, & nimiũ ζηλ καλῷ προσπέπνυσα. Scito nil vnq̃ fuiſſe tam inſa me,tã turpe,tã deniq; oĩbus generibus,ordinibus,ætatibus offenſum,q̃ hũc ſtatũ, q nũc eſt. magis mehercule,q̃ vellẽ,nõ modo q̃ putarã.Populares iſti iam etiã modeſtos hoíes ſibilare docuerũt.Bibulus in cęlo eſt,nec quare,ſcio,ſed ita laudat,quaſi Vnus homo nobis cũctãdo reſtituit rẽ.Põpeius noſtri amore,qđ mihi ſummo dolori eſt,ipſe ſe afflixit:neminẽ timet:volũtate,an metu neceſſe ſit iis vti,vereor.Ego aũt neq; pugno cũ illa cã ppter illam amicitiã: neq; approbo,ne oĩa improbẽ,q̃ antea geſſi.vtor via populi.ſenſus maxime in theatro,& ſpectaculis pſpectus eſt.Nã gladiatorii,qua dominus,qua aduocati,ſibilis cõſciſſi.Ludis Apollinaribus,Diphilus Tragœdus in noſtrũ Põpeiũ pctulãter iuect9 eſt. Noſtra miſeria tu es magnus.millies coactus eſt dicere. Eãdẽ virtutẽ iſtã veniet tẽpus,cũ grauiter gemes.toti9 theatri clamore dixit,itẽq; cętera.Nã & eiuſmodi ſunt ii verſus,vti ab inimico Põpeii in tẽpus ſcripti eſſe videant. Si neq; leges,neq; mores cogũt.& cętera magno cũ fremitu,& clamore ſunt dicta.Cæſar cũ veniſſet mortuo plauſu,Curio filius eſt ſecutus,Huic ita plauſum eſt, vt ſalua rep.Põpeio plaudi ſolebat.Tulit Cęſar grauiter,literę Capuã ad Põpeiũ volare dicebant.Inimici erãt eqtibus,q Curioni ſtãtes plauſerãt,hoſtes oĩbus. Roſciæ legi etiã frumentarię minitabant:ſane res erat pturbata.Equidẽ maluerã,qđ erat ſuſceptum ab illis,ſilentio Bibulus in cęlo eſt. Vtor via populi. Diphili in Põpeiũ dicteria. Lex frumẽ

trãsire: sed vereor ne nõ liceat, nõ ferũt homines qđ videt esse tĩ ferẽdũ. Sed est iam vna vox omniũ magis odio firmata, q̃ pfidio. Noster aũt Publius mihi minitat, inimicus est, impẽdet negotiũ, ad qđ scilicet tu aduolabis. videor mihi nr̃m illũ cõsularẽ exercitũ bonorũ oĩm, etiã satis bonorũ habere firmissimũ. Pompeius significat studiũ erga me nõ mediocre, idem affirmat verbũ de me illũ nõ esse facturũ. in quo non me ille fallit, sed ipse fallitur. Cosconio mor tuo, sum in eius locũ inuitatus. id erat vocari in locũ mortui. nil me turpius apud homines fuisset, neq; vero ad istã ipsam ἀσφάλειαν quicq̃ alienius. Sũt enim illi apud bonos inuidiosi. ego apud improbos meã retinuissem inuidiã, alienã assumpsissem. Cæsar me sibi vellet esse le gatũ: honestior hæc declinatio periculi, sed ego hoc nõ repudio. Quid ergo est? pugnare ma lo, nil tamẽ certi. Irerũ dico, vtinã adesses: sed tamẽ, si erit necesse, arcessemus. Quid aliud? qd? hoc opinor, certi sumus perisse omnia. Quid eñ ἀκκιζόμεθα tã diu? Sed hæc scripsi properãs, & mehercule timide. Posthac ad te, aut si p fidelem habebo cui dem, scribã omnia plane: aut si obscure scribã, tu tamen intelliges. In his epistolis me Lælium, te Furium faciã: cætera erũt ξὺν ἀινίγμασι. Hic Cæciliũ colimus, & obseruamus diligẽter. Edicta Bibuli audio ad te missa, is ardet dolore, & ira noster Pompeius. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Pragmatici.

ANicato, vt te velle intellexeram, nullo loco defui. Numestium ex literis tuis studiose scriptis, libẽter in amicitiã recepi. Cęciliũ qbus rebus possum tueor diligenter. Varro satisfacit nobis. Põpeius amat nos, charosq; habet. Credis inquies? credo, prorsus mihi psuadet: sed quia, vt video, pragmatici homines omnibus historicis pceptis, versibus deniq; cauere iubent, & vetãt crede re, alterũ facio, vt caueã: alterũ, vt nõ credã, facere nõ possum. Clodius mihi adhuc denũciat periculum. Pompeius affirmat, nõ esse periculũ. adiurat, addit etiã se prius oc cisum iri ab eo, q̃ me violatum iri. Tractatur res simul, & si quid erit certi, scribã ad te: si erit pugnandũ, arcessam ad societatẽ laboris, si quies dabitur, ab Amalthea te nõ cõmouebo. De rep. breuiter ad te scribã. iam. n. charta ipsa ne nos prodat, pertimesco. Itaq; posthac, si erunt mihi plura ad te scribẽda, ἀλληγορίας obscurabo. Nũc quidẽ nouo quodã morbo ciuitas mo ritur, vt cũ oẽs ea quæ sunt acta, improbent, querãtur, doleãt, varietas in re nulla sit, aperteq; loquantur, & iam clare gemant: tamẽ medicina nulla affertur. neq; eñ resisti sine internecio ne posse arbitramur: nec videmus q finis cedendi pter exitium futurus sit. Bibulus hominũ admiratione, & beneuolentia in cęlo est: edicta eius, & cõciones describũt, & legũt. nouo quo dã genere in summã gloriã venit: populare nũc tã nil est, q̃ odiũ populariũ. Hæc quo eruptu ra sint, timeo: sed si dispicere qd cœpero, scribã ad te apertius: tu si me amas tãtũ, quãtũ pfecto amas, expeditus facito vt sis: si inclamaro, vt accurras: sed do operã, & dabo, ne sit necesse. Q̃ scripserã te Furiũ scripturũ, nil necesse est tuũ nomẽ mutare: me faciã Lęliũ, & te Atticũ, neq; vtar meo chirographo, neq; signo, si modo erũt eiusmodi literæ, quas in alienũ incidere nolim. Diodorus mortuus est, reliquit nobis HS. fortasse centies. Comitia Bibulus cũ Archi lochio edicto ĩ ante diẽ. XV. Cal. Nouemb. distulit. A Vibio libros accepi. Poeta ineptus, nec tamen scit nihil, sed est non inutilis. describo, & remitto. Vale.

Diodori Stoici mors.

Describo.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Subtiliter.

DE rep. quid ego tibi subtiliter scribã? tota periit: atq; hoc est miserior, q̃ reli quisti, q; tũ videbat eiusmodi dominatio ciuitatẽ oppressisse, quæ iucunda esset multitudini, bonis autẽ ita molesta, vt tĩ sine pernicie. nũc repẽte tãto in odio est oĩbus, vt quorsum eruptura sit, horreamus. Nã iracũdiã, atq; in tẽperãtiã illoq; sumus experti, qui Catoni irati, omnia perdiderũt: sed ita le nibus vti videbant venenis, vt posse videremur sine dolore interire. Nũc ve ro sibilis vulgi, sermonibus honestoq;, fremitu Italię vereor ne exarserit. Eqdẽ sperabã, vt sępe etiã tecũ loqui solebã, sic orbẽ reipu. esse cõuersum, vt vix sonitũ audire, vix imꝑssam orbitã videre possem9: & fuisset ita, si hoes trãsitũ tẽpestatis expectare potuissent: sed cũ diu occulte suspirassent, postea iã gemere, ad extremũ vero loqui oẽs, & clamare cœperũt. Itaq; ille noster amicus insolens infamię, semp in laude versatus, circũfluens gloria, deformatus corpore, fra ctus animo, quo se conferat, nescit. Progressum præcipitẽ, inconstantẽ reditũ videt, bonos ini micos habet, improbos ipsos nõ amicos. Ac vide mollitiem animi, nõ tenui lachrymas, cum illum ante. VIII. Cal. Sextil. vidi de edictis Bibuli concionantẽ, qui ante solitus esset iactare se

magnificentiſſime illo in loco,ſummo cũ amore populi,cũctis fauẽtibus,vt ille tum humilis, vt demiſſus erat,vt ipſe etiã ſibi,nõ iis ſolũ qui aderant,diſplicebat. O ſpectaculũ vni Craſſo iucũdum,cæteris nõ item:nã quia decíderat ex aſtris,lapſus potius,q̃ progreſſus videbatur. Et vt Apelles,ſi Venerem,aut ſi Protogenes Hialyſium illũ ſuũ cœno oblitũ videret,magnũ credo acciperet dolorẽ:ſic ego hũc omnibus a me pictum,& politũ artis coloribus, ſubito deformatũ,nõ ſine magno dolore vidi.q̃q̃ nemo putabat propter Clodianũ negotiũ,me illi amicum eſſe debere:tamẽ tãtus fuit amor,vt exhauriri nulla poſſet iniuria.Itaq; Archilochia in illũ edicta Bibuli populo ita ſunt iucũda,vt eũ locũ vbi proponũtur, præ multitudine eorũ qui legunt,tranſire nequeamus:ipſi ita acerba,vt tabeſcat dolore:mihi mehercule moleſta,q; & eũ quẽ ſemper dilexímus,excruciant:& timeo,tã vehemens vir, tãq; acer in foro, & tã inſuetus contumelię,ne omni animi impetu dolori,& iracũdię pareat.Bibuli qui ſit exitus futurus,neſcio:vt nũc ſeſe habet,admirabili gloria eſt:qui cum comitia in mẽſem Octob.diſtulíſſet,q; ſolet ea res populi volũtatem offendere, putarat Cæſar oratione ſua poſſe impelli cõcionem,vt iret ad Bibulum:multa cũ ſeditioſiſſime diceret,vocẽ exprimere nõ potuit.Quid queris?ſentiunt ſe nullam vllius partis volũtatem tenere,eo magis vis nobis eſt timenda.Clodius inimicus eſt nobis.Pompeius confirmat eum nil eſſe facturum contra me:mihi periculoſum eſt credere,ad reſiſtendũ me paro,ſtudia ſpero me ſumma habiturũ omniũ ordinũ.Te cũ ego deſidero,tum vero res ad tẽpus illud vocat:plurimũ conſilii,animi,præſidii deniq; mihi ſi te ad tempus videro,acceſſerit.Varro ſatis mihi facit.Pompeius loquitur diuinitus, ſpero nos aut certe cũ ſumma gloria,aut etiã ſine moleſtia eẽ diſceſſuros. Tu quid agas,quẽadmodum te oblectes,quid cum Sicyoniis egeris,vt ſciam,cura. Vale.

Dec.ex aſt. Ven.Apel. Hialyſius Protog. Amor.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

QVam vellẽ Romę mãſiſſes,q̃d egiſſes profecto,ſi hæc fore putaſſemus: nam Pulchellũ noſtrũ facíllime teneremus:aut certe q̃d eſſet facturus,ſcire poſſemus: nũc ſe res ſic habet,volitat,furit,nil habet certi,multis denunciat,q̃d ſors obtulerit,id acturus videt. Cũ videt quo ſit in odio ſtatus hic rerũ,in eos q hęc egerũt,impetũ facturus videt,cũ autẽ rurſus opes,& vim exercit? recordat,conuertit ſe in nos.Nobis aũt ipſis,tũ vim,tũ iudiciũ minitat.Cũ hoc Põpeius egit,& vt ad me ipſe referebat (aliũ.n.habeo neminẽ teſtẽ) vehementer egit,cũ diceret in ſumma ſe perfidiæ,& ſceleris infamia fore,ſi mihi periculũ procrearetur ab eo,quẽ ipſe armaſſet,quẽ Plebeiũ fieri paſſus eſſet:ſed fidẽ recepiſſe,& ipſum,& Appiũ de me:hanc ſi ille nõ ſeruaret,ita laturum,vt omnes intelligerẽt,nihil ſibi antiquius amicitia noſtra fuiſſe. Hæc in eã ſententiã cũ multa dixiſſet,aiebat illum primũ ſane diu multa contra:ad extremũ autẽ manus dediſſe,& affirmaſſe nil ſe cõtra eius volũtatem eſſe facturũ. ſed poſtea tamẽ ille nõ deſtitit de nobis aſperrime loqui:q̃d ſi non faceret,tamẽ ei nihil crederemus, atq; omnia, ſicut facimus,pararemus.Nũc ita nos gerimus,vt ĩ dies ſingulos,& ſtudia in nos hominũ,& opes noſtrę augeãtur.Rẽpu.nulla ex parte attingimus,in cauſis,atq; ĩ illa opera noſtra forẽſi ſumma induſtria verſamur:q̃d egregie nõ modo iis qui vtũtur opera,ſed etiã in vulgus gratũ eſſe ſentimus:domus celebratur,occurritur,renouatur memoria conſulatus,ſtudia ſignificãtur,in eã ſpem adducimur,vt nobis ea cõtẽtio q̃ impẽdet,interdũ nõ fugiẽda videat.Nũc mihi & cõſiliis opus eſt tuis,& amore,& fide:quare aduola,expedita mihi erũt oĩa,ſi te habebo.Multa p Varronẽ noſtrũ agi poſſunt,quæ te etiam vrgente erũt firmiora : multa ab ipſo Publio elici,multa cognoſci,quæ tibi occulta eſſe nõ poterũt.multa etiã, ſed abſurdũ eſt ſingula explicare,cum ego te requiram ad omnia.Vnũ illud tibi perſuadeas velim,omnia mihi fore explicata,ſi te videro,ſed tãtũ eſt in eo,ſi ante q̃ ille meat magiſtratũ . Puto Pompeium Craſſo vrgente,ſi tu aderis,qui p βοώπιδα ex illo ipſo intelligere poſſis,qua fide ab illis agatur,nos aut ſine moleſtia,aut certe ſine errore futuros.Precibus noſtris, & cohortatione nõ indiges,quid mea volũtas,quid tẽpus,quid rei magnitudo poſtulet,intelligis.De Repu.nihil habeo ad te ſcribere,niſi ſummũ odiũ omniũ hominũ in eos,qui tenẽt omnia:mutationis tamen ſpes nulla: ſed q̃d facile ſentias,tędet ipſum Põpeiũ,vehemẽterq; pœnitet. nõ prouideo ſatis,quem exitum futurum putem:ſed certo videntur hæc aliquo eruptura. Libros Alexandri negligentis hominis,& non boni poetæ,ſed tamen non inutilis tibi remiſi.Numeriũ Numeſtium libenter accepi in amicitiam,& hominem grauem,& prudentem,& dignũ tua commendatione cognoui. Vale.

Pulchellus

Antiquius

Alex.poeta malus.

Epistol. ad T. P. Atticum

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Ambulans dictaui.

NVnq̃ ante arbitror te epistolam meam legisse, nisi mea manu scriptam: ex eo colligere poteris quãta occupatione distinear. Nam cũ vacui tẽporis nil haberem, & cũ recreãdę voculæ causa necesse esset mihi ambulare, hæc dictaui ambulans. Primũ igitur illud te scire volo, Sampsiceramnũ nostrũ amicũ vehementer sui status pœnitere, restituiq; in eũ locũ cupere, ex quo decidit, dolorẽq; suũ imptire nobis, & medicinã interdũ apte q̃rere, quã ego possem inuenire nullã. Deinde oẽs illius partis auctores, ac socios, etiã nullo aduersario cõsenescere. Consensionẽ vniuersoꝝ, nec volũtate, nec sermone maiorẽ vnq̃ fuisse. Nos autẽ, nã id te cupere certo scio, publicis cõsiliis nullis interfumus, totosq; nos ad forensem operã, laborẽq; cõtulimus: ex quo, qđ facile intelligi possit, in cõmemoratione earũ rerũ quas gessimus, desiderioq; versamur. Sed βοώπις nostri consanguineus nõ mediocreis terrores iacit, atq; denũciat, & Sampsiceramno negat, cæteris p̃ se fert, & ostentat. Quamobrẽ si me amas tãtũ, quãtũ

Si dormis &c. nota auxesin.

profecto amas, si dormis, expergiscere. si stas, ingredere. si ingrederis, curre. si curris, aduola. Credibile nõ est, quãtũ ego in consiliis, & prudentia tua, qđq; maximũ est, quantũ in amore, & fide ponã. Magnitudo rei longam orationẽ fortasse desiderat, coniũctio vero nostroꝝ animoꝝ breuitate contẽta est: permagni nostra interest, te si comitiis non potueris, at declarato illo, esse Romæ. Cura vt valeas, mi suauissime Attice.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Amor.

TVas Numestio literas dedi: sic te his euocabã, vt nihil acrius, neq; ĩcitatius fieri posset. Ad illã celeritatẽ adde etiã si qd potes, ac ne sis pturbatus. noui em̃ te, & nõ ignoro, q̃ sit amor oĩs sollicitus, atq; anxius. Sed res est, vt spero, nõ tã exitu molesta, q̃ auditu. Vectius ille noster iudex Cæsari, vt perspicimus, pollicitus est, sese curaturũ, vt in aliquã suspitionẽ facinoris Curio filius adduceretur. Itaq; in sinu, atq; in familiaritate adolescẽtis, & cũ eo vt res indicat, sæpe cõgressus est. Rem in eũ locũ adduxit, vt diceret sibi certũ esse cũ suis seruis in Põpeiũ impetũ facere, eũq; occidere: hoc Curio ad patrẽ detulit: ille ad Pompeiũ: res delata ad Senatũ est. Introductus Vectius, primo negabat se vnq̃ cũ Curione retulisse, neq; id sane diu. Nã statim fidem publicã postulauit, reclamatũ est: tũ exposuit manũ fuisse iuuẽtutis duce Curione, in qua Paulus initio fuisset, & C. Cepio, & Brutus, & Lentulus Flaminis filius conscio patre: postea C. Septimiũ scribã Bibuli pugionẽ sibi a Bibulo attulisse. qđ totũ irrisum est: Vectio pugionẽ defuisse, nisi ei Consul dedisset. Eoq; magis id eiectũ est, q; ad. III. Id. Maii Bibulus Põpeiũ fecerat certiorẽ, vt caueret insidias, in quo ei Põpeius gratias egerat. Introductus Curio filius, dixit ad ea quæ Vectius dixerat, maximeq; in eo, tum quidẽ Vectius est reprehensus, q; dixerat adolescentũ consiliũ, vt in foro cũ gladiatoribus Gabinii Pompeium

Senatusco. in Vectiũ.

adoriretur, in eo principẽ Paulũ fuisse, quẽ constat eo tẽpore in Macedonia fuisse. Fit S. C. vt Vectius, q; confessus esset se cum telo fuisse, in vincula coniiceretur: qui eum emisisset, cõtra rẽpublicam esse facturũ. Res erat in ea opinione, vt putarẽt id esse actum, vt Vectius in foro cum pugione, & item serui eius comprehenderentur cum telis: deinde ille se diceret indicaturum. Idq; ita actum esset, nisi Curiones rem ante ad Pompeiũ detulissent, tum S. C. in cõcione recitatũ est. Postero autẽ die Cæsar, is qui olim cũ prætor esset, Q. Catulum ex inferiore loco iusserat dicere, Vectiũ in rostra produxit, eũq; in loco constituit, quo Bibulo Cos. aspirare nõ liceret. Hic ille oĩa q̃ voluit de rep. dixit, vt q illuc factus, institutusq; veniisset. Primũ Cepionẽ de oratione sua sustulit, quẽ in Senatu acerrime nominarat, vt appareret noctẽ, & nocturnã deprecationẽ interfisse. Deinde quos in Senatu ne tenuissima quidẽ suspitione attigerat, eos nosauit. Lucullũ, a quo solitũ esse ad se mitti C. Fanniũ illũ, q in P. Clodiũ subscripserat, L. Domitiũ, cuiꝰ domũ cõstitutã fuisse vnde eruptio fieret. me nõ nosauit: sed dixit cõsularẽ disertũ vicinũ Cos. sibi dixisse, Halam Seruiliũ aliquẽ, aut etiã Brutũ opus eẽ reperiri. Addidit ad extremũ, cũ iã dimissa cõcione reuocatus a Vatinio fuisset, se audisse ex Curione his de rebꝰ cõsciũ esse Pisonẽ generũ meũ, & M. Laterẽsem. Nũc reus erat apud Crassum diuitẽ Vectius de vi: & cũ esset damnatus, erat iudiciũ postulaturus. Qđ si impetrasset, iudicia fore videbantur: ea nos, vtpote q nihil cõtemnere solemus, nõ ptimescebamus. Hominũ qdẽ summa erga nos studia significabant: sed prorsus vitę tędet, ita sunt oĩa oĩm miseriarũ plenissima. Modo

†eã, quã.

cędẽ timueramus, quã oratio fortissimi senis Q. Cõsidii discusserat: † ea, quã quotidie time-

re potueramus,ſubito exorta eſt.Quid queris?nil me infortunatius,& Catulo,cũ ſplẽdore vi tę,tum hoc tẽpore.Nos tñ in iis etiã miſeriis erecto animo,& minime perturbato ſumus,ho neſtiſſimeq; & dignitatem noſtram magna cura tuemur.Põpeius de Clodio iubet nos eſſe ſi ne cura,& ſummã in nos beneuolẽtiã omni oratiõe ſignificat.Te habere cõſiliorũ auctorem, ſollicitudinũ ſociũ,omni in cogitatione cõiũctũ cupio.Quare,vt Numeſtio mãdaui,tecũ vt ageret,itẽ atq; eo ſi põt acrius te rogo,vt plane ad nos aduoles.reſpiraro,ſi te videro. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

CVm aliquẽ apud te laudaro tuorũ familiariũ, volã illũ ſcire ex te me id fe-ciſſe, vt nup me ſcis ſcripſiſſe ad te de Varrõis erga me officio,te ad me re ſcripſiſſe eã rẽ ſũmæ tibi voluptati eẽ,ſed ego mallẽ ad illũ ſcripſiſſes mihi illũ ſatiſfacere.mirabiliter em̃ morat⁹ eſt ſicut noſti ἐλϊκτὰ κοὐδέν.ſed nos tenemus p̃ceptũ illud τὰς τῶν κρατόντων.At Hercule alter tuus familiaris Hortẽſius,q̃ plena manu,q̃ ingenue,q̃ ornate noſtras laudes in aſtra ſuſtu- Hortẽſius. lit,cũ de Flacci p̃tura,& de illo tẽpore Allobrogũ diceret.Sic habeto,nec amãtius, nec hono rifficentius,nec copioſius potuiſſe dici.ei te hoc ſcribere a me tibi eſſe miſſum,ſane volo.Sed quid tu ſcribas?quẽ iam ego venire,atq; adeſſe arbitror. Ita em̃ egi tecũ ſuperioribus literis, valde te expecto,valde deſidero:neq; ego magis,q̃ ipſa res,& tempus poſcit.His de negotiis, quid ſcribã ad te,niſi idem qđ ſępe? rep. nil deſperatius:his quorũ opera, nihil maiore odio. Nos,vt opinio,& ſpes,& coniectura noſtra fert,firmiſſima beneuolentia hominũ muniti ſu-mus.Quare aduola,aut expedies nos omni moleſtia,aut eris particeps. Ideo ſum breuior, q̃ vt ſpero,coram breui conferre,quę volumus,licebit. Vale.

M.T.CICERONIS EPISTOLARVM AD T.POMPONIVM ATTICVM LIBER TERTIVS.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

QVm antea maxime noſtra intereſſe arbitrabar te eſſe nobiſcum:tum vero,vt legi rogationẽ,intellexi ad iter,qđ conſtitui,nil mihi opta-tius cadere poſſe,q̃ vt me q̃primũ cõſequare: vt cũ ex Italia profecti eſſemus,ſiue per Epirum iter eſſet faciundũ,tuo tuorũq; p̃ſidio vte remur,ſiue aliud quid agendũ eſſet, certũ conſilium de tua ſenten-tia capere poſſemus.Quamobrẽ te oro,des operam,vt me ſtatim cõ-ſequare.facilius potes,quoniam de prouincia Macedonia perlata lex eſt.Pluribus verbis tecum agerem, niſi pro me apud te res ipſa lo-queretur. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

TIneris noſtri cauſa fuit, q̃ non habebã locũ, vbi pro meo iure diutius eſſe poſſem,q̃ in fundo Siccę,p̃ſertim nondũ rogatione correcta: & ſimul itellige bam,ex eo loco ſi iter haberẽ,poſſe me Brunduſium referre: ſine te autẽ non eſſe nobis illas parteis tenẽdas propter Antoniũ. Nũc, vt ad te antea ſcripſi, ſi ad nos veneris,cõſiliũ totius rei capiemus.iter eſſe moleſtum ſcio,ſed tota calamitas omneis moleſtias habet.Plura ſcribere non poſſum,ita ſum animo Calamitas. perculſo,& abiecto.Cura vt valeas.Dat.VI.Id.Apri.Naryci Locridis.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

VTinam illum diẽ videam,cum tibi agã gratias,q̃ me viuere coegiſti. Adhuc equidẽ valde me pœnitet,ſed te oro,vt ad me Vibonẽ ſtatim venias,quo ego multis de cau Ad me Vi ſis cõuerti iter meũ.Sed eo ſi veneris,de toto itinere,ac fuga mea conſiliũ capere po bonem ve- tero:ſi id non feceris,mirabor,ſed confido te eſſe omnino facturum. Vale. nias.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

MIſerię noſtrę potius velim,q̃ incõſtantię tribuas,q̃ a Vibone, quo te arceſſe-bamus,ſubito diſceſſimus.allata eſt em̃ nobis rogatio de pernicie mea,in qua qđ cõfectũ eſſe audieram⁹,erat huiuſmodi,vt mihi vltra quadringẽta millia liceret eſſe.Illo cũ peruenire nõ liceret,ſtatim iter Brunduſium verſus contu li ante diem rogationis,ne & Sicca,apud quẽ eram,periret, & q̃ Melitæ eſſe

non licebat.Nunc tu propera,vt nos consequare,si modo recipiemur.adhuc inuitamur benigne,sed qđ supereſt,timemus. Me mi Pomponi valde pœnitet viuere, qua in re apud me tu plurimum valuisti,sed hęc coram,fac modo,vt venias. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Erentia tibi & sępe,& maximas gratias agit,id est mihi gratissimũ.Ego.n.viuo miserrimus,& maximo dolore cõficior.Ad te quid scribam,nescio.Si em es Romę,iã me assequi nõ potes:sin es in via,cũ eris me assecutus, corã agemus,quę erunt agenda. tm̃ te oro, vt quoniã me ipsum semper amasti, eodẽ amore sis.Ego enim idem sum.Inimici mei mea mihi,non me ipsum ademerunt.Cura vt valeas.VIII.Id.Apri.Thuri.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

NOn fuerat mihi dubiũ,qn te Tarẽti,aut Brũdusii visurus essem,idq; ad multa pertinuit meis,& vt in Epęiro cõsisterem9,& de reliqs reb9 tuo cõsilio vteremur.qm̃ id nõ cõtigit,erit hoc quoq; in magno nũero nostrorũ malorũ.Nobis iter est in Asiã,maxime Cyzicũ.Tibi meos cõmẽdo:me vix,misereq; sustẽto.Vale.Dat.XIIII.Cal.Maii,Tarenti.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

BRundusiũ veni ad Calẽ.Maias,eo die pueri tui a te mihi literas reddidẽrũt, & alii pueri post diẽ tertiũ eius diei literas alias attulerũt. Q; me rogas, & hortaris,vt apud te in Epęiro sim,voluntas tua mihi valde grata est,& miníme noua,sed consiliũ mihi qdẽ optatũ,si liceret ibi omne tẽpus cõsumere. Odi.n.celebritatẽ,fugio hoies,lucẽ aspicere vix possum. Esset mihi ista solitudo,pśertim in tam familiari loco,nõ amara:sed itineris causa,vt diuertar, primũ est deuiũ:deinde ab Antonio,& ceteris quatridui:deinde sine te.Natura Castellũ munitum habitanti mihi prodesset,transeunti non est necessariũ.q; si auderẽ,Athenas peterem. sane ita cadebat,vt vellem:nũc & nostri hostes ibi sunt,& te non habemus,& veremur ne interpretẽt,illud quoq; oppidũ ab Italia nõ satis abesse:nec scribis,quã ad diẽ te expectem9.Q; me ad vitã vocas,vnũ efficis,vt a me manus abstineã.alterũ non potes,vt me non nostri consilii vtiq; pœniteat.Quid em̃ est,qđ me retineat!pręsertim si ea spes nõ est,q̃ nos proficiscentes prosequebat.Nõ faciã,vt enumerẽ miserias oẽs,in quas incidi pr summã iniuriam,& sceIus,non tam inimicorũ meorũ,q̃ inuidorũ,ne & meũ mœrorẽ exagitem,& te in eundẽ luctũ vocem.hoc confirmo,neminẽ vnq̃ tanta calamitate esse affectũ,nemini mortẽ magis optandam fuisse.cuius oppetẽdę tẽpus honestissimũ pter̃missum est.Reliqua tẽpora sunt non tã ad medicinã,q̃ ad finẽ doloris.De rep.video te colligere oia, quæ putes aliquã spem mihi posse afferre mutandarũ rerũ:q̃ q̃q̃ exigua sunt,tñ qm̃ placet,expectemus.Tu nihilo minus,si ppetaris,nos cõsequere.nã aut accedemus in Epęirũ,aut p Cãdauiã tarde ibimus. Dubitationem autẽ de Epęiro nõ incõstantia nostra afferebat,sed q; de fratre,vbi eũ visuri essemus,nescieba-

Manus abstineam.

Accedem9 in Epęirũ.

mus:quẽ qdẽ ego,nec quomodo visurus,nec vbi dimissurus sim scio.id est maximũ, & miserrimũ mearũ oĩm miseriarũ.Ego & sępius ad te,& plura scribẽrẽ,nisi mihi dolor meus,tũ oẽis parteis mẽtis,tum maxime hui9 generis facultatẽ ademisset. Videre te cupio,cura vt valeas. Prid.Calen.Maii.Brundusii,proficiscens,festinanter.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

SCripserã ad te,quas ob causas in Epęirũ nõ essem9 pfecti,q; & Achaia ppę esset plena audacissimorũ ĩimicorũ,& exit9 difficiles haberet,cũ inde pficiscemur:accessit cũ Dyrrhachii essem9,vt duo nũcii afferrẽt:vn9,classe fratrẽ Epheso Athenas:alter,pedib9 p Macedoniã venire. Itaq; illi obuiã misimus Athenas,vt inde Thessalonicã veniret.Ipsi pcessim9,& Thessalonicã ad.X. Cal.Iun.venim9,neq; de illi9 itinere quicq̃ certi habebamus,nisi eũ ab Ephe so ante aliquãto profectũ.Nunc istic quid agat magnopere timeo.q̃q̃ tu altera epistola scribis Id.Maiis audire,fore vt acrius postularet.altera,iã esse mitiora.sed hęc est pridie data q̃ illa,quo cõturbor magis.Itaq; cũ me9 me mœror quotidian9 lacerat,& cõficit,tũ vero hæc addita cura vix mihi vitã reliquã facit.Sed & nauigatio pdifficilis fuit:& ille incertus vbi ego essẽ,fortasse aliũ cursum petiuit.nã Phetolibeũ nõ vidit, vẽto reiect9 ab illo i Macedoniã Pelę mihi pśto fuit.Reliqua q̃ mihi timẽda sint,video:nec qd scribã,habeo,& omnia timeo:nec tã miserũ est quicq̃,qđ non in nostrã fortunã cadere videatur. Equidem adhuc miser in ma-

Ab Epheso profectum.

Nihil tam miserũ &c.

ximis meis ęrumnis,& luctibus hoc metu adiecto maneo Theſſalonicę ſuſpenſus: nec audeo qcq̃.Nũc ad ea,q̃ ſcripſiſti.Tryphonẽ Cęcilíũ nõ víſendũ vidi.ſermonẽ tuũ,& Põpeíi,cognoui ex tuis literis.Motũ in rep.nõ tantũ ego video, quãtũ tu aut vides, aut ad me cõſoládum affers.Tigrane.n.neglecto,ſublata ſũt oĩa.Varroni me iubes agere gratias.faciã. itẽ Hypſeo. Qđ ſuades,ne lõgius diſcedamus,dũ acta menſis Maíi ad nos perferanť, puto me ita eſſe facturũ:ſed vbi,nondũ ſtatui: atq; ita perturbato ſum aĩo de Quinto, vt nil queã ſtatuere.ſed tñ ſtatim te faciã certiorẽ.Ex epiſtolarũ mearũ incõſtantia puto te mentis meę motũ videre: qui etſi incredibili,& ſingulari calamitate afflictus ſum, tñ nõ tã ex miſeria,q̃ ex culpę noſtrę recordatione cõmotus.cuius eñ ſcelere impulſi,ac proditi ſimus,iam profecto vides.atq; vtinam iam ante vidiſſes,neq; totũ animũ tuũ mœrori mecũ ſimul dediſſes.Quare,cũ me afflictum,& confectũ luctu audies,exiſtimato me ſtultitię meę pœnã ferre grauius,q̃ euenti, q; ei crediderim,quẽ eſſe neſarium nõ putarã.Me & meorũ malorum memoria,& metus de fratre in ſcribendo impedit.Tu iſta oĩa vide,& guberna.Terentia tibi maximas gratias agit.Literarum exemplũ,quas ad Pompęiũ ſcripſi,miſi tibi.Vale.Dat.III.Cal.Iun.Theſſalonicę.

Stultítię pœnã ferre q̃ euenti.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

QVintus frater cũ ex Aſia diſceſſiſſet ante Cal.Maias,& Athenas veniſſet Id. Maiis,valde fuit ei properandũ,ne quid abſens acciperet calamitatis,ſi quis forte fuiſſet,qui cõtentus noſtris malis nõ eſſet.Itaq; malui eũ pperare Romam,q̃ ad me venire:& ſimul(dicã eñ qđ verum eſt, ex quo magnitudinẽ mearũ miſeriarũ perſpicere poſſis)animũ iducere nõ potui,vt aut illũ amãtiſſimũ mei,molliſſimo animo,tanto in mœrore aſpicerẽ,aut meas miſerias luctu afflictas,& perditã fortunã illi offerrẽ,aut ab illo aſpici paterer.Atq; illud etiã timebã, qđ pfecto accidiſſet,ne a me digredi non poſſet.verſabať mihi tẽpus illud ante oculos,cũ ille aut lictores dimitteret,aut vi euellereť ex cõplexu meo.Huius acerbitatis euẽtũ, altera acerbitate non vidẽdi fratris vitaui.in hũc me caſum vos viuẽdi auctores ĩpuliſtis.Itaq; mei peccati luo pœnas:q̃q̃ tuę me literę ſuſtẽtant,ex quibus quantũ tu ipſe ſperes, facile perſpicio.q̃ quidẽ tñ aliquid habebãt ſolatii ante,q̃ eo veniſti a Põpeio.Nunc Hortenſiũ allice,& eiuſmodi viros.Obſecro mi Põponi,nondũ perſpicis,quoq; opera,quorũ inſidiis,quorũ ſcelere perierimus!Sed tecũ hęc corã agemus.tãtũ dico,qđ ſcire te puto,nos nõ inimici,ſed inuidi perdiderunt.Nunc ſi ita ſunt,q̃ ſperas,ſuſtinebimus nos,& ſpe,qua iubes,nitemur:ſin, vt mihi videnť,infirma ſunt,qđ optimo tẽpore facere nõ licuit,min9 idoneo fiet.Terentia tibi ſępe gratias agit.Mihi etiã vnũ de malis in metu eſt,fratris miſeri negotiũ. qđ ſi ſciã cuiuſmodi ſit, ſciã quid mihi agendũ ſit.Me etiã nũc iſtoq; beneficiorũ,& literarũ expectatio;vt tibi placet, Theſſalonicę tenet.Si quid erit noui allatũ,ſciã de reliquo quid agendũ ſit.Tu, ſi vt ſcribis, Cal.Iun.Roma pfectus es,ppediẽ nos videbis.Et literas,quas ad Põpeiũ ſcripſi,tibi miſi.Vale.Id.Iun.Theſſalonicę.

Luo pœnas.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ACta q̃ eſſent vſq; ad.VIII.Cal.Iun. cognoui ex tuis literis, reliqua expectabã (vt tibi placebat)Theſſalonicę:quib9 allatis,ſtatuere facilius potero,vbi ſim. Nã ſi erit cauſa,ſi qd ageť,ſi ſpem videro,aut ibidẽ opperiar,aut me ad te cõferã.ſin vt tu ſcribis,iſta euanuerint,aliud aliqd videbimus.oĩno adhuc nihil mihi ſignificatis,niſi diſcordiã iſtorũ:quæ tñ inter eos de oĩbus potius reb9 eſt,q̃ de me.itaq; quid ea mihi profit,neſcio.Sed tamen quoad me vos ſperare vultis,vobis obtẽperabo.Nam q; me tam ſæpe,& tam vehemẽter obiurgas,& animo infirmo eſſe dicis,quæſo,ecquod tantũ malũ eſt,qđ in mea calamitate non ſit!Ecquis vnq̃ ex tam amplo ſtatu,in tam bona cauſa,tantis facultatibus ingenii,conſilii,gratiæ,tantis præſidiis bonorum omnium concidit!poſſum obliuiſci qui fuerim,non ſentire qui ſum!quo caream honore!qua gloria!quibus liberis!quib9 fortunis!quo fratre!quẽ ego,vt nouum calamitatis genus attendas,cũ pluris facerẽ q̃ me ipſum,ſemperq; feciſſem,vitaui ne viderẽ,ne aut illius luctum,ſquallorẽq; aſpicerẽ,aut ne me,quẽ ille florentiſſimũ reliquerat,perditũ illi, afflictumq; offerrẽ.Mitto cętera intolerabilia,etenim fletu impedior.Hic vtrũ tandẽ ſum accuſandus!q; doleo,an q; cõmiſi vt hęc aut nõ retinerem, qđ facile fuiſſet, niſi intra parietes meos de mea pernicie conſilia inirentur,aut certe viuus amitterem!Hęc eo ſcripſi, vt poti9 releuares me, quod facis,q̃ aut caſtigatione,aut obiurgatione dignũ putares:eoq; ad te minus multa ſcribo,q; & mœrore impedior,& quid expectem iſtinc magis habeo, q̃ quid ipſe ſcribam, quæ ſi

Ecquis. Mœroris cauſę.

erunt allata,faciã te cõsilii nostri certiorẽ.Tu,vt adhuc feciſti, q̃plurimis de rebus ad me ve lim ſcribas,vt prorſus ne quid ignorem.Vale.XIIII.Cal.Quintil.Theſſalonicæ.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ME & tuę literę,& quidã boni nuncii,non optimis tñ auctoribus, & expectatio veſtrarũ literarũ,& q̄ tibi ita placuerat,adhuc Theſſalonicę tenebãt. Si accepero literas,quas expecto,ſi ſpes erit ea,quæ rumoribus afferebatur,ad te me conferã.ſi non erit,faciã te certiorẽ,quid egerim.Tu me,vt facis, opera,conſilio,gratia iuua,conſolari iam deſine,obiurgare vero noli,qd cum facis,vt ego tuum amorem & dolorẽ deſidero, quem ita affectum mea ęrũna eſſe arbitror,vt te ipſum cõſolari nemo poſſit.Q.fratrẽ optimũ,humaniſſimũq̄ ſuſtenta.Ad me,obſecro te,vt omnia certa perſcribas.Vale.Dat.IIII.Cal.Quintil.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

VV quidẽ ſedulo argumẽtaris qd ſit ſperãdũ,& maxime p Senatũ,idẽq̄ caput rogationis ꝓponis.Scribis quare in Senatu dici nihil liceat.itaq̄ ſileã.Hic tu me accuſas,q̄ me afflictẽ,cũ ita ſim afflict⁹,vt nemo vnq̄. qd tute intelligis. Spem oſtẽdis ſecũdũ comitia.q̄ iſta eſt eodẽ Tri.Ple.& inimico Coſ.Des! Per cuſſiſti aũt me,etiã de oratione ꝓlata:cui vulneri,vt ſcribis,medere,ſi qd potes.Scripſi equidẽ olim ei iratus,q̄ ille prior ſcripſerat,ſed ita cõpreſſerã, vt nũq̄ emanaturã putarẽ:quomodo exciderit,neſcio.ſed qa nũq̄ accidit,vt cũ eo verbo vno cõ certarim,& qa ſcripta videt mihi negligẽtius,q̄ cęterę,puto poſſe ꝓbari,nõ eſſe meã.Id ſi putas,me poſſe ſanari,cures velim.ſin plane perii,min⁹ laboro. Ego etiã nũc eodẽ in loco iaceo ſine ſermone vllo,ſine cogitatiõe vlla.Licet tibi(vt ſcribis)ſignificarẽ,vt ad me venires Sidona,tñ intelligo te iſtic ꝓdeſſe,hic ne verbo quidẽ leuare me poſſe.Nõ queo plura ſcribere,nec eſt qd ſcribã.veſtra magis expecto.Vale.XVI.Cal.Sextil.Theſſalonicę.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

QVod ad te ſcripſerã,me in Epęiro futurũ,poſteaq̄ extenuari ſpem noſtrã, & euaneſcere vidi,mutaui cõſiliũ,nec me Theſſalonica cõmoui, vbi eſſe cõſtituerã,quoad aliqd ad me de eo ſcriberes,qd proximis literis ſcripſeras fore, vti ſecũdũ comitia aliqd de nobis in Senatu ageret:id tibi Pompeiũ dixiſſe. Qua de re,qm̃ comitia habita ſunt,tuq̄ nil ad me ſcribis, perinde habebo, ac ſi ſcripſiſſes nil eſſe, meq̄ tẽporis nõ lõginqui ſpe ductũ eſſe moleſte ferã. Quẽ autẽ modũ te videre ſcripſeras, qui nobis vtilis fore videret,eũ nũciant qui veniũt nullum fore.In Tri.Ple.Deſ.reliqua ſpes eſt:quam ſi expectaro, nõ erit,q̄ putes me cauſę meę, ac volũtati meorũ defuiſſe.Q̄z me ſępe accuſas,cur hũc meũ caſum tã grauiter ferã,debes ignoſcere,cũ ita me afflictũ videas,vt neminẽ vnq̄ nec videris,nec audieris.Nã q̄ ſcribis te audire,me etiã mẽtis errore,ex dolore affici:mihi vero mẽs ĩtegra eſt. atq̄ vtinã tã in periculo fuiſſet,cũ ego iis,qb⁹ ſalutẽ meã chariſſimã eẽ arbitrabar,inimiciſſimis crudeliſſimiſq̄ vſus ſum: q vt me paulũ inclinari timore viderũt,ſic impulerũt,vt omni ſuo ſcelere,& pfidia abuterent ad exitiũ meũ.Nunc qm̃ iam eſt Cyzicũ nobis eundũ,quo rarius ad me literæ perferent,hoc velim diligẽtius omnia,quę putaris me ſcire opus eſſe,perſcribas. Quintũ fratrẽ meũ fac diligas,quẽ ego miſer,ſi incolumẽ relinquo,nõ me totũ periſſe arbitrabor.Vale.Non.Sextil.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Plenus cũ ablatiuo.

EX tuis literis plenus ſum expectatione de Põpeio,quidnã de nobis velit, aut oſtẽdat.Comitia.n.credo eſſe habita,qb⁹ abſolutis ſcribis illi placuiſſe agi de nobis.Si tibi ſtult⁹ eſſe videor,q̄ ſperẽ,facio tuo iuſſu: & ſcio te me iis epiſtolis poti⁹,& meas ſpes ſolitũ eẽ remorari.Nũc velim mihi plane ꝓſcribas,qd videas.Scio nos noſtris multis peccatis in hãc ęrũnã incidiſſe:ea ſi q̄ caſus ex pte correxerint,min⁹ moleſte feremus nos vixiſſe,& adhuc viuere.Ego ꝓpter vię celebritatẽ,& quotidianã expectationẽ rerũ nouarũ,nõ cõmoui me adhuc Theſſalonica:ſed iã extrudimur,nõ a Plãco(nã is qdẽ retinet) verũ ab ipſo loco minime appoſito ad tolerandã in tãto luctu calamitatẽ.In Epeirum igit,vt ſcripſerã,nõ iui,q̄ ſubiti mihi aduerſi nũcii venerãt,& literę, quare nihil eſſet neceſſe q̃proxime Italiã eſſe.Hinc ſi aliquid a comitiis audierimus,nos in Aſiã conuertemus, neq̄ adhuc ſtabat,quo potiſſimũ.ſed ſcies.Vale.XII.Cal.Sextil.Theſſalonicę.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ACcepi Idi.Sextil.quattuor epistolas a te mihi missas.vnã,qua me obiurgas,& rogas,vt sim firmior. alterã, qua Crassi libertũ ais tibi de mea sollicitudine maciep narrasse.tertiã,qua demonstras acta in Senatu. & quartã de eo, qđ a Varrone scribis tibi esse confirmatũ de volũtate Põpeii. Ad primã tibi hoc scribo,me ita dolere,vt nõ modo a mẽte nõ deserar, sed id ipm doleã, me tã firma mẽte vbi vtar & quibuscũ nõ habere.Nã si tu me vno nõ sine mœrore cares,quid me censes,qui & te,& oĩb9!& si tu incolumis me requiris,quomodo a me ipam incolumitatem desiderari putas!Nolo cõmemorare quibus rebus sim spoliatus,nõ solũ quia non ignoras,sed etiã ne scindam ipse dolorem meũ.hoc cõfirmo,neq tantis bonis esse priua tum quẽq, neq in tantas miserias incidisse.Dies aũt non modo nõ leuat luctũ hunc,sed etiã auget.nã ceteri dolores mitigañ vetustate,hic nõ potest non & sensu pntis miseriæ, & recordatione preteritę vitę quotidie augeri.Desidero.n.nõ mea solũ, neq meos,sed me ipsum. Quid eñ sum!sed non faciã,vt aut tuum animũ angam querelis,aut meis vulneribus sępius manus afferam.Nã p purgas eos,quos ego mihi scripsi inuidisse,& in eis Catonem:ego vero tantũ illũ puto ab isto scelere abfuisse,vt maxime doleã plus apud me simulationem malorum,q̃ istius fidem valuisse.Ceteri quos purgas,debent mihi ꝓbati esse,tibi si sunt.sed hęc sero agim9.Crassi libertũ nihil puto syncere locutum.in Senatu rem probe scribis actam, sed quid Curio!an & illam orationẽ non legit!quę vnde sit prolata nescio.Sed Maximus Auxius eiusdem diei scribens ad me acta nõ ita laudat Curionẽ.At potest ille aliquid prætermittere: tu nisi qđ erat, profecto nõ scripsisti.Varronis sermo facit expectationẽ Cęsaris,atq vtinam ipe Varro incũbat in causam:qđ ꝓfecto cũ sua sponte,tũ te instãte faciet.Ego si me aliquãdo vestri,& patrię cõporẽ fortuna fecerit, certe efficiã, vt maxime lætere vnus ex oĩbus amicis, meaq officia,& studia,quę parũ antea luxerũt(fatẽdũ est eñ)sic exequar, vt me ęque tibi,ac fratri,ac liberis nostris restitutũ putes.Si quid in te peccaui,ac poti9 qm̃ peccaui,ignosce, in me eñ ipsum peccaui vehemẽtius.Neq eo hęc scribo,quo te nõ meo casu maximo dolore affectũ esse sciam:sed ꝓfecto si quantũ me amas,& amasti,tantũ amare deberes,ac debuisses,nũq̃ esses passus me,quo tu abũdas,egere cõsilio,nec esses passus mihi persuaderi,vtile nobis esse legẽ de collegis proferri.Sed tu tãtũ lachrymas prębuisti dolori meo,qđ erat amoris,tãq̃ ipe ego:qđ meritis meis perfectũ esse potuit,vt dies & noctes quid mihi faciẽdũ esset, cogitares, id abs te meo,nõ tuo scelere ptermissum est.Q2 si nõ modo tu,sed quisq̃ fuisset, qui me Pompeii minus liberali responso perterritũ a turpissimo cõsilio reuocaret,qđ vn9 tu facere maxime potuisti,victores hodie viueremus.Hic mihi ignoscas,me eñ ipsum multo magis accuso.deinde te,quasi me alterũ,& simul meę culpę sociũ quęro.si restituor, etiã min9 deliquisse videbimur,abs teq certe,qm̃ nullo nostro,tuo ipsius beneficio diligemur.Qđ te cum Curio ne scribis de priuilegio locutũ,est aliquid,sed multo est melius abrogari.si eñ nemo impediret,sic est firmius.sin erit qui ferri nõ sinat,eidẽ S.C.intercedet,nec quicq̃ aliud opus est, q̃ abrogari.nã prior lex nos nil lędebat:quã si,vt est promulgata, laudare voluissem9, aut vt erat negligẽda,negligere,nocere oĩno nobis nõ potuisset.Hic mihi primũ non modo consiliũ defuit,sed etiã obfuit.Cęci,cęci iquã fuim9 in vestitu mutãdo,i populo rogãdo,qđ nisi noiatim mecũ agi cœptũ esset,fieri pernicioſum fuit.sed pergo pterita. verũtñ ob hanc causam, vt si quid agereẽ,legẽ illã,in qua popularia multa sunt,ne tãgatis. Verũ,est stultũ me pcipere, qd agatis,aut quomodo.Vtinã modo agaẽ aliquid,in quod ipsa iubeat. Multa occultant tuæ literę,credo ne vehementius desperatione perturber.Quid enim vides agi posse, aut quomodo!per Senatum ne!ast tute scripsisti ad me,quoddã caput legis Clodium in curiæ poste fixisse,ne referri,neve dici liceret.Quid igitur Domitius se dixit relaturum!Quomodo autẽ iis, quos tu scribis,& de re dicentibus,& vt referretur postulãtibus,Clodius tacuit!Ac si per populũ,poterit ne nisi de oĩm Tri.Ple,sentẽtia!quid de bonis!quid de domo!poterit ne restitui! aut si nõ poterit,egomet quomodo potero!Hæc nisi videris expediri,quã i spem me vocas!si aũt spei nihil est,q̃ est mihi vita!Itaq expecto Thessalonicę acta Cal.Sextil. ex quib9 statuam in tuos ne agros cõfugiã,vt neq videã hoes,quos nolim,& te,vt scribis,videã,& ppius sim si quid agaẽ,idq intellexi,cũ tibi,tũ Q.fratri placere,an abeã Cyzicũ.Nũc Põponi,qm̃ nil impertisti tuę prudentię ad salutẽ meã,q aut in me ipso satis esse consilii decreueras,aut te nil etiã mihi plus debere,q̃ vt ꝑsto esses,quando quidẽ ego ꝑditus,inductus,cõiectus in fraudẽ

Doloris vehementis causę.

Dolor ingẽs

Cato Cic. inuidit.

Lex de collegis.

Ast tute.

omnia mea præsidia neglexi, totã Italiã in me erectã ad me defendẽdũ destituí, & reliquí, me meis tradidi inimicis, inspectãte, & tacẽte te, qui si nõ plus ingenio valebas, q̃ ego, certe timebas tu min⁹: si potes, erige afflictos, & in eo nos iuua. sin omnia sunt obstructa, id ipsum fac vt sciamus, & nos aliqñ aut obiurgare, aut cõmuniter cõsolarí desine. Ego si tuam fidẽ accusarem, nõ me potissimũ tuis tectis crederem: meã amentiam accuso, q̃ a te tantũ amarí, quantum ego vellem, putauí: qd si fuisset, fidẽ eandem, curã maiorem adhibuisses, me certe ad exitium prẽcipitantem retinuisses: istos labores, quos nũc in naufragiis nostris suscipis, nõ subisses. Itaq; fac, vt omnia ad me perspecta, & explorata perscribas, meq; vt facis, velis esse alíquẽ, quoniã qui fuí, & qui esse potuí, iam esse nõ possum: & vt his literis, nõ te, sed me ipsum a me esse accusatum putes. Si qui erunt, quibus putes opus esse meo nomine literas dari, velím cõ scribas, cureq; dandas. Vale. Dat. XIIII. Calẽ. Septemb. Thessalonicæ.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

TOtum iter mihí incertũ facit expectatio literarũ tuarũ Calẽ. Sextil. datarum non aliud aliquid. si spes erit, Epeirũ: sin minus Cyzicũ, aut aliud quíd sequemur. Tuę quidẽ literę, quo sępius a me leguntˇ, hoc spem faciunt mihí minorem, q̃ cũ latæ sunt. tũ id, qd attulerũt ad spem, infirmant: vt facile appareat, te, & consolationí seruire, & veritatí: idq; te rogo plane, vt ad me, quæ scís, vt erunt: quę putabís, ita scribas. Vale. Dat. XII. Cal. Septembr.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Ex ante diẽ Liuinus.

EQ. fratre nuntií nobis tristes, nec varií venerãt, ex ante diẽ Non. Iun. vsq; ad prid. Cal. Septẽb. Ego autẽ diei ei veniens in M. Reguli. Liuinus ad me a Regulo missus venit, is omnino mentionẽ nullam factam esse nunciauit: sed fuisse tñ sermonẽ de C. Clodií filio, isq; mihi tum a fratre literas attulit: sed postridie Sextií pueri venerũt, qui a te literas attulerũt, nõ tã exploratas a timore, q̃ sermo Liuini fuerat. Sane sum in meo infinito mœrore sollicitus, & eo magís, q̃ Appii quęstio est. Cętera, quę ad me eisdẽ literís scribís de nostra spe, intelligo esse languidiora, q̃ alií ostendũt. Ego aũt, qm̃ nõ longe ab eo tempore absumus, in quo res diiudicabitur, aut ad te conferã me, aut etiã nunc circũ hęc loca cõmorabor. Scribit ad me frater omnia sua per te vnũ sustinerí. Quid te aut horter, qd facis, aut agam gratias, qd non expectas? Tantũ velím fortuna det nobis potestatẽ, vt incolumes amore nostro pfruamur. Tuas literas semper maxime expecto: in quibus caue, ne aut diligentia tua mihí molesta, aut veritas acerba sit. Vale. Dat. prid. Non. Septemb.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

EXpectationẽ nobis nõ paruã attuleras, cũ scripseras Varronẽ tibí p amicitia cõfirmasse, causam nostrã Põpeiũ certe susceprurũ, & simulac a Cę sare ei literę, quas expectaret, remissę essent, auctorẽ etiam daturũ. vtrum id nihil fuit? an aduersatę sunt Cęsaris literę? an est aliquid in spe? Etiã illud scripseras eundẽ secundũ comitia dixisse. Fac, si vides quantis in malís iaceã, & si putas esse hũanitatis tuę, me fac de tota causa nostra certiorẽ. Nã Q. frater homo mirus, q̃ me tã valde amat, oĩa mittit spei plena, metuens credo defectionẽ animí mei. Tuę autẽ literę sunt varię, neq; em̃ me desperare vís, nec temere sperare. Fac obsecro te, vt omnia quę a te prospící possunt, sciamus. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

QVod eiusmodí mihí literę a vobis afferebanˇ, vt aliquid ex iis esset expectãdum, spe & cupiditate Thessalonicæ detẽtus sum. Posteaq̃ omnis actio huiⁿ anni confecta nobis videbatur, in Asiam ire nolui, q̃ & celebritas mihí odio est, & si fieret aliquid a nouis magistratibus, abesse longe nolebã. Itaq; in Epeirum ad te statuí me conferre: non quo mea interesset loci natura, quí lucem omnino fugerem: sed vt saltem libentissime ex tuo portu proficiscar. & si ea p̃ cisa erit, nusq̃ facilius hanc miserrimã vitam vel sustentabo, vel qd̃ multo est melius, abiecero cum paucis, multitudinem dimittam. Me tuę literę nunq̃ in tantã spem adduxerunt, quantam alioq;. attamẽ mea spes etiã tenuior semp fuit, q̃ tuę literę. Sed tñ quoniam cœptũ est, age quoquo modo cœptũ est, & quacunq; de causa, non deserã neq; optimi atq; vnici fratris miseras, atq; luctuosas preces, nec Sexti, cęterorumq; promissa, nec spem ęrumnosissimæ mulieris

Terentię,nec miſerrimę mulieris Tulliolæ obſecrationẽ,& fideles literas tuas. mihi Epeirus aut iter ad ſalutem dabit,aut qđ ſcripſi ſupra,te oro,& obſecro T.Põponi,ſi me ampliſſimis, chariſſimis,iucundiſſimiſq; rebus perfidia hominum ſpoliatũ,ſi me a meis conſiliariis prodi tum,& proiectum vides,ſi intelligis me coactum,vt ipſe me,& meos perderẽ,vt me tua miſe ricordia iuues,& Quintum fratrẽ,qui poteſt eſſe ſaluus,ſuſtentes:Terentiam liberoſq; meos tueare:me,ſi putas te iſtic viſurum,expectes.ſi minus,reuiſas ſi potes,mihiq; ex agro tuo tan tum aſſignes,quantũ meo corpore occupari poteſt:& pueros ad me cũ literis q̃primum,& q̃ ſępiſſime mittas. Vale.XVI.Cal.Octob.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

A.Cęcilio,Quinto fratri,& P.Attico.qđ quidẽ ita eſſe,& auunculũ tuum fun ctũ eſſe officio,vehemẽtiſſime probo.gaudere me tũ dicã,ſi mihi hoc verbo licebit vti.Me miſerũ, q̃ oĩa eſſent ex ſententia,ſi nobis animus, ſi conſiliũ,ſi fides eorũ,quib9 credidimus,non defuiſſet.quę colligere nolo,ne augeã mœ rorem.Sed tibi in mentem venire certe ſcio,quę vita eſſet noſtra,quę ſuaui tas,quæ dignitas:ad q̃ recuperanda p fortunas incumbe,vt facis:diemq; na talem reditus mei cura,vt in tuis ædibus amœniſſimis agam tecum, & cum meis.Ego huic ſpei & expectationi,quę nobis proponitur,maxime tamen volui pręſtolari apud te in Epeiro: ſed ita ad me ſcribitur,vt putẽ eſſe commodius nos eiſdẽ in locis eſſe.De domo, & Curionis oratione,vt ſcribis,ita eſt.in vniuerſa ſalute,ſi ea modo nobis reſtituatur,inerunt omnia, ex quibus nihil malo,q̃ domum:ſed tibi nihil mando nominatim: me totum tuo amori, fideiq; cõmendo. Q; te in tanta hæreditate ab omni occupatione expediſti, valde mihi gratum eſt. Q; facultates tuas ad meã ſalutẽ polliceris,vt oĩbus rebus a te pręter cęteros iuuer,id quan tũ ſit pręſidiũ,video:intelligoq; te multas parteis meę ſalutis & ſuſcipere,& poſſe ſuſtinere, neq; vt ita facias,rogandũ eſſe. Q; me vetas quicq̃ ſuſpicari accidiſſe ad animũ tuũ, qđ ſecus a me erga te commiſſum,aut prętermiſſum videretur,gerã tibi morẽ, & liberabor iſta cura: tibi tamẽ eo plus debebo,quo tua in me humanitas fuerit excelſior,q̃ in te mea. Velim quid videas,quid intellígas,quid agatur,ad me ſcribas,omneiſq; ad noſtram ſalutẽ adhortere.Ro gatio Seſtii,neq; dignitatis ſatis habet,nec cautionis.nam & nominatim ferre oportet, & de bonis diligentius ſcribi,& id animaduertas velim. Vale.IIII.Non.Octob. Theſſalonicę.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

TRiginta dies erant ipſi,cum dabã has literas,p quos nullas a vobis acceperã. Mihi autẽ erat in animo iam,vt antea ad te ſcripſi, ire in Epeirum,& ibi o mnem caſum potiſſime expectare. Te oro,vt ſi quid erit, qđ perſpicias quan cunq; in partem,q̃pleniſſime ad me ſcribas:& meo nomine,vt ſcribis,literas quibus putabis opus eſſe,vt des. Vale. V.Cal.Nouemb. Potiſſime,

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

TSi diligenter ad me Q.frater, & Piſo,quę eſſent acta,ſcripſerant,tñ vel lem tua te occupatio non impediſſet,quo minus,vt cõſueuiſti, ad me qđ ageretur,& qđ intelligeres.pſcriberes. Ne adhuc Plãtius liberalitate ſua retinet iã aliquoties conatum ire in Epeirũ.Spes homini eſt iniecta non eadem quę mihi,poſſe nos vna decedere.quã rem ſibi magno honori ſpe rat fore. Sed iam cũ aduentare milites dicunt,faciẽdum nobis erit,vt ab eo diſcedamus.qđ cũ faciemus,ad te ſtatim mittemus,vt ſcias,vbi ſimus. Lentulus ſuo in nos officio,qđ & re,& promiſſis declarat,etiam literis ſpem nobis nõnullam affert Pompęii voluntatis.ſępe eñ tu ad me,ſcripſiſti eum totũ eſſe in illius poteſtate.De Me tello ſcripſit ad me frater,quantũ ſperaret,perfectum eſſe per te.Mi Pomponi pugna,vt tecũ & cum meis mihi liceat viuere, & ſcribe ad me omnia.premor cũ luctu,tũ deſiderio omniũ rerum,quę mihi me chariores ſemper fuerant.Cura vt valeas.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

EGo q; per Theſſaliam ſi irem in Epeirum,perdiu nihil eram auditurus, & q; mei ſtu dioſos habeo Dyrrhachinos,ad eos perrexi, cum illa ſuperiora Theſſalonicæ ſcri pſiſſem.inde cum ad te me conuertam,faciam vt ſcias. Tuq; ad me velim omnia q̃di ligentiſſime,†quoquo modo ſunt,ſcribas.Ego iam aut rem,aut ne ſpem quidem expecto. Va le. VI.Cal.Decemb.Dyrrhachii. †cuicui modi,

Epistol. ad T. P. Atticum

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

AD quintum Cal. Decemb. tres epistolas a te accepi. vnam data ad. VIII. Cal. Nouemb. in qua me hortaris, vt forti animo mẽsem Ian. expectem, eaq; quæ ad spem putas pertinere de Lentuli studio, de Metelli voluntate, de tota Pompeii ratione perscribis. In altera epistola præter consuetudinẽ tuam diem nõ adscribis, sed satis significas tẽpus. lege em̃ ab octo Tri. Ple. promulgata, scribis te eas literas eo die dedisse, id est ad. IIII. Calen. Nouemb. & quid putes vtilitatis eam promulgationẽ attulisse, scribis. In quo si hęc iam nostra salus cũ hac lege desperata erit, velim pro tuo in me amore hanc inanẽ meam diligentiam miserabilem potius, q̃ ineptam putes. sin est aliquid spei, des operã, vt maiore diligentia posthac a nostris magistratibus defendamur. Nam ea vetus Tri. Ple. rogatio tria capita habuit. Vnũ de reditu meo scriptum incaute. nihil enim restituitur præter ciuitatẽ, & ordinem, qđ mihi pro meo casu satis est: sed quę cauenda fuerint, & quomodo, te non fugit. Alterũ caput est tralatitium de impunitate, si quid cõtra alias leges eius legis ergo factũ sit. Tertiũ caput, mi Põponi, quo cõsilio, & a quo sit inculcatum, vide. scis em̃ Clodium sanxisse, vt vix aut omnino non posset, nec per Senatũ, nec per populũ ifirmari sua lex. Sed vides nunq̃ esse obseruatas sanctiones earũ legũ quę abrogarentur. nam si id esset, nulla fere abrogari posset. neq; em̃ vlla est, quæ non ipsa se sepiat difficultate abrogationis: sed cum lex abrogat, illud ipsum rogatur, quomodo ea abrogari oporteat. Hoc cũ re vera ita sit, & cũ semp ita habitum, obseruatũq; sit, octo nostri Tri. Ple. caput posuerũt hoc: si quid in hac rogatione scriptũ est, qđ p leges Ple. ve scita S. C. hoc est qđ p legẽ Clodiã promulgare, abrogare, derogare, obrogare sine fraude sua nõ liceat, nõ licuerit, qđ q; pmulgauerit, derogauerit, ob eã rẽ pœnę mulcta vt sit. C. M. hoc in illis Tri. Ple. nõ lędebat. Lege. n. Collegę sui nõ tenebant, quo maior est suspitio malitię alicuius, cũ id, qđ ad ipsos nihil pertinebat, erat aũt cõtra me, scripserunt, vt noui Tri. Ple. si essent timidio res multo magis sibi eo capite vtendũ putarẽt. Neq; id a Clodio prętermissum est. dixit em̃ in cõcione ad. III. Non. Nouemb. hoc capite designatis Tri. Ple. rescriptũ esse, quid liceret. Tñ in lege nulla esse eiusmodi caput te nõ fallit. q; si opus esset, oẽs in abrogando vterent. Nummiũ ac cęteros fugerit, inuestiges velim, & quis attulerit, & quare octo Tri. Ple. ad Senatũ de me referre nõ dubitarint. Siue q; obseruandũ illud caput putabãt, & ideo in eo rogando tã cauti fuerunt, vt id metuerẽt, soluti cũ essent, qđ ne iis quidẽ, qui lege tenent, est curandũ. Id caput sane nolim nouos Tri. Ple. ferre, sed perferãt modo quidlibet. vno capite quo reuocabor (modo res cõficiat) ero contentus. Tralatitiũ. Iãdudum. Iãdudũ pudet tam multa scribere. Vereor em̃ ne re iam desperata legas: vt hęc mea diligẽtia miserabilis tibi, aliis irridẽda videat. Sed si est aliquid in spe, vide legem, quã T. Fadio scripsit T. Visellius. ea mihi perplacet. nã Sestii nostri quã tu tibi probari scribis, mihi nõ placet. Tertia est epistola prid. Id. Nouemb. data. in qua exponis prudenter, & diligẽter quę sint, quę rem, operamve distinere videant, de Crasso, de Pompeio, & cæteris. Quare oro te, vt siqua erit spes posse studiis bonorũ, auctoritate multitudinis cõparata, rem confici, des operã, vt vno impetu perfringant, in eam rem incũbas, & cęteros tu excites. Sin, vt ego perspicio tum tua coniectura, tũ etiã mea, spei nihil est, oro, obtestorq; te, vt Q. fratrem ames, quẽ ego miserũ misere perdidi, neve quid eũ patiare grauius consulere de se, q̃ expediat sororis tuę filio. Meum Ciceronem, cui nihil misello relinquo præter inuidiã, & ignominiam nominis mei, tuere, quoad poteris. Terentiã vnam omniũ ęrumnosissimam sustentes tuis officiis. Ego in Epeirũ proficiscar, cũ primor̃ dierum nuncios excepero. Tu ad me velim proximis literis, vt se initia dederint, perscribas. Vale. Prid. Cal. Decemb.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

ANtea, q̃ ad me scripsissetis vestro cõsensu Coss. prouincias ornatas esse, etsi verebar quorsum id casurum esset, tamen sperabam vos aliquid aliquando videsse prudentius. Post q̃ mihi dictum est, & scriptum, vehementer consiliũ vestrum reprehendi, grauiter sum commotus, q; illa ipsa spes exigua, quę erat, videtur esse sublata. nam si Tri. Ple. nobis succensent, quæ potest spes esse? ac videntur iure succensere, cum expertes cõsilii fuerint, & qui causam nostram susceperant, & qui nostra concessione omnem vim sui iuris amiserint. præsertim cum ita dicant, se nostra causa voluisse suam potestatem esse de Consulibus ornandis, non vt eos impedirent, sed vt ad nostram causam adiungerent. Nunc si Consules a nobis alieniores esse

velint,posse id libere facere:sin vellēt nostra causa,nihil posse eis inuitis.Nā qđ scribis,ni ita nobis placuisset,illos hoc idem per populū assecuturos fuisse,inuitis Tri.ple.fieri nullo modo potuit.ita vereor,ne & studia Tribunorū amiserimus:& si studia maneāt, vinculū illud adiūgendorū Coss.amissum sit.Accedit aliud nō paruū incōmodū, q grauis illa opinio, vt qdē ad nos pferebat,Senatū nihil decernere ante,q̄ de nobis actū esset,amissa est.prēsertim i ea causa,quę nō modo necessaria nō fuit,sed etiā inusitata,ac noua.neq; em̄ vnq̄ arbitror ornatas esse Prouincias designatoꝝ:vt cū in hoc illa cōstātia,q̄ erat mea causa susceptа,immi nuta sit,nihil iā possit nō decerni.Iā his,ad quos relatū est,amicis placuisse nō mirū sit,erat enim difficile reperire,q cōtra tanta cōmoda duorū Coss.palā sentētiā diceret,& fuit omnino difficile nō obsequi vel amicissimo homini Lentulo,vel Metello,qui simultatē humanissime deponerēt.Sed vereor,ne hos cū tenere potuerimus,Tri.ple.amiserimus.Hæc res quēadmodū ceciderit,& tota res quo loco sit,velim ad me scribas,& ita,vt instituisti.nā ista veritas,etiam si iucunda non est,mihi tamen grata est.Vale.Dat.IIII.Id.Decemb.

Veritas grata licet nō iucūda.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

DOst tuū a me discessum literę mihi Roma allatę sunt,ex qbus prospicio nobis in hac calamitate tabescendum esse.neq; enim(sed bonam in partem accipies)si vlla spes salutі nostrę subesset,tu pro tuo amorē in me,hoc tempore discessisses. Sed ne ingrati,aut ne oīa velle nobiscū vna interire videamur,hoc omitto.illud abs te pęto,des operam,illud quod mihi affirmasti, vt te ante Calen.Ianu.vbicunq; erimus,sistas. Vale.

Sistere.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

LIterę mihi a Q.fratre cū S.C.qđ de me est factū,allatę sunt.mihi in aīo est,legum lationem expectare.Si obtrectabitur,vtar auctoritate Senatus:& potius vitā,q̄ patria carebo.Tu quæso festina ad nos venire.Vale.VI.Calend.Ian.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

EX tuis literis,& ex re ipsa nos funditus periisse video.Te oro,vt quibus in reb⁹ mei tuis indigebunt,nostris miseriis ne desis.Ego te,vt scribis, cito videbo. Plura non scribo.cura vt valeas.

M.T.CICERONIS EPISTOLARVM AD T.POMPONIVM ATTICVM LIBER QVARTVS.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

VM primū Romā veni,fuitq; cui recte ad te literas darē,nil prius mihi faciēdū putaui,q̄ vt tibi absenti de reditu nostro gratularer. Cognoui enim,vt vere scribam,te in cōsiliis mihi dādis fortiorem prudētioremq;,q̄ me ipsum,etiā ppter tuā in me obseruātiā nimium in custodia salutis meę diligentē:eūdēq; te,qui primis temporibus erroris nostrі,aut totius furoris particeps,& falsi rumoris socius fuisses,acerbissime dissidium nostrum tulisse:plurimūq; operæ,studii,diligentię,laboris,ad cōficiendū reditū meū cōtulisse.Itaq; hoc tibi vere affirmo,in maxima lętitia,& exoptatissima gratulatione, vnū ad cumulandū gaudiū cōspectū,aut potius cōplexū mihi tuū defuisse,quē semel nactus nunq̄ dimisero. Ac nisi etiā prętermissos fructus tuæ suauitatis præteritі temporis omnes exegero, pfecto hac restitutione fortunæ me ipse nō satis dignum iudicabo.Nos adhuc in nostro statu, qđ difficillime recuperari posse arbitrati sumus,splēdorē nostrum illum forensem,& in Senatu auctoritatem,& apud viros bonos gratiam,magis q̄ optamus cōsecuti sumus.In re autem familiari,quæ quēadmodū fracta,dissipata,direpta sit,non ignoras,valde laboram⁹,tuarūq; non tam facultatū,quas ego nostras esse iudico,q̄ consiliorum ad colligendas,& constituendas reliquias nostras indigemus.Nunc, etsi omnia aut scripta esse a tuis arbitror,aut etiā nunciis,ac rumore perlata, tamen ea inscribam breui,quę te puto potissimū ex meis literis velle cognoscere.Pridie No. Sextil.Dyrrhachio sum pfectus,ipso illo die,quo lex est lata de nobis. Brūdusium veni No. Sextil.ibi mihi Tulliola mea fuit pſto natali suo ipso die,quі casu idem natalis erat & Brun

dusinę colonię,& tuę vicinę salutis: quæ res animaduersa a multitudine summa lętitia Brũdusinorũ. Et ego ante sextum diẽ Id.Sextil.cognoui,cum Brundusii essem,literis Q.fratris, mirifico studio omniũ ætatũ,atq; ordinũ,incredibili concursu Italię,legẽ comitiis centuriatis esse platã.Inde a Brũdusinis honestissime ornatus,iter ita feci, vt vndiq; ad me cũ gratulatione legati cõuenerint.Ad vrbẽ ita veni,vt nemo vllius ordinis homo nomẽclatori not⁹ fuerit,qui mihi obuiã nõ venerit,pter eos inimicos,quib⁹ id ipsum se inimicos esse,nõ liceret aut dissimulare,aut negare.Cũ venissem ad portã Capenã,gradus tẽplorũ ab infima plebe cõpleti erãt:a qua plausu maximo,cũ esset mihi gratulatio significata,similis & frequentia,& plausus me vsq; ad Capitoliũ celebrauit.In foro,& in ipso Capitolio,mirãda multitudo fuit.Postridie in Senatu,qui fuit dies No.Septẽb.Senatui gratias egimus.Eo biduo,cum esset annonæ summa caritas, & homines ad Theatrũ primo,deinde ad Senatũ cõcurrissent impulsu Clodii,mea opa frumenti inopiã esse clamarẽt,cũ per eos dies Senat⁹ de annona haberẽt,& ad ei⁹ pcurationẽ sermone nõ solũ plebis,verũ etiã bonorũ Pompeius vocarẽt,idq; ipse cuperet,multitudoq; a me nominatim,vt id decernerẽ,postularet:feci,& accurate sentẽtiã dixi,cũ abessent cõsulares,q tuto se negarent posse sententiã dicere,pter Messalã,& Cerã niũ.Factũ est S.C.in meã sentẽtiã,vt cũ Põpeio ageret,vt eã rẽ suscіperet , lexq; ferret.Quo S.C.recitato,cũ populus more hoc insueto,& nouo plausu meo noĩe in recitando dedisset, habui concionẽ.omnes magistratus prẽsentes,pter vnũ Pr.& duos trib.ple.nomen dederũt. Postridie Senatus frequẽs,& oẽs cõsulares nil Pompeio postulãti negarũt.Ille legatos quindecim cũ postularet,me principẽ noĩauit,& ad oĩa me alterũ se fore dixit. Legẽ Coss.conscripserunt,qua Pompeio p quinquẽniũ oĩs potestas rei frumẽtarię,toto orbe terrarũ daret.Alterã Messala,isq; oĩs dat pecunię potestatẽ,& adiũxit classem,& exercitũ, & maius imperium in puinciis,q̃ sit eorũ,qui eas obtineãt.Illa nostra lex cõsularis nũc modesta videt:hæc Messalę nõ ferẽda.Põpeius illã se velle dicit: familiares hãc.Cõsulares duce Fauonio fremũt.Nos tacemus,& eo magis,q de domo nostra nihil adhuc Põtifices responderũt:qui si sustulerit religionẽ,aream pclarã habebimus,superficiẽ Coss.ex S.C.æstimabũt.sin aliter,demolientur, & suo noĩe locabũt.rem totã æstimabũt.Ita sunt res nostrę,vt in secũdis,fluxę: vt in aduersis,bonę.In re familiari valde sumus,vt scis,perturbati.Pręterea sunt q̃dam domestica, q̃ literis nõ committo.Q.fratrem ĩsigni pietate,virtute,fide pditũ sic amo,vt debeo. Te expecto, & oro,vt matures venire,eoq; animo venias,vt me tuo cõsilio egere nõ sinas. Alterius vitæ quoddã initiũ ordimur.nam quidam,qui nos absentes defenderunt, incipiunt præsentibus occulte irasci,aperte inuidere.vehementer te requirimus. Vale.

Comitia centuriata Nomẽclator. Capena porta.

Caritas sũma annonę Noĩatim.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

SI forte rarius tibi a me,q̃ a cæteris,literæ redduntur,pto a te,vt id nõ modo non negligentiæ meæ,sed ne occupationi quidem tribuas: quæ etsi summa est,tamen nulla esse potest tanta,vt interrũpat iter amoris nostri,& officii mei.Nam,vt veni Romã,iterum nunc sum certior factus,cui darem literas.itaq; has literas alteras dedi.Prioribus tibi declarauí, aduẽtus noster qualis fuisset,& quis esset status,atq; omẽs res nostrę quẽadmodũ essent,vt in secundis,fluxę:vt in aduersis,bonę.Post illas datas literas,secuta est summa cõtẽtio de domo.Diximus apud põtifices prid.Calẽ.Octob.acta res est accurate a nobis:& si vnq̃ in dicendo fuimus aliquid,aut etiã si vnq̃ alias fuimus,tũ profecto doloris magnitudo vim quãdam nobis dicendi dedit.Itaq; oratio habet,vt in nostræ fortunæ casu,qd debere non potest:quã tibi,etiam si nõ desideras,tñ mittã cito.Cum pontifices decreuissent ita,si neq; populi iussu neq; plebiscitis,qui se dedicasse diceret,nominatim ei rei pfect⁹ eẽt,neq; populi iussu,aut plebiscitis id facere iussus esset,videri posse sine religione iam partẽ areę mihi restitui:mihi facta statim est gratulatio.Nemo enim dubitat,quin domus esset nobis adiudicata.Tũ subito ille in cõcionẽ ascẽdit,quã Appius ei dedit:nũciat iã populo Põtifices secũdũ se decreuisse, me autem vi conari in possessionẽ venire.hortatur,vt se,& Appium sequat̃,& suam libertatem defendant.Hic cum etiã illi infimi partim admirarent̃,partim irriderent hominis amẽtiam,ego statueram illuc non accedere,nisi cũ Coss.ex S.C.porticum Catuli restituendã locassent.Cal.Octob.habet̃ Senatus frequens,adhibent̃ omnes Pontifices,qui erant Senatores: a quibus Marcellinus,qui erat cupidissimus mei,sententiam primum rogatus , quæsiuit qd essent in decernendo secuti.Tum Lucullus de omnium Collegarum sententia respondit,reli

Oratio pro domo.

Pontifices senatores. Pontifices religionis iudices.

gionis iudices Pontifices fuisse, legis Senatum: se & collegas suos de religione statuisse, in Senatu de lege statuturos. Quisq; horũ loco sententiam rogat⁹, multa secundũ causam nostram disputauit. Cũ ad Clodium ventum est, cupiit diem consumere, neq; ei finis est factus. Sed tñ cum horas fere treis dixisset, odio, & strepitu Senatus, coact⁹ est aliqñ prorare. Cum fieret S.C. in sentẽtiã Marcellini, omnib⁹ pter vnũ assentientibus, Serrani intercessiõe, statim ambo Coss. referre cœperũt. Cũ sentẽtiæ grauissimę dicerent, Senatui placere mihi domũ restitui, porticum Catuli locari, auctoritatẽ ordinis ab oñib⁹ magistratib⁹ defendi: siqua ei esset facta vis, Senatũ existimaturũ eius opera factũ esse, q S.C. intercessissset: Serranus ptimuit & Cornicinus ad suã veterẽ fabulã rediit, abiecta toga se ad generi pedes abiecit: ille noctem sibi postulauit, non concedebant. Reminiscebantur enim Cal. Ian. vix tñ sibi de mea voluntate concessum est. Postridie S.C. factũ est id qđ ad te misi. Deinde Coss. porticũ Catuli restituẽdam locarũt, illam porticũ redemptores statim sunt demoliti libentissimis omnib⁹. Nobis supficiẽ ædiũ Coss. de cõsilii sentẽtia estimarũt HS. vicies, cętera in re valde liberaliter. Tusculanam villam quingẽtis millibus, Formianum HS. ducẽtis quinquaginta millib⁹. q̃ æstimatio non modo vehemẽter ab optimo quoq;, sed etiã a plebe reprehendit. Dices, quid igit causæ fuit? Dicũt illi quidem, pudorẽ meũ, q; neq; negarim, neq; vehementius postularim. sed non est id. nam hoc quidẽ etiam pfuisset. verũ iidem mi T. Pomponi, iidem inquam illi, quos netu quidẽ ignoras, qui mihi pennas inciderant, nolunt easdem renasci: sed vt spero, iã renascũtur. Tu modo ad nos veni, qđ vereor ne tardi⁹ interuẽtu Varronis tui, nostriq; facias. Quoniam acta quæ sint habes, de relíqua nostra cogitatione cognosce. Ego me a Pompeio legari ita sum passus, vt nulla re impedirer, qn, nisi vellem, mihi esset integrum, aut si comitia Cẽsorum pximi Coss. haberent, vt petere possem, aut votiuã legationem suscíperem propc oĩum Fanorũ, ac sacrorũ locorũ. Sic enim nostræ rõnes, vtilitates meæ postulabant. Sed volui meã potestatem esse vel pretendi, vel ineunte æstate exeundi: & interea me esse in oculis ciuiũ de me optime meritoꝝ, non alienum putaui. Forensium quidem rerũ hęc nostra consilia sunt, domesticarum aũt valde impedita, domus ædificatur, scis quo sumptu, qua molestia reficiat Formianũ, qđ ego nec relinquere possum, nec videre. Tusculanum proscripsi. Suburbano nõ facile careo. Amicoꝝ benignitas exhausta est in ea re, quæ nihil habuit pter dedecus, qđ sensisti tu absens, psentes: quorũ studiis ego, & copiis, si esset per meos defensores licitum, facile essem omnia consecutus, quo in genere nunc vehementer laboratur. Cętera quæ me sollicitant, μυσικώτερα sunt. Amamur a fratre: & a filia expectamur. Vale.

Portícus Catuli.

Pennas inciderãt, nolũt renasci.

Votiua legatio.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

AVere te certe scio, tũ scire quid hic agat, tum a me scire: non quo certiora sint ea, q̃ in oculis omniũ gerunt, si a me scribant, q̃ cũ ab aliis tibi aut scribant, aut nuncient: sed vt verũ perspicias ex meis literis, quo modo ea ferã, q̃ gerunt, & qui sit hoc tẽpore aut mentis meę sensus, aut omnino vitę status. Armatis hominibus ante diem tertiũ No. Noueb. expulsi sunt fabri de area nostra. Disturbata porticus Catuli, quæ ex S.C. Coss. locatione reficiebatur, & ad tectũ pene peruenerat. Quinti fratris domus primo fracta cõiectu lapidũ ex area nostra, deinde inflammata, iussu Clodii, inspectante vrbe, cõiectis ignibus, magna q̃rela, & gemitu, nõ dicã bonorũ, qui nescio an vlli sint, sed plane hominũ omniũ. Ille vehemens furere: post hunc vero furorẽ nil nisi cędẽ inimicorũ cogitare: vicatim ambire, seruis apperte spem libertatis ostẽdere. Etem̃ antea, cũ iudiciũ nolebat, habebat ille quidẽ difficilẽ, manifestãq; causam, sed tñ causã: id poterat inficiari, poterat ĩ alios deriuare, poterat etiã aliquid iure factũ defendere. Post has ruinas, ĩcẽdia, rapinas, desert⁹ a suis, vix iã Decimũ designatorẽ, vix Gelliũ retinet. Seruorũ cõsiliis vtit. videt, si omneis, quos vult, palã occiderit, nihilo suã causam difficiliorẽ, q̃ adhuc sit, in iudicio futurã. Itaq; ante diẽ tertiũ Id. Noueb. cũ sacra via discederẽ, insecutus est me cũ suis, clamor, lapides, fustes, gladii, & hæc improuisa omnia. discessim⁹ in vestibulum M. Tetii Damionis: qui erãt mecũ facile operas aditu prohibuerũt. ipse occidi potuit. Sed ego dięta curari incipio, cheirurgię tędet. Ille, omniũ vocib⁹ cũ se non ad iudicium, sed ad supplíciũ psens trudi videret, omneis Catilinas, Sicinioſq; postea reddidit. Nam Milonis domũ meãq; in Ceramio pridie Id. Nouemb. expugnare, & incendere ita conat⁹ est, vt palam hora quinta cum scutis hoies eductis gladiis, alios cũ accẽsis facib⁹ adduxerit. Ipse domũ P. Sullę p castris sibi ad eã impugnationẽ sumpserat. Tum ex Anniana Milonis domo

Auere.

Aedíũ Q. Cice. demolitio.

Vicatim ambire.

Dięta curari: puerb.

Sullæ nunc Syllę.

Quintus Flaccus eduxit viros acreis, occiditq; hoīes ex omni latrocinio Clodiano notissimos. ipsum cupiuit, sed ille se in interiorem partē ædiū abdidit. Sulla in Senatu postridie Id. Nouēb. venit. domi Clodius, egregi⁹ Marcellinus, oēs acres. Metellus calumnia dicēdi tēpus exemit, adiuuāte Oppio, etiam Hercule familiari tuo, de cuius cōstātia, & virtute verissimæ literæ Sestii fuere. Ille postea, si comitia sua nō fierent, vrbi minari. Proposita Marcellini sententia, quā ille de scripto ita dixerat, vt totā nostrā causam areę, incendioꝝ, periculi mei, in eo iudicio cōplecteret, eaq; oīa comitiis anteferret: proscripsit se p omneis dies comitiales de cę lo seruaturū. Cōciones turbulētæ Metelli, temerarię Appii, furiosissimę Publii. Hęc tñ sūma, nisi Miloni C. Appius obnunciasset, comitia futura ante diē. XII. Calē. Decemb. Milo media nocte cū magna manu in cāpum venit. Clodi⁹ cum haberet fugitiuorum delectas copias, in campū ire nō est ausus. Milo pērmansit ad meridiē, mirifica hominum lætitia, summa cū gloria. Contētio fratrū triū turpis, fracta vis, cōtēptus furor. Metellus tñ postulat, vt sibi postero die in foro obnūciet: nihil esse, q; in cāpum nocte veniret, se hora prima in comitio fore. Itaq; ante diē. XI. Cal. Ianu. in comitiū Milo de nocte venit: etiā Metellus cū prima luce furtim in cāpum itineribus ppē deuiis currebat. Assequit inter lucos hominē Milo, obnūciat: ille se recipit magno, turpiq; Q. Flacci cōuitio. Ante diē. X. Cal. nūdinæ, cōcio biduo nulla ante diem. VIII. Calē. Hęc ego scribebā hora noctis nona. Milo iā cāpum tenebat. Marcellus Cādidatus ita stertebat, vt ego vicinus audirē. Clodii vestibulum vacuum sane mihi nunciabatur. pauci pannosi sine laterna. nā eo cōscio oīa illi fieri q̄rebant, ignari quātum in illo heroe esset animi, quātū etiā cōsilii. mirāda virtus est. noua quędā diuina mitto. Sed hęc sūma est, comitia fore nō arbitror. Publiū reū, nisi ante occisus erit a Milone, fore puto: si se ituro Lanuuiū in via obtulerit, occisum iri iā ab ipso Milone video: nō dubitat facere, præ se fert, casum illum nostrum non extimescit. nunq̄ enim cuiusq̄ inuidi, & pērfidi consilio est vsus, nec inerti nobili crediturus. Nos animo dūtaxat vigemus, etiā magis, q̄ cum florebamus: re familiari comminuti sumus. Q. fratris tamen liberalitati pro facultatibus nostris, ne omnino exhaustus essem, illo recusante subsidiis amicorum respondemus. Quid consilii de omni nostro statu capiamus te absente nescimus. Quare appropera, & Vale.

Obnūciari.

Milo.

Stertebat.

Pannosi sine laterna.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Eriucundus mihi Cincius fuit ante diem tertiū Calēd. Feb. ante lucē. Dixit enim mihi te esse in Italia, seseq; ad te pueros mittere, quos sine meis literis ire nolui. nō quo haberē q̄d tibi, pręsertim iam ppē præsenti, scriberē, sed vt hoc ipsum significarē, mihi aduentū tuū suauissimum, expectatissimūq; eē. Quare aduola ad nos, eo aīo vt nos ames, & te amari scias. Cætera coram agemus. hæc properantes scripsimus. Quo die venies, vtiq; cum tuis apud me sis: perbelle feceris, si ad nos veneris, offendes designationem Tyrānionis, mirificā librorum meorum bibliothecam, quorum reliquiæ multo meliores sunt, q̄ putaram. Et iā velim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio vtat glutinatoribus, ad hoc cætera administres, iisq; imperes, vt sumant membranulā, ex qua indices fiant, quos vos græci (vt opinor) συλλάβους appellatis. Sed hæc, si tibi commodū erit. ipse vero vtiq; fac venias, si potes in his locis adhæresce re, & Pyliam adducere. Ita enim & æquum est, & cupit Tullia. Mediusfidius næ tu emisti locum præclarum. Gladiatores audio pugnare mirifice: si locare voluisses, duobus his muneribus liberasses. sed hæc posterius. Tu fac venias, & de librariis, si me amas, diligenter aduerte. Vale.

Glutinatores.

Indices.

Syllabi.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

AN tu me existimas ab vllo malle mea legi, pbariq; q̄ a te? cur igit cuiq̄ misi prius? vrgebar ab eo, ad quē misi, & nō habebā exēplar. Quid etiā? dudū em circūrodo, q̄d deuorādū est. subturpicula mihi videbat esse παλινῳδία. Sed valeāt recta, vera, honesta cōsilia. Non est credibile, q̄ sit pfidia in istis principibus, vt volunt esse, & vt essent, si quicq̄ haberēt fidei. Senseram, noram, inductus, relict⁹, proiectus ab iis: tñ hoc erat in aīo, vt cū iis in rep. consentirē. iidē erāt, qui fuerāt. Vix aliqñ te auctore resipiui. Dices ea te monuisse, suasisse, q̄ fecerā, num etiā vt scriberē? Ego mehercule mihi necessitatē nolui imponere huius nouæ coniunctionis, neq; mihi licet labi ad eos, qui etiā tum, cū misereri mei debēt, non desinūt inuidere. Sed tñ modici fuimus ἀπροπτώσει, vt scripsim⁹: vberiores, si & ille libēter accipiet, nec ii sub-

Subturpicula Palinodia.

rogentur,qui villã me moleſte ferunt habere,quę Catuli fuerat,aut etiã emiſſe nõ cogitant: qui domũ negant oportuiſſe me ędificare,vendere aiunt oportuiſſe.Sed qd ad hoc?ſed quibus ſententiis dixi,qđ & ipſi probarẽt,lætati ſunt tñ me cõtra Pompęii volũtatẽ dixiſſe. Sed quoniam qui nihil poſſunt,ii me nolunt amare,demus operam,vt ab iis,qui poſſunt,diligamur. Dices, vellem iampridẽ.ſcio te voluiſſe,& me.aſt nugigerã manũ fuiſſe.Iã tempus eſt me ipſum a me amari,quando ab illis nullo modo poſſum. Domũ meã,ꝙ crebro inuiſis,eſt mihi valde gratũ.Viaticum Craſſipes præripit,tu de via recta in hortos.videtur commodius ad te,poſtridie ſcilicet.quid enim tua?ſed viderimus.Bibliothecam mihi tui pinxerũt cõſtructione:& ſi ſcribis,eos velim laudes. Vale.

Aſt.
Nugígera manus.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

DE Lentulo ſcilicet ſic fero,vt debeo.virum bonum, & magnum hominem, & in ſumma magnitudine animi multa humanitate tẽpęratũ pęrdidimus, noſꝙ malo ſolatio,ſed non multo tamen cõſolamur,ꝙ ipſius vicem minime dolemus,nõ vt Saufeius,& veſtri mehercule:quia ſic amabat patriam, vt mihi aliquo deoꝝ beneficio videat ex eius incendio eſſe ereptus.Nã qd fœdius noſtra vita?præcipue mea?Nã tu quidẽ, etſi es natura πολιτικὸς,tñ nullam habes propriam virtutem,communis fueris nonne? Ego vero,qui ſi loquor de rep. qđ oportet,inſanus:ſi qđ opus eſt,ſeruus exiſtimor:ſi taceo,oppreſſus,& captus:quo dolore eſſe debeo? quo ſum ſcilicet:hoc etiã acriore,ꝙ dolere qdẽ poſſũ,vt nõ in te ingrat⁹ videar. Quid ſi ceſſare libet,& in otii portũ cõfugere?nequicq̃:immo etiã in bellum,& in caſtra. Ergo erimus ὁπλῖται,qui togati eſſe volumus?ſic faciũdum eſt.Tibi enim ipſi,cui vtinam ſemper paruiſſem,ſic video placere.Reliqua eſt, ὡς ἄρτιον ἔλαχες, ταῦτα κόσμει . non mehercule poſſum,& Philoxeno ignoſco,qui reduci in carcerem maluit.Verũtamen id ipſum mecũ in his locis cõmentor,vt iſta improbem:idꝙ tu,cum vna erimus,confirmabis.A te literas crebro ad me ſcribi video,ſed oẽs vno tempore accepi.Quæ res etiam auxit dolorem meũ.Caſu enim †ternas ante legeram,quib⁹ melius Lentulo eſſe ſcriptum erat.ecce quartæ fulmen. ſed ille,vt ſcripſi,non miſer,nos vero ferrei.Qꝝ me admones,vt ſcribam illa Hortenſiana,in alia incidi non immemor iſtius mandati tui,ſed mehercule incipiendo refugi , ne ꝙ videor ſtulte illius amici non intemperiem tuliſſe,rurſus ſtulte iniuriam illius faciam illuſtrẽ, ſi qd ſcripſero:& ſimul ne βαθύτης mea,quæ in agendo apparuit,in ſcribendo ſit occultior, & aliquid ſatiſfactio leuitatis habere videat.ſed viderim⁹. Tu modo q̃ſæpiſſime ad me aliqd.Epiſtolam,Luceio quã miſi,qua resmeas vt ſcribat rogo,fac vt ab eo ſumas:valde bella eſt:eum ꝙ,vt approperet,adhorteris, & ꝙ mihi ſe ita facturũ reſcripſit,agas gr̃as. Domũ nr̃am,quo ad poteris,iuiſas.Veſtorio aliqd ſignifices.valde.n.eſt ĩ me liberalis,nihil ἐυκαιρότερον.Vale.

Vicẽ dole.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

PIſtola tua me ſollicitũ de Q.noſtro,puero optimo,valde leuauit.Venerat horis duab⁹ ante Cherippus.mera mõſtra nũciarat.De Apollonio qđ ſcribis,illi Dii ſint irati,homini gręco,qui cõturbare quidẽ putat ſibi licere,qđ equitibus Ro.nã Terentius ſuo iure de Metello , ἧκε σὼ φθιμβώοισι.ſed tñ multis annis ciuis nemo erat mortuus.Quid quidẽ tibi nummi? meo pęriculo ſint.Quid enim vereris quencunꝙ hæredem fecit?niſi Publiũ fecit.verũ fecit nõ improbe,q̃q̃ fuit ipſe.Quare in hoc Thecam nũmariã nõ retexeris , in aliis eris cautior.Mea mãdata de domo curabis,p̃ſidia locabis,Milonẽ admonebis.Arpinatũ fremitus eſt incredibilis.De Laterio quid quęris?Eqdẽ dolui ὅτε οὐκ ἔστι μῦθος . Qđ ſupereſt,etiã puerũ Ciceronẽ curabis,& amabis,vt facis. Vale.

Apollonío dii ſint irati.

Theca nũmaria.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

MVlta me in epla tua delectarũt,ſed nihil magis,q̃ patina Tyrotarichi.cœnã paraui Diſculo.Qđ ſcribis,μήπω μέγα εἶπῃς πρὶν πελέσσαι ἀνλάκα?ędificati tibi in agris nihil reperio.In oppido eſt quiddã,de quo eſt dubiũ,ſit ne venale,ac pximũ noſtris ædib⁹.Hoc ſcito,Antiũ Buthrotũ eſſe Romę, vt Corcyrę illud tuũ:nihil quietius eſt,nihil ſalſius,nihil amœni⁹. Poſtea vero q̃ Tyrannio mihi libros diſpoſuit,mẽſa addita videt meis ædibus.Qua quidẽ in re mirifica opera Dionyſii,& Menophili tui fuit.Nihil venuſtius,q̃ illa tua pægmata. poſtq̃ miſiſti libros,illuſtrarunt valde. Et ſcribas ad me velim de gladiatorib⁹,ſed ita bene ſi rẽ ge

†trinas.
Quartę fulmen.

Pægmata.

tunt,nõ quæro male sic egísse.Apænas vix díscesserat cũ epístola.quid ais?putas ne fore,vt legem nõ ferat?díc oro te clarius.vix enim mihi exaudísse vídeor.verũ statim fac, vt sciam,si modo est commodũ. Ludis quidem quoniam dies est addit⁹,eo etiam melius hic eum diem cũ Dionysio conteremus.De Trebonio prorsus tibi assentior.De Domitio οὐδὲν ὄντως ὁμοιον ταῦ νῦν εἰδώλου,q̃ est ista πρᾶξις nostra,vel qđ dabis dein,vel qđ præter opinionem,vel qđ viri boni nusq̃ vnum dissimile,qđ huic merito.Nã de ipso casu nescio an illud melí⁹. Quid enim hoc miserius,q̃ eum,qui tot annos,quot habet,Dei Cos.fuerit,fieri Cos.non posse?præsertim,cum aut solus,aut certe non plus,q̃ cum altero pœtat.Si vero id est, qđ nescio an sit, vt non minus longas iam in codicillorum fastis futurorum Coss.paginulas habeat, q̃ factorum,quid illo miserius?nisi respu.in qua nec speratur quidem melius qcq̃.De Natta ex tuis primum sciui literis,oderam hominem.De poemate qđ queris,quid si cupiat effugere?quid si finat?De Fabio Lusco qđ erã exorsus,homo pœramãs semp nostri fuit,nec mihi vnq̃ odio. satis enim acutus,& pmodestus,ac bene frugi.Eum quia non videbam,abesse putabam. Audiui ex Gauio hoc Firmano,Romæ esse hominẽ,& fuisse assiduũ:pœrcussit animũ.Dices tantula nec ã?Permulta ad me detulerat nõ dubia de Firmanis fratribus,qd sit qđ se a me remouit si mõ remouit,ignoro.De eo qđ me mones,vt & me gerã πολιτικῶς,& in eo γραμμὴν te neã,ita faciam,sed opus est maiore prudentía,quã a te,vt soleo,pœtã. Tu velim et Fabium,si quem habes aditũ,odorere,& istũ cõuiuã tuum degustes,& ad me de istis rebus, & omnib⁹ quotidie scribas.Vbi nihil erit qđ scribas,id ipsum scribito.Cura vt valeas.

Cõsul des.

Paginulæ.

Gauius.

Odorari Fabium.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

SAne velim scire num cẽsum impẽdant Tribuni díeb⁹ initiãdis,(hic em̃ est rumor) totaq; de censura qd agant,quid cogitent.Nos hic cum Põpeio sumus,multa mecũ de repub.sane sibi displicens,vt loquebat̃,(sic est enim in hoc homine dicendũ)Syriã spernẽs,Hispaniam iactans.hic quoq; vt loquebat̃,& opinor vsquequaq;.De hoc cũ dicem⁹,sit hoc quasi καὶ τόδε φωκυλίδου.Tibi etiã gratias agebat,q; signa cõponẽda suscepisses.In nos vero sua uissime hercule ẽ effusus.Venit etiã ad me in Cumanũ,ac se nihil min⁹ velle mihi visus est, q̃ Messalã cõsulatũ pœtere.de quo ipso si qd scis,velim scire.Q; Luceio scribis te nostrã gloriã cõmẽdaturũ,& ẹdificiũ nostrũ,qđ crebro iuisis,gratũ,Q.Frater ad me scripsit se,qm̃ Ciceronẽ suauissimũ secũ haberet,ad te No.Maiis vẽturũ.Ego me de Cumano moui ante diẽ V.Cal.Maii.eo die Neapolim apud Lętum veni ante diem.IIII.Cal.Maii.iens in Pompeianũ bene mane hæc scripsi.Puteolis magnus est rumor Ptolemęum esse in regno.Si quid habes certi⁹,velim scire.Ego hic pascor bibliotheca Fausti.fortasse tu putabas his reb⁹ Puteolanis & Lucrinensib⁹.ne ista qdẽ desunt,sed mehercule a cæteris oblectatiõib⁹ deseror, & voluptatibus propter remp.Sic literis sustẽtor,& recreor:maloq; in illa tua sedecula, quã habes sub imagine Aristotelis sedere,q̃ in isto; Sella curuli,tecũq; apud te ambulare , q̃ cũ eo, quocũ video esse ambuladũ.Sed de illa ambulatiõe fors viderit,aut si quis est q curet Deus.Nostrã ambulationẽ,& Laconicũ,eaq; q̃ circa sint,velim,cũ poteris,ĩuisas,& vrgeas Philotimũ,vt pœret,vt possim tibi aliqd in eo genere respõdere.Põpeius in Cumanũ Parilibus venit:misit ad me statim,qui salutẽ nũciaret.Ad eũ postridie mane vadebã,cum hæc scripsi. Vale.

Iens in Põpeianum.

Sedecula.

Laconicum

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

DElectauerũt me epistolę tuę,quas accepi vno tẽpore duas ante diẽ.V.Cal. ærge reliqua:gestio scire ista omnia.etiã illud cuiusmodi sit, velim pœrspicias,si potes a Demetrio.Dixit mihi Põpeius Crassum a se in Albano expectari ante diẽ quartũ Cal.is cũ veniisset,Romã & illũ & se statim vẽturos, vt rationes cũ publicanis putarẽt.Quæsiui,gladiatorib⁹ ne?respõdit ante, q̃ inducerent.Id cuiusmodi sit,aut si nũc scias,aut cũ is Romã venerit,ad me mittas velim.Nos hic voramus literas cũ homine mirifico(ita mehercule sentio) Dionysio,qui te,omnesq; vos salutat.ἐυδὲν γλυκύτερον ἢ σᾶν εἰδέναι. Quare,vt homini curioso, ita pscribe ad me,quid primus dies,quid secũdus,qd Cẽsores,quid Appius,quid illa populi Apuleia.Deniq; etiã quid a te fiat ad me velim scribas.Non enim(vt vere loquamur)tam rebus nouis,q̃ tuis literis delector.Ego mecũ pter Dionysiũ duxi neminẽ, nec metuo tamẽ ne mihi sermo desit abs te,quo magnope delector.Tu Luceio nostrũ librum dabis.Demetrii Magnetis tibi mitto,statim vt sit,qui a te mihi epistolam referat. Vale.

Voramus literas.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

IGnatius Romæ eſt,ſed ego cũ eo de re Alíměti vehementer ante egi, graúiter ſe acturum cum Aquilio confirmauit. Videbis ergo homínem,ſi voles. Macroní vix videor præſto eſſe. Idibus enim auctionem Larini video, & bíduum præterea id tu,quoniam Macronem tanti facis, ignoſcas míhi velím. Sed,ſi me dílígis,poſtrídie Cal. cœna apud me cum Pília. prorſus id facíes. Cal. cogito ĩ hortis Craſſípędis,quaſi in díuerſorio cœnare. Facio fraudem S.C. Inde domum cœnatus,vt ſim mane pręſto Míloni. Ibí te igítur vídebo,& promouebo. Domus te tota noſtra ſalutat. Vale.

Vt ſim pręſto Míloni.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

NOs in Tuſculanũ veníſſe ad.XVII.Cal.Decemb.vídeo te ſcíre. ibí Dionyſiꝰ nobís pręſto fuit. Romę ad.VIII.Cal. volumus eſſe. qd dico volumꝰ? immo vero cogímur. Mílonís nuptíæ,nonnulla Comítioꝝ opínio eſt. Ergo vt ſit rata, abfuíſſe me ín altercatiónibus,quas ín Senatu factas audío, fero non moleſte. Nã aut defendíſſem,qđ nõ placeret,aut defuíſſem,cuí non oporteret. Sed mehercule velím reſiſtas,& pręſentem ſtatum reip. æquo aío Coſſ. ferant. Hęc ὄχλον reſcríbas ad me quantum potes,& vales,ſum ὀξύπνοος. Et ſi quęrís,oẽnia míhí ſunt ſuſpecta. Craſſum quidem noſtrum mínore dígnitate aíunt profectum paludatũ, q̃ olím æqualem eíus L. Paulum. Item T. iterum Coſſ. O homínem nequam. De líbrís oratoríís factum eſt a me dílígenter,díu,multumq; in manibus fuerunt,deſcríbas licet. Illud etiã te rogo, πῶ παροῦσαν κατάσασιν τύπῳ δός, ne íſtuc hoſpes veníam. Vale.

Paludatus.
Líbrí de oratore.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

NEſtoríus noſter me per líteras facit certiorẽ, te Roma ad.VIII.Maíi putarí profectũ eſſe tardíus,q̃ díxerat,q; mínus voluíſſes. Sí iam meli⁹ vales,vehemẽter gaudeo. Velím domũ ad tuos ſcríbas,vt míhi tuí líbrí pateãt,nõ ſecus,ac ſi ípſe adeſſes,cũ cæterí,tũ Varronis. Eſt em̃ mihi vtendũ qbuſdã rebus ex íís líbrís ad eos,quos ín manibus habeo,quos,vt ſpero,tíbí valde probabo. Velím ſi quid forte nouí habes,maxíme a Q. fratre,deínde a C. Cæſare,& ſi quid de comítiís,de repu. forte (ſoles em̃ tu hęc feſtíne odorarí) cõſcríbas ad me. Sí níhíl habebís,tamen ſcríbas alíquid. nũq̃ enim míhi tua epiſtola aut íntempeſtíua, aut loquax viſa eſt. Maxíme autẽ rogo,reb⁹ tuís,totoq; ítínere ex ſententía confecto,nos q̃prímum reuíſas. Dionyſium íube ſaluere. Cura vt valeas.

Odorarí.
Saluere íube.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

DE Eutychíde gratum,quí vetere prẽnomine,nouo nomíne T. erít Cęcílíus, vt eſt ex me,& ex te iunctus Dionyſius,M. Pomponius. valde mehercule míhí gratum,ſi Eutychídes tuam erga me beneuolentíam cognoſcet, ſuam íllam in meo dolore συμπάθειαν, neq; tum mihí obſcuram,neq; poſt ingratã fuíſſe. Iter Aſiaticum tuum puto ſuſcípiendum fuíſſe. Nunq̃ em̃ tu ſine iuſtíſſima cauſa tam longe a tot tuís & hominíbus,& reb⁹ chariſſímis,& ſua uíſſímís abeſſe voluíſſes. Sed humanitatem tuam,amoremq; in tuos,reditus celeritas declarabit. Sed vereor ne lepore ſuo detíneat díutíus Pr. Clodius,& homo pęrerudítus,vt aíũt,& nunc quídem deditus græcís literís,ac Pítaneís. Sed ſi vís homo eſſe,recípe te ad nos,ad qđ tempus confirmaſtí: cum illís tum,cum ſalui venerínt,Romæ víuere licebit. Auere te ſcríbís accípere alíquid a me líterarum. Dedí,ac multís quídem de rebus ἡμερολόγειον. perſcrípta omnía. ſed vt coníício,quoníam non mihí víderís in Epęiro díu fuíſſe, reddítas tibí non arbítror. Genus autem mearum ad te líterarum eíuſmodí forte eſt,vt non líbeat cuiq̃ dare, níſi de quo exploratum ſit tibí eum redditurum. Núc Romanas accípe res. Ad.III.No. Quíntíl. Suffennas & Cato abſoluti,Porcílius condemnatus. ex quo íntellectum eſt tres ἀρεοπαγίτας ambitũ,comítía,ínterregnum,maieſtatem,totam deniq; rẽp. flocci non facere. Debem⁹ patremfamilías domi ſuæ occídere nolle,neq; tñ id ipſum abunde. Nam abſoluerũt.XXII. cõdemnauerunt.XXVIII. Publíus ſane díſerto epílogo crímínatus, mentes iudícum commouerat. Otalus in ea cauſa fuit cuíuſmodí ſolet,nos verbũ nullum. Veritas eſt enim puſílla,quæ nunc laborat,ne animum Publío offenderet. His rebus actís Reatíní me ad ſua tẽpora duxerũt,vt agerẽ cauſam cõtra Interamnates apud Coſ. & decẽ legatos,q; lacus Velínus

Areopagítę.
Interregnũ
Interamnates.

Velín⁹ lac. emissus. Nar.

a M.Curio emissus,q̃ intercíso mõte in Nar defluit,ex quo est illa siccata,sed humída tamẽ, modice defluit in Cumanũ.Quin etiã me ad septẽ aquas duxerunt.Redíi Romã Fõteíi causa,ad.VII.Id.Quintil.veni.Spectaculum primũ magno,& æquabili plausu.Sed hoc ne curaris,ego ineptus,qui scripserim.Deinde Antiphõti operã miserat,ante manumíssus, q̃ productus:ne diutíus pendeas,palmã tulit.Sed nihil tã pusillũ,nihil tã sine voce,nihil tã verũ.hęc tu tecum habeto.In Andromacha tñ maior fuit,q̃ Astyanacte.Nã in cæteris parem habuit neminẽ.Quæris nũc de Arbuscula, valde placuit.Ludi magnifici,& grati. Venatiõ in aliud tempus dilata.Sequere nũc me in campum,ardet ambitus,fœnus ex Triente Id.Quintil.factum erat Bessibus.Dices istũ quidẽ non molestę fero.O virũ,O ciuẽ Memmiũ. Cæsaris oẽs opęs cõfirmãt.Cũ eo Domitiũ Coss.iunxerũt:qua pactione,epistolæ committere non audeo. Pompęius fremit,queríť,Scauro studet:sed vtrũ frõte,an mente,dubitaťἐξοχή in nullo est:pecunia,omniũ dignitatẽ exęquat.Messala lãguet,nõ quo aĩus desit,aut amicis careat,sed comitio Cos.& Põpęius absunt.Ex comitiatis puto fore,vt ducanť Tribunitii. Cãdidati iurarũt se arbitrio Catonis pętituros.Apud eũ HS.quingena deposuerũt,vt qui a Catone damnat⁹ esset,id pderet,& cõpętitorib⁹ tribuereť.Hęc ego pridie scribebã,q̃ comitia fore putabantur. Sed ad te.V.Cal.Sextil.si facta erũt,& tabellarius nõ erit pfect⁹,tota comitia pęrscribã.Quę si,vt putanť,gratuita fuerint,plus vnus Cato poterit,q̃ omnes quidẽ iudices.Mess⁹ defendebať a nobis,sed de legatiõe reuocatus,nã eũ Cęsari legarat Appius.Seruilius edixit,vt adesset tribus.habet Põtinã villã.Mætia pugnať acriter,agiť tñ satis.Deide me expędio,ad Drusum,inde ad Scaurũ,paranť orationib⁹ iudices glorioſi.Fortasse accedẽt etiã Coss.Des.in q̃ bus si Scaurus nõ fuerit,in hoc iudicio valde laborabit. Ex Q.fratris líteris suspicor iã eũ esse in Britãnia.Suspẽso aĩo expecto qd agat.Illud qdẽ sum⁹ adepti,qđ multis,& magnis indiciis possum⁹ iudicare,nos Cęsari,& charissimos,& iucũdissimos esse.Dionysium velim saluere iubeas,& eum roges,vt te hortetur q̃primum venias,vt possit Ciceronem meum,atq; etiam me ipsum erudire.Vale. M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Plus vnus Cato pote.

Librarius.



Ccupationũ mearũ vel hoc signũ erit,q; epistola librarii manu est. De epístolarũ frequẽtia te nihil accuso,sed plerię tãtũmodo mihi nũciabant vbi esses,qđ erat abs te,vel etiã significabãt recte esse,quo ĩ genere maxime delectarũt duę fere eodẽ tẽpore abs te Bruto datę.Scire.n. volebã te cõmode nauigasse.Sed hęc epistolarũ frequẽtia,nõ tã vbertate sua,q̃ celeritate delectauit:illa fuit grauis,& plena rerũ,quã mihi M.Paccius hospes tuus reddidit.Ad eã rescribã ígiť,& hoc qdẽ primũ.Paccio Romę,& verbis,& re ostẽdi, qd tua commẽdatio põderis haberet.Itaq; in intimis est meis,cũ antea not⁹ nõ fuisset. Nũc pgã ad cætera.Varro,de quo ad me scribis,inducet in aliquẽ locũ,si mõ erit locus.sed nosti gen⁹ dialogor; meor; ,vt in oratoriis,quos tu ĩ cælũ fers,nõ mẽtio potuit fieri cuiusq̃ ab iis,qui dispu tant,nisi ei⁹,q illis not⁹,aut audit⁹ esset.Hãc ego de rep.quã institui disputationẽ,in Aphricani psonã,& Phili,& Pęti,& Manilii cõtuli,adiũxi adolescẽteis,Q.Tuberonẽ,P.Rutiliũ,duos Lęlii generos,Scæuolã,& Fanniũ.Itaq; cogitabã, qm̃ in singulis libris vtror proœmiis,vt Aristoteles in his,quos ἐξωτερικοὺς vocat,aliqd efficere,vt nũ sine causa istũ appellarẽ.Id qđ intellígo tibi placere,vtinã mõ conata efficere possim.Rem.n.(qđ te nõ fugit)magnã cõplexus sum,& grauẽ,& plurimi otii,quo ego maxime egeo. Q; in his oratoriis libris,quos laudas,psonã desideras Scęuolę,nõ eã temere dimoui, sed feci idẽ,qđ in πολιτείᾳ Deus ille noster Plato: cũ in Pirẽũ Socrates venisset ad Cephalũ locupletẽ,& festiuũ senẽ,quoad primus sermo ille haberet,adest in disputãdo senex,deinde,cũ ipse quoq; cõmodissime locut⁹ esset, ad rẽ diuinã dicit se velle discedere,neq; postea reuertiť.Credo Platonẽ vix putasse satis consonum fore,si hominẽ id ętatis in tã lõgo sermone diutius retinuissęt. Multo ego sati⁹ hoc mihi cauẽdũ putaui in Scęuola,q & ętate,& valetudine ea,qua esse meminisťi, & iis honoribus,vt vix satis decor; videreť eũ plureis dies eẽ in Crassi Tusculano. Et erat primi libri sermo,nõ alien⁹ a Scęuolę studiis,relíq libri τεχνολογίαν habẽt,vt scis.Huic ioculatorię disputatiõi senẽ illũ,vt noras,interesse sane nolui.De re filię qđ scribis,erit mihi curę.Etem̃ est lucubrãta res.Aureliã,vt scribis,iudiciis,& in eo me etiã Tulliæ meę vẽdicabo.Vestorio nõ desũ. Gratũ.n.tibi id esse intellígo,& vt ille intellígat,curo.Sed scis,qui cũ habeat duos faciles,níhil difficilí⁹.Nũc ad ea,q̃ q̃ris de C.Catone:lege Iunia,& Licinia scis absolutũ:Fusiã ego tibi nũcio absolutũiri, neq; patronis suis tã libẽtib⁹,q̃ accusatorib⁹.Is tñ & mecũ,& cũ Milone ĩ

In intimis.

Oratorii Dialogi.

Disp. de re pub.

Exoterici.

De⁹ Plato.

Hoĩem id ætatis.

Scęuola.

Ioculatoria disp.

gratiã rediit.Druſus reus eſt fact⁹ a Lucretio,iudicib⁹ reiiciẽdis.Ad.V.Non.Quĩt.de plio ru mores nõ boni,ſed indicia noſti.Hirus cũ Domitio in gratia eſt.S.C.qd hic COSS.de puin ciis fecerũt, Quicũq; poſthac.notũ tibi,vt qd iã intelligebam⁹,denũciationẽ illã Mẽmii valde Cęſari diſplicere.Meſſala noſter,& eius cõpetitor Domitius liberalis in populo valde fuit:ni hil gratius certe erat COSS.ac Senatui.Senatus decreuit,vt tacitũ iudiciũ ante comitia fie ret.ab his cõſiliis,q̃ erant omnibus ſortita in ſingulos candidatos,magnus timor candidato rũ. Sed qui dã iudices,in his Opimius Veieteranius Tri.pl.appellarũt,ne iniuſſu populi iu dicarent.reſcidit. comitia dilata ex S.C.dum lex de tacito iudicio ferretur. Venit legi dies, Terentius interceſſit.COSS.q illud leui brachio egiſſent,rem ad Senatũ detulerũt. Hic Ab dera non tacẽte me.Dices, tamen tu nõ quieſcis!ignoſce,vix poſſum.Veruntamẽ quid tam ridiculũ!Senatus decreuerat,ne prius comitia haberentur,q̃ lex lata eſſet:ſi q̃ interceſſiſſet, res integra referret.Cœpta ferri leuiter.Interceſſum nõ inuitis,res ad Senatũ.De ea re ita cẽ ſuerunt.Comitia primo quoq; tẽpore haberi cenſere.Scaurus,qui erat paucis dieb⁹ illis ab ſolutus,cũ ego patrẽ eius ornatiſſime defendiſſem,obnũciationibus p Scęuolã interpoſitis, ſingulis diebus vſq; ad prid.Cal.Octob.quo ego hęc deſcripſi,ſublatis,populo tributim do mi ſuę ſatiſſecerat.Sed tamẽ, etſi vberior liberalitatis huiuſce ratio eſſe videbat eorũ,q̃ oc cuparant,cupẽrẽ vultũ videre tuũ,cũ hęc legeres:nã pfecto rẽ non habes nullã,hęc negotia multarũ nũdinarũ fore. Sed Senat⁹ hodie futurus fuerat,ideſt Cal.Octob.iã em̃ tibi Luciſci loq̃rent.Præter Antiũ,& Fauoniũ liber nemo.Nã Cato ægrotat,de me nihil rimueris,ſed ta men pmitto nihil.Quid q̃ris aliud!Iudicia credo,Druſus,& Scaurus nõ feciſſe videnẽ. tres Cãdidati fore rei putabanẽ. Domitius a Mẽmio,Meſſala a Q.Põpeio Rufo,Scaurus a Tria rio,aut a L.Cęſare.Quid poteris inges p iis dicere!ne viuã,ſi ſcio.in illis qdẽ tribus libris, quos ſtudioſe laudas.Nihil reperio nũc,vt opinionẽ habeas rerũ,ferẽdũ eſt. Quęris,ego me vt geſſerim!cõſtãter,& libere.Quid ille,inquies,vt ferebat!humaniter,meęq; dignitatis quo ad mihi ſatiſfactũ eſſet,habẽdã ſibi rationẽ putabat.Quomodo ergo abſolutus!oino accuſa torum incredibilis infantia, ideſt L.Lentuli,L.Ter.quẽ fremũt oẽs preuaricatũ.Deinde Pom pęii mira cõtẽtio.Iudicum ſordes.Attamẽ.XXXII. condemnauerũt. XXVIII. abſoluerũt. iudicia reliqua impendent.Nõdũ eſt plane expeditus.Dices,tu ergo hęc quomodo fers! bel le hercule, & in eo me valde amo.Amiſimus mi Pomponi,non omnẽ modo ſuccum,ac ſan guinem,ſed etiã colorẽ,& ſpeciem priſtinã ciuitatis.Nulla eſt reſp.quę delectet,in qua acqui eſcam.Id ne igitur inquies facile fers! id ipſum . Recordor enim q̃ bella pauliſper nobis gu bernantibus ciuitas fuerit,quę mihi gratia relata ſit.nullus dolor me angit,vnũ omnia poſ ſe.diſrumpunẽ ii,q me poſſe aliqd doluerũt.multa mihi dant ſolatia.Nec tamẽ ego de meo ſtatu demigro:quęq; vita maxime eſt ad naturã,ad eã me refero,& literas,& ſtudia noſtra: dicẽdi laborẽ delectatione oratoria cõſolor.Domus me, & rura noſtra delectant,non recor dor vnde ceciderim,ſed vnde ſurrexerim.Fratrem mecum,& te ſi habebo,per me iſta pedi bus trahũtur.Vobis ἐμφιλοσοφῆσαι poſſum.Locus ille animi noſtri,ſtomachus vbi hebeta bat olim,cõcaluit,vt digerat mlta cruda facili⁹.Priuata mõ,& domeſtica nos delectãt.mirã ſecuritatem videbis,cuius plurimę mehercule partes ſunt in tuo reditu. Nemo enim ἀφροσύνη in terris eſt,mihi tã cõſentiẽtibus ſenſib⁹.Sed accipe alia.Res fuit ad interregnũ,& eſt nõnul lus odor dictaturę.Sermo quidẽ multus,qui etiã Gabiniũ apud timidos iudices adiuuit.Cã didati conſulares oẽs rei ambitus,accedit etiã Gabinius,quẽ P.Sulla non dubitans quin fo ris eſſet,poſtularat cõtradicẽte,& nihil obtinẽte Torquato.Sed oẽs abſoluenẽ , nec poſthac quiſq̃ damnabiẽ niſi qui hominẽ occiderit.Hoc tamen agitur ſeuerius.Itaq; iudicia calent. M.Fuluius Nobilior cõdemnatus eſt.Multi alii vrbani ne reſpõdẽt quidẽ.Quid aliud noui! & tamen abſoluto Gabinio ſtomachãtes alii iudices.Hora poſt, Antiochũ Gabiniũ neſcio quẽ ſolidis†pictoribus libertũ accenſum Gabinii lege Papia condemnarũt.Itaq; dixit ſtatim reus lęſæ maieſtatis Põtinus vult ad.IIII.Non.No uembr.triũphare.Huic obuiã Cato,& Seruilius Pr.it aperte,& Quintus Mutius Tri.Pl. Ne gant em̃ latũ de imperio.& eſt latũ hercule inſulſe,ſed erit cũ Põtino Appius COS.Cato tã affirmat ſe viuo illũ nõ triũphare:id ego puto,vt multa eiuſdẽ,ad nihil recaſurũ.Appius ſi ne lege ſuo ſumptu in Ciliciã cogitat.Ab Q.Fratre,& a Cęſare accepi ad.IX.Cal.Nouẽb.li teras,cõfecta Britãnia,obſidib⁹ acceptis,nulla pda,imperata tamẽ pecunia, data ſalitoribus Britãnię,primo ad.VI.Cal.Octob. exercitũ Britãnia reportabãt.Q.Pilius erat iã ad Cęſare

Tacitum iudicium.

Tributim.

Nũdinarũ multarum negotia.

Candidati.

Infantia ac cuſatorum

Stomach⁹ vbi hebeta bat concaluit.

Interregnũ

Rei ambitus.

Dãnabitur nemo &c.

†prętorib⁹

†pectorib⁹.

Libertus.

Accenſus.

Recaſurũ.

Britannia dedita.

Salitores.

profectus.Tu,si aut amor in te est noster,ac tuorũ,aut vlla veritas,aut si etiam sapis,ac frui tuis commodis cogitas,aduẽtare,& ꝓpæ adesse iã debes.nõ mehercule ęquo animo te careo, te autẽ qd mirũ?q Dionysiũ tãtopere desiderẽ.quẽ qdẽ abs te,cũ dies venerit,& ego,& Cicero meus flagitabit.Abs te ꝓximas literas habebã,Epheso ad.V.Iduũ Sextil.datas.Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Expectatas mihi tuas literas.O gratũ aduentũ. O cõstãtiã ꝓmissi,& fidem mirã.O nauigationẽ amandã,quã mehercule ego valde timebã,recordans superioris tuę trãsmissionis.Sed,nisi fallor,citius te,q̃ scribo,videbo.Credo em̃ te putasse tuas mulieres in Appulia esse.qđ cũ secus erit,qd te Appulia moret?nã Vestorio dandi sunt dies,& ille latinus ἀπικισμὸς ex interuallo regustãdus.Quin tu huc aduolas?sed iuisis illi9 nostræ reip. germanę puta ui.DC.nũmis ante comitia tributim vno loco diuisis palã inde absolutũ Gabiniũ det, esse valiturũ.De Messala qđ quęris,quid scribã nescio:nũq̃ vidi tã pares cãdidatos.Messalę copias nosti.Scaurũ Triarius reũ fecit.Si quęris,nulla est magnopere cõmota συμπάθεια. sed tamen habet ædilitas eius memoriã non ingratã,& est põdus apud rusticos in patris memoriam.Reliq duo plebi sic exequant̃,vt Domitius valeat amicis,& adiuuet̃,tamẽ non gratissimo munere.Mẽmius Cęsaris cõmendat̃ militibus,Põpęii Gallia vitat̃:qbus si nõ valuerit,putant fore aliquẽ,qui comitia in aduentũ Cęsaris detrudat,Catone pſertim absoluto. Paccia nę epistolę respondi,cognosce cętera.Ex fratris literis incredibilia quędam de Cęsaris in me amore cognoui,eaq; sunt ipsius Cęsaris vberrimis literis cõfirmata.Britãnici belli exitus expectatur,cõstat em̃ aditus Insulę esse munitos mirificis molibus.etiã illud iã cognitũ est, ne q; argenti scrupulũ esse vllum in illa Insula neq; vllã spem prędę,nisi ex mancipiis,ex quibus nullos puto te literis,aut musicis eruditos expectare.Paulus in medio foro Basilicã iam pene texuit iisdem antiquis columnis.Illam autẽ quã locauit,facit magnificentissimã. Quid q̃ris?nihil gratius illo monimẽto,nihil glorioſius.Itaq; Cęsaris amici(me dico, & Oppium) disrumparis licet,monimentũ illud,qđ tu tollere laudibus solebas,vt eos laxaremus,& vsq; ad atrium libertatis explicaremus, contempsimus sexcenties Sestertium. Cum priuatis nõ poterat transigi minore pecunia, efficiemus rem glorioſissimam. Nam in Campo Martio sepia Tribunitiis Comitiis marmorea sumus, & tecta facturi, eaq; cingemus excelsa porticu,vt mille passuum conficiatur. Simul adiungetur huic operi villa etiam publica.Dicis quid mihi hoc monimentum proderit?ad quid laboramus res Romanas? nõ enim te puto de lustro,qđ iam desperatum est,aut de iudiciis,quę lege Plocia fiant,querere. Nũc te ob iurgari patere,si iure.scribis enim in ea epistola quam C.Domitius mihi reddidit Buthroto datam,in Asiam tibi eundum esse,te arbitrari:mihi mehercule nihil videbatur esse, in quo tantulum interesset,vtrum per procuratores ageres,an per te ipsum:ne toties,& tam longe abesses.Sed hęc mallem integra re tecum egisse.profecto em̃ aliquid egissem.Nunc reprimã susceptam obiurgationem.vti:nam valeat ad celeritatem reditus tuus.Ego ad te propterea minus sępe scribo,ꝙ certum non habeo vbi sis,aut vbi futurus sis.Huic tamen nescio cui, ꝙ videbatur is te visurus esse, putaui dandas esse literas. Tu quoniam te iturum in Asiam esse putas,ad quę tẽpora te expectẽ,facias me certiorẽ velim,& de Eutychide qd egeris.Vale.

Britanniæ inopia.

Scrup.arg.

Mancipia.

Basilica Pauli.

Disrumparis licet.

Atrium libertatis.

Septa marmorea.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

Puto te existimare me nõ oblitũ cõsuetudinis,& instituti tui,rarius ad te scribere,q̃ solebã:sed cũ loca,& itinera tua nihil habere certi video, neq; in Epeirũ,neq; Athenas,neq; in Asiã,neq; cuiq̃,nisi ad te ipsum ꝓficiscenti dedi literas.Neq; enim sunt epistolę nostrę,quę si pærlatę non sint,nihil ea res nos offensura sit,quę tantum habẽt mysteriorũ, vt eas ne librariis quidem fere cõmittam9, nedum cuilibet.COSS.flagrant infamia,ꝙ C.Memmius cãdidatus pactionẽ in Senatu recitauit quam ipse suus cõpetitor Domitius cũ COSS.fecisset,vt ambo HS.quadraginta COSS.darẽt, si essent ipsi COSS.facti,si treis Augures dedissent,q̃ se affuisse dicerẽt,cũ lex Curiata ferretur,q̃ lata non esset, & duos cõsulares,q̃ se dicerẽt in ornãdis Prouinciis consularibus scribẽdo affuisse,cum omnino ne Senatus quidẽ affuisset.Hęc pactio non verbis,sed nominibus,& prescriptionibus,multorum tabulis,cũ esse facta diceretur,prolata a Memmio est nominibus inductis auctore Pompęio.Hic Appius erat idem,nihil sane iacturę,corruerat alter,& plane in-

quam iacebat.Memmius autẽ dirẽpta cõcione,inuito Caluino plane refrixerat,& eo magis nunc concitare dictaturã,fauere iustitio,& omniũ rerũ licentia.Perspice equitatẽ animi mei & ludum,& cõtentionẽ Seleucianę Prouincię,& meã hercule cũ Cęsare suauissimã cõiũctionem.Hęc eñ me vna ex hoc naufragio tabula delectat.qui quidẽ Quintũ meũ,tuũq; Dii boni quẽadmodũ tractat honore,dignitate,gratia,nõ secus,ac si ego essem Imperator. Hybernã legionẽ eligẽdi optio delata.Cõmodũ,vt ad me scribit.hũc tu non ames!Quẽ igit istorũ! Sed heus tu,scripseram ne tibi me esse legatum Pompęio!& extra vrbẽ quidẽ fore ex Id.Ian! Visum est hoc mihi ad multa quadrare.Sed quid plura! coram opperior relíqua . vt tu tamen aliquid expectes.Dionysio plurimã salutẽ:cui quidem ego non modo seruaui,sed etiam ędificaui locũ.Quid quęris!Ad summã lætitiã meam,quã ex tuo reditu capio, magnus ex illius aduẽtu cumul9 accedit.Quo die ad me venies,si me amas,apd me cũ tuis maneas.Vale.

Tabula vna ex naufragio delectat.

Quadrare ad multa.

M.T.CICERONIS EPISTOLARVM AD T.POMPONIVM ATTICVM LIBER QVINTVS.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

EGO vero & tuũ in discessu vidi animũ,& meo sum ipse testis. quo magis erit tibi videndũ,ne quid noui decernat̃,vt hoc nostrũ desideriũ ne plus sit annuum.De Annio Saturnino curasti pbe.de satisdãdo vero te rogo quoad eris Romę,tu vt satisdes:& sunt aliquot satisdationes secũdũ mãcipiũ in his & Mẽmianorũ pdiorũ vel Atilianorũ.De Oppio factũ est vt volui,& maxime q.DCCC.appromisisti,q̃ quidẽ ego vtiq; vel versura facta solui volo,ne extrema exactio nostrorũ omniũ expectet.Nũc vero venio ad trãsuersum illũ extremę epistolę tuę versiculũ,in quo me admones de sorore, q̃ res se sic habet.Vt veni in Arpinũ,cũ ad me frater venisset, in primis nobis sermo,isq; multus de te fuit.ex quo ego veni ad ea,q̃ fueramus ego,& tu inter nos de sorore in Tusculano locuti.Nihil tã vidi mite,nihil tã placatum,q̃ tum meus frater erat in sororem tuam:vt etiã siqua fuerat ex ratione sumpta offensio,nõ appareret.illo sic die.Postridie ex Arpinati profecti sumus.vt in Arcano Quintus maneret dies fecit. ego Aquini. sed prãdimus in Arcano.nosti hunc fundũ.Quo vt venim9,humanissime Quint9, Põponia inquit,tu inuita mulieres,ego acciuero pueros.Nihil potuit,mihi quidem vt visum est, dulcius,idq; cum verbis,tum etiam animo,& vultu.At illa audientibus nobis,ego ipsa sum inquit,hic hospita.Id autẽ ex eo,vt opinor,q; anteceſſerat Stathius,vt prandiũ nobis pberet.Tum Quintus.En,inquit mihi,hęc ego patior quotidie.Dices qd!quasi istuc erat magnum.Itaq; me ipsum commouerat:sic absurde,& aspere,verbis,vultuq; responderat. Dissimulaui dolens,discubuimus oẽs pter illã:cui tamẽ Quintus de mẽsa misit,illa reiecit.Quid multa!nihil meo fratre lenius,nihil asperius tua sorore mihi visum est.& multa pterea,q̃ tũ mihi maiore stomacho,q̃ ipsi Quinto fuerũt.Ego inde Aquinũ,Quintus in Arcano remansit,& Aquinũ ad me postridie mane venit,mihiq; narrauit nec secũ illã dormire voluisse:& cũ discessura esset,fuisse eiusmodi,qualẽ ego vidissem.Quid q̃ris!vel ipsi hoc dicas licet,humanitatẽ ei meo iudicio illo die defuisse.Hęc ad te scripsi fortasse pluribus,q̃ necesse fuit,vt videres tuas quoq; esse parteis istituẽdi,& monẽdi.Reliquũ est,vt ante q̃ pficiscare, mãdata nostra exhaurias.scribas ad me oĩa.Pontinũ extrudas.Cũ pfect9 eris,cures vt sciã. Sic habeas:nihil mehercule te mihi nec charius esse,nec suauí9.A.Torquatũ amãtissime dimisi Minturnis,optimũ virũ,cui me ad te scripsisse aliquid,in sermone significes velim.Vale.

Satisdationes secũdũ mãcip.

Versura.

Arcanum.

Pomponia morosa.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

AD.VI.Id.Maii,cũ has dabã literas,ex Põpeiano pficiscebar,vt ea die manerẽ in Trebulano apud Pontiũ.Deinde cogitabã sine vlla mora iusta itinera facere. In Cumano cum essem, venit ad me(qd mihi pgratum fuit)noster Hortẽsius:cui deposcẽti mea mãdata,cętera vniuersę mãdaui:illud pbe, ne pateret̃,quãtũ esset in ipso,progari nobis Prouincias.in quo eum tu velim cõfirmes,gratũq; mihi fecisse dicas,q; & venerit ad me,& hoc mihi pterea si quid opus esset,promisit.Cõfirmaui ad eã causam etiã Turniũ nostrũ,quẽ ad annũ Tr.Pl. videbã for. Habuimus in Cumano quasi pusillam Romã,tanta erat in his locis multitudo.

Pontius.

Itinera iusta facere.

Quasi pusillã Romam.

Stratage. altum. Cum interim Ruffo noſter, ꝙ ſcilicet a Veſtorio obſeruari videbaꝫ, ſtratagemate alto pcuſ ſit hominẽ. nã ad me nõ acceſſit. Ita ne cũ Hortẽſius veniret, & infirmus tã lõge Hortẽſius, Emporiũ Puteola. cũ maxima ꝑterea multitudine, ille nõ venit! nõ inquã. Nõ vidiſti igiť hominẽ inquies! q potui nõ videre, cũ ꝑ Emporiũ Puteolanorũ iter facerẽ! in quo illũ agentẽ aliqd credo ſalutaui. Poſtea iã iuſſi valere, cũ me impenſe ſua villa nunqd vellẽ, rogaſſet. Hũc hominẽ parũ gratũ quiſq̃ putet! aut nõ in eo ipſo laudãdũ, ꝙ audiri nõ laborarit! Sed redeo ad illud. Nolim putare mihi aliã cõſolationẽ eſſe huius ingẽtis moleſtię, niſi ꝙ ſpero nõ lõgiorem annua fore. Hoc me ita velle multi nõ credũt ex cõſuetudine aliorũ. Tu q ſcis, oẽm dilígẽtiã adhibebis, tum ſcilicet, cũ id agi debebit. Cũ ex Epiro redieris, de rep. ſcribas ad me velim, ſi qd erit, qđ opperiare. nondum emꝫ ſatis huc erat allatũ, quo modo Cęſar ferret de auctoritate ꝑſcripta: Creare viros. eratq; rumor de Tranſpadanis, eos iuſſu illius viros creare. Qđ ſi ita eſt, magnos motus timeo. Sed aliquid ex Pompeio ſciam. Vale. M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

AD quintũ Id. Maii veni in Trebulanũ ad Põtiũ: ibi mihi tuę literæ bínę reddite ſunt tertio abs te die, eodẽ autẽ ex Pompeiano Philotimo dederã ad te literas, nec vero nũc erat ſane qd ſcribereꝫ. q de repu. rumores, ſcribe quæſo. In oppidis emꝫ ſummũ video timorẽ, ſed multa inania: qd de iis cogites, & quando, ſcire velim. Ad quas literas tibi reſcribi velis, neſcio. nullas emꝫ adhuc acceperã, ꝑter q̃ mihi bínę ſemel in Trebulano reddite ſunt. Quarũ alterę edictũ Publii Licinii habebãt. erant autẽ Non. Maii datę, alterę reſcriptę ad meas Mintur nẽſes. q̃ vereor, ne qd fuerit ϖαϱαλειπτοϱον in iis, quas nõ accepi, qbus reſcribi vis. Lentulũ ponam tecum in gratiã. Dionyſius nobis cordi eſt. Nicanor tuus operã mihi dat egregiã. Iam deeſt qd ſcribã. Et licet Beneuẽti cogitabã hoc de noſtra cõtinẽtia, & dilígẽtia eſſe ſatis, faciemus ſatis L. Pontio. Ex Trebulano, ad quintum Id. Maii.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

BEneuentũ veni ad quintũ Id. Maii. ibi accepi eas literas, quas tu ſuperioríbꝰ literis ſignificaueras te dediſſe. ad quas ego ipſo eo die dederã ex Trebulano L. Põtio. Ac binas qdẽ tuas Beneuẽti accepi: quarũ alteras Feſulanꝰ multo mane mihi dedit: alteras ſcriba Tullius. Gratiſſima eſt mihi tua cura de illo meo primo, & maximo mãdato, ſed tua ꝑfectio ſpẽ meã debilitat, ac me illud qdẽ labat, nõ quo aĩo, ſed inopia cogimur eo cõtẽti eſſe. De illo altero

†ἀνσγνωσον eſſe. quẽ ſcribis tibi viſum eẽ nõ alienũ, vereor adduci vt noſtris poſſit, & tuis †ἀνύσγνωστον πϱὸς νεῦσιν eẽ. equidẽ ſum facilis, ſed tu aberis, & me abſente rei habebis rationẽ meę. Nã poſſet aliqd ſi vteruis noſtrũ adeſſet, agẽte Seruilio fieri ꝑbabile. Nũc ſi iã res placeat, agẽdi tamẽ viã nõ video. Nũc venio ad illã epiſtolã, quã accepi a Tullio. De Marcello feciſti dilígẽter. Igiť S. C. ſi erit factũ, ſcribes ad me. ſin minꝰ, rẽ tñ cõficies. mihi emꝫ attribui oportebit. itẽ Bibulo. Sed nõ dubito, quin S. C. expeditũ ſit, in quo ꝑſertĩ ſit cõpẽdiũ populi. De Torquato ꝑbe: de Maſſone, & Ligure, cũ venerint. De illo qđ Cherippus, qm̃ hic quoq; πϱὸς νεῦσιν †ſuſtuliſti, o Pro †ſub Tullio ꝓuincia. uincia, etiã ne hic mihi curãdus eſt! Curãdus autẽ hactenꝰ, ne qd ad Senatũ Coſ. aut Pr. nã de cęteris, ſed tñ cõmode. Qđ cũ Scrofa de Põpeiano, recte ſcribis: eſt emꝫ ita, vt ſi añ Cal. Iun. Brũduſii futurus ſit, minꝰ vrgẽdi fuerint M. Anniꝰ, & Tulliꝰ. Quę de Sicinio audiſti, ea mihi ꝑbant, mõ ne illa exceptio in aliquẽ incurrat bene de nobis meritũ. ſed cõſiderabimꝰ. rẽ emꝫ ꝑ bo. De nſo itinere, qd ſtatuero: de qnq; ꝑfectis, qd Põpeiꝰ factur ſit, cũ ex ipſo cognoro, faciã vt ſcias. De Oppio bene curaſti, ꝙ ei. DCCC. expoſuiſti. idq; qm̃ Philotimũ habes, ꝑfice, & cognoſce rationẽ, & vt agã amplius. Sed ſi me amas, priuſq̃ ꝑficiſcaris, effice, & magna me cura leuaris. Habes ad oĩa, etſi pene ꝑterii, chartã tibi deeſſe: mea cautio eſt. ſiqdẽ eiꝰ inopia minus multa ad me ſcribis. Tu vero aufer ducentos. etſi meã in eo parſimoniã huius paginę cõ tractio ſignificat, dũ acta, & rumores vellet. Iã ſiqua certa habes de Cęſare, expecto literas, & alias Põtino de oĩbus rebus dilígẽtes dabis. Vale. M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

PLane nil eſt qđ ſcribã: nã nec qd mãdẽ habeo, nihil. n. ꝑtermiſſum eſt: nec qd narrẽ noui, emꝫuero mihi nec iocãdi locꝰ eſt, ita me mꝫta ſollicitãt. tãtũ tñ ſcito, Id. Maiis nos Venuſia mane ꝑficiſcẽtes has dediſſe. Eo aũt die credo Venuſia ꝑficiſcentes. aliqd actũ in ſenatu. Sequanť igiť nos tuę literę, qbꝰ nõ mõ res oẽis, ſed etiã rumores cognoſcamꝰ: eas accipiemus Brũduſii. Ibi. n. Põtinũ ad eã diẽ quã tu ſcripſiſti, expectare cõſiliũ ẽ. Nos Tarẽti quos cũ Põpeio διαλόγους de rep.

habuerímus,ad te pſcríbemus.Etſi íd ípſum ſcíre cupío,qđ ad tẽpus recte ad te ſcríbere poſſem,ídeſt q̃díu Romę futurus ſis:vt aut qđ eſt,poſt has líteras,ſciã,aut ne dẽ fruſtra.Sed ante,q̃ pfícíſcare,vtíq; explicatũ ſit íllud HS.XX.&.DCCC.hoc velím ín maxímís rebus, & maxíme neceſſaríís habeas,vt quod auctore te velle cœpí,adiutore aſſequar.Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ARentũ veni ad.XV.Cal.Iun.q; Põtínũ ſtatuerã expectare,cõmodíſſímum duxí díes eos quoad ílle veníret, cũ Põpeío cõſumere: eoq; magís,q; eí gratum eſſe íd vídebã.quín etiã a me petíerat,vt ſecũ,& apud ſe eſſem quotídie,qđ cõceſſí líbẽter.multos em̃ eíus pclaros de rep.ſermones accípíam. ínſtruar etiã cõſílíís ídoneís ad hoc noſtrũ negotíũ. Sed ad te breuíor íam ín ſcríbẽdo íncípío fíerí,dubítãs Romę ne ſís,an iã pfectus.qđ tñ quoad ígnorabo,ſcríbã alíqd potíus,q̃ cõmíttã,vt tíbí cũ poſſínt reddí a me líterę,nõ reddanť.nec tamẽ íam habeo qd aut mãdẽ tíbí,aut narrẽ.Mandauí oĩa quidẽ,quę tu,vt pollícerís, exhauríes. narrabo, cum alíquíd habebo nouí.Illud tamẽ non definam,dum adeſſe putabo,de Cęſarís nomíne rogare,vt confectum relínquas.Auíde expecto tuas líteras,& maxíme,vt norím tẽpus profectíonís tuæ.Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

QVotídíe,vel potíus ín díes ſíngulos breuíores líteras ad te mítto. quotídíe enim magís,ac magís ſuſpícor te ín Epeírũ iã pfectũ.ſed tamẽ, vt mandatũ ſcías me curaſſe,qđ ante ad te Põpeíus,q nos pfectos delaturus nouas vocatíones íudícíorũ cauſa.Ego cũ tríduũ cũ Põpeío,& apud Põpeíũ fuíſſem,pfícíſcebar Brũduſíũ ad.XIIII.Calen.Iun.cíuẽ íllum egregíũ relínquebã,& ad hæc quæ tímentur propulſanda paratíſſím um.Tuas líteras expectabo,cum vt quíd agas,tum vt vbí ſís,ſcíam.Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ME & íncõmoda valetudo,qua iã emerſerã, vtpote cũ ſine febrí laboraſſem,& Pontíní expectatío de quo adhuc ne rumor quidẽ venerat,tenebat iã duodecímũ díẽ Brũduſíí.ſed curſum expectabamus.Tu ſí modo es Romę,(vix em̃ puto)ſín es,hoc vehemẽter animaduertas velím.Romę acceperã líteras Mílonẽ meũ querí p líteras íníuríã meã,q; Philotím⁹ ſocíus eſſet in bonís ſuís.Id ego ita fíerí volui de C.Duronii ſentẽtía,quẽ & amícíſſímũ Míloní perſpexerã,& talẽ vírũ qualẽ tu íudícas,cognorã.Eíus autẽ cõſílíũ,meũq; hoc fuerít.Primũ, vt ín poteſtate noſtra eſſet res,ne íllũ malus emptor alíenís mãcipíís,q̃ permulta ſecũ habet, ſpolíaret.Deínde,vt Fauſtę,cuí cautũ ílle eſſe voluíſſet,ratũ eſſet.Erat etiã íllud,vt ípſí nos, ſí quíd ſeruarí poſſít,q̃facíllíme ſeruaremus.Nũc rẽ totã pſpícías velím. nobís em̃ ſcríbunt ſępe maíora.Sed ílle querít̃,ſí ſcríbít ad amícos,ſí ídẽ Fauſta vult.Philotímus,vt ego eí corã dixeram míhíq; ílle receperat,ne ſít ínuíto Mílone ín bonís níhíl nobís fuerat tãti.Sín hæc leuíora ſunt,tu íudícabís.Loquere cũ Duronío. Scrípſí etiã ad Camíllũ,ad Lamíã,eoq; magís,q; nõ cõfídã Romę te eſſe.Sũma erít hęc.ſtatues vt ex fíde,fama, req; mea vídebít̃. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ACtíũ venim⁹ ad.XVII.Cal.Quínt.cũ gdẽ,& Corcyrę,& Sybotís,muneríb⁹ tuís q̃ & Areus,& me⁹ amic⁹ Eutychídes opípare φιλοπροσωπότατα,& nobís cõceſſerãt,epulatí eſſemus hílarẽ in modũ.Actío maluímus iter facere pedíbus,quí íncõmodíſſíme nauígaſſemus.ſed Leucatẽ flectere moleſtũ vídebat̃.Actuaríís autẽ mínutís Patras accedere ſine íís ímpedimẽtís,nõ ſatís víſum eſt decorũ.Ego vt ſępe tu me currentem hortatus es,quotídíe medítor,pcípío meís,faciã deníq; vt ſumma modeſtía,& ſumma abſtínẽtía munus hoc extraordínariũ traducamus.Parthus velím qeſcat,& fortuna nos íuuet,noſtra pſtabímus.Tu q̃ſo qd agas,vbí quoq; hoc tẽpore futurus ſis,qualeís res noſtras Romę relíquerís,maxíe de.CXX & de.DCCC.cura vt ſciam⁹.íd vnís dílígẽter líterís datís,q̃ ad me vtíq; pferanť,conſeq̃re. Illud tamẽ(quoniã nũc abes , cum íd nõ ageť,aderís aũt ad tẽpus,vt míhí ſcrípſíſtí)memẽto curare p te,& p oẽs noſtros:ín prímís p Hortẽſíũ,vt annus noſter maneat ſuo ſtatu,ne quíd noui decernat̃.Hoc tíbí ita mãdo,vt dubítẽ an ẽt te rogẽ vt pugnes,ne intercaleť,ſed nõ au

Actuaríę.

deo tibi omnia onera imponere. Annum quidē vtiq; teneto. Cicero meus modestissimus, & suauissimus puer tibi salutē dicit. Dionysiū semp equidē, vt scis, dilexi, sed quotidie pluris facio, & mehercule in primis q; te amat, nec tui mentionem intermitti sinit. Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

VT Athenas ad.XV.Cal.Quintil. venerā, expectabā ibi iā quartū diē Pōtinum, neq; de eius aduētu certi qcq; habebā. Eram aūt totus (crede mihi) tecū: & q̄q̄ sine iis p me ipse, tamē acrius vestigiis tuis monit⁹, de te cogitabam. Quid queris? Nō mehercule alius vllus sermo nisi de te. Sed tu aliquid de me ipso scire fortasse mauis. Hęc sunt. Adhuc sumpt⁹ nec in me aut publice, aut priuatim, nec in quē q̄ comitū. Nihil accipiē lege Iulia, nihil ab hospite. persuasum est oībus meis seruiēdū esse famę meæ belle. Adhuc hoc animaduersum Gręcorū laude, & multo sermone celebratur: qd supereſt, elaboratur in hoc a me, sicut tibi sensi placere. Sed hęc tū laudem⁹ cū erūt perorata. Reliqua sunt eiusmodi, vt meū cōsiliū sępe reprehēdā, q; nō aliqua ratione ex hoc negotio emerserim. O rē minime aptā meis moribus. O illū verū γραφέα dices. Quid adhuc? Nondū em̄ in negotio versaris? nescio, & puto molestiora restare. Sed hęc ipsa fero equidē fronte, vt puto, & vultu bellis, sed angor intimis sensibus. Ita multa vel iracūde, vel insolēter, vel in oī genere stultitię, insulse, arrogāter & dicunt, & tacētur quotidie. quę nō quo te cęlē perscribo, sed quia συγκήλητα sunt. Itaq; admirabere meā βαθύπτητα, cū salui redierimus. tāta mihi μελέτη huius virtutis dat. Ego quoq; hęc hactenus: etsi mihi nihil erat ppositū ad scribendū, quia qd ageres, vbi terrarū esses, ne suspicabar quidē. nec hercule vnq̄ tādiu ignarus rerū mearū fui. Quid de Cęsaris, qd de Milonis noibus actū sit, hoc nō mō nemo, sed ne rumor qdē quis q̄, vt sciremus in Rep. qd ageret. Quare si qd erit, qd scias de his rebus quas putabis scire me velle, p; mihi gratū erit, si id curaris ad me pferēdū. Quid est p̄terea? nihil sane, nisi illud, valde me Athenę delectarūt. Vrbs dūtaxat, & vrbis ornamētum, & hoīm mores in te, & in nos quadā beneuolētia. Sed multū ea philosophia ἄνω κ̀ κάτω. sic qdē existimat, tu apud quē eras. nā Zenonē tuū, vel nostrū potius, Quinto cōcesserā, & tamē ppter vicinitatē totos dies simul eramus iūcti. Cū primū poteris, tua cōsilia ad me scribas, vt sciam qd agas, vbi quoq;, & maxime quando Romę futurus sis. Vale.

Lex Iulia.

Sursum & deorsum.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

VI toties ne me literas dedisse Romā, cū ad te nullas dare? at vero posthac frustra potius dabo, q̄ si recte dari potuerint, cōmittā vt nō dē. Ne Prouincia nobis proroget p fortunas, dū ades, qcqd puideri potest, puide. Nō dici potest, q̄ flagrē desiderio vrbis, q̄ vix harū rerū insulsitatē ferā. Marcellus sedendi comes: etsi ille magistratū nō gesserit, erit tamē Trāspadanus. ita mihi videt nō minus stomachi nostro Cęsari fecisse. sed hoc ipse viderit. Pompęius mihi quoq; videbat (qd scribis Varronē dicere) in Hispaniā certe iturus: id ego minime pbabā: q qdē Theophani facile psuasit nihil esse melius q̄ illud, nusq̄ illū discedere. ergo gręcus incūbet. valet autē auctoritas eius apud illū plurimū. Ego has prid. No. Quint. pficiscēs Athenis dedi. Cū ibi decē ipsos fuissem dies, venerat Pōtinus. nā Cn. Volusius aderat q̄stor tu⁹. Vnus Tullius aderat. ἄφρακτα Rhodiorū, & Dicrotū, & Mitylenęorū habebā & alia qd De Parthis erat silētiū. qd supereſt Dii iuuēt nos. adhuc iter p Gręciā sūma cū admiratione fecimus. Nec mehercule habeo adhuc, quē accusem meorū. Vident mihi nosse nos, nostrā causam, & cōditionē pfectionis suę. plane seruiūt existimationi meæ. Q̄d supereſt, si verū illud ē, ὀρθία ἡ δέασις, τοῖαι κ̀ Δραπανίδες, certe pmanebūt. Nihil. n. a me fieri ita videbūt, vt sibi sit deliquēdi loc⁹. ī id parū qd fuerit fiet aliqd a nobis seuerī⁹: nā lenitate dulces sum⁹, & (vt spero) pficim⁹ aliquātū. Sed ego hāc vt singuli dicūt adhuc †ἀνεξίκα ī vnū annū meditat⁹ sū. Proīde pugna, ne si qd progatū sit, turpis iueniar. Nūc redeo ad ea q̄ mihi mādas. In pfectis excusatio: iis quos voles deferto, nō ero tā μετέωρος q̄ ī Apuleio fui. Zenonē tā diligo q̄ tu, qd ipm sentire certe scio. Apd Patronē & reliquos †Barōes te ī maxia gra posui, & hercule merito tuo feci. nā mihi is ter dixit te scripsisse ad se, mihi ex illius literis rē illā curę fuisse, qd ei pgratū erat. Sed cū Patro mecū egisset vt pterē a vro Ariopago ὑπομνηματισμὸν tollerēt, quē Polycharmo Pr. fecerāt, cōmodi⁹ visū ē, & Zenōi me, & post ipsi Patroni, ad Mēmiū scribere, q; pridie q̄ ego Athenas veni, Mytilenas pfect⁹ erat: vt si ad vos scriberet, posse id sua volūtate fieri. nō. n. dubitabat Zeno qn ab Ariopagitis iuito Mēmio ipetrari ñ posset.

†ἀνεξίκακία.

†Varrones

Fannius autē ędificādi cōsiliū abiecerat,sed erat Patroni iratus.Itaq; scripsi ad eū accurate, cuius epistolę misi ad te exēplū.Tu velim Pyliā meis verbis cōsolere.Indicabo eīn tibi:tu illi nihil dixeris.Accepi faciſculū,in quo erat epistola Pylię.abstuli,aperui,legi,valde scripta est συμπαθικῶς. Brundusio quę tibi epistolę reddite sunt sine mea,tū videlicet datę cū ego me non belle haberem.Nam illam νομαωδρίαν meam excusationem ne acceperis.Cura vt oīa sciam,sed maxime vt valeas.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

NEgotiū magnū est nauigare,atq; id mense Quintil.Sexto die Delum Athenis venimus.Prid.Non.Quintil.a Pireo ad Zostera vento molesto,q nos ibidem Nonis tenuit.Ad.VIII.Iduū ad Ceocū vicū,deinde ad Gyarū sęuo vēto nō aduerso.Hinc Scyrum,deinde Delum,vtroq; citius q̄ vellemus,cursum cōfecimus.Iā nosti ἄφρακτα Rhodiorū.nihil est,qđ minus fluctū ferre possit.Itaq; erat in animo nihil festinare,Delo nec me mouere,nisi oīnia ἀκροτηριῶν iura vidissem. De Messala ad te statim,vt audiui,de Gyaro dedi literas, & id ipsum cōsiliū nostrū etiā ad Hortēsiū,cui quidem valde συνκατανεύσαμεν. Sed tuas de eius iudicii sermonibus,& mehercule omni de reip.statu literas expecto πολιτικώτερον quidē scriptas, (quoniā meos cū Thallumeto nostro puolutas libros)eiusmodi inquā literas,ex qbus ego nō quid fiat(nā id Helonius vir gratissimus potest efficere cliens tuus)sed qđ futurum sit sciam.Etiā cū hęc leges,habebim9 COSS. Oīa pspicere poteris,de Cęsare,de Pōpeio,de ipsis iudiciis.Nostra autē negotia(quoniā Romę cōmoraris)amabo te explica,cui rei fugerat me rescribere.De strue Salinarū plane rogo.De aqua si quid poterit fieri,eo sis animo quo soles esse.De aqua, quam ego cum mea sponte,tum tuis sermonibus estimo plurimi,ergo aliquid cōficies.Prēterea si qđ Philippus rogauit qđ in tua re faceres,id velim facias.Plura scribam ad te,cum constitero.nunc eram plane in medio mari.Vale.

Nauigare neg.magnū

Aphracta.

Strues Salinarū.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

EPhesum venim9 ad.XI.Cal. sext.Sexagesimo,& quinto post pugnā Bouillā. Nauigauim9 sine timore,& sine nausea,sed tardi9 ꝓpter Aphractorū Rhodiorū imbecillitatē.De cōcursu legationū priuatarū,& de incredibili multitudine, q̄ mihi iā Sami,sed mirabilē in modū Ephesi pśto fuit,aut audisse te puto,aut qđ ad me attinet? Verūtamē,cū de Cumanis venissem cū imperio, Grēci quasi Ephesio Pr.se alacres obtulerūt.ex quo te intelligere certe scio, multorū annorū ostētationes meas nūc in discrimē esse adductas.Sed vt spero,vtemur ea palęstra,quā a te didicimus,oībusq; satisfaciem9,& eo facilius , q̄ in nostra Prouincia confectę sunt pactiones.Sed hactenus,pśertim cū cœnāti mihi nūciaret Sestius se de nocte proficisci. Tua negotia Ephesi curę mihi fuerūt: Thermoq;,tametsi ante aduentū meum liberalissime erat pollicitus tuis omnibus,tamē Philogenē,& Seium Rhodiū,& Apollonicēsem Zenonē cōmēdaui. omnino oīa se facturū recepit.Ego prēter eā rationē Philogeni, & pmutationis eius,quā tecū fecit,edidi.ergo hęc quoq; hactenus.Redeo ad vrbana.per fortunas(quoniam Romę manes)primū illud pśulci,atq; pmuni q̄so,vt simus annui,ne intercaleť qd.Deinde ex hauri mea mādata:maxime quęso quoad potes,de illo domestico,scrupulū,quē nō ignoras. Deinde de Cęsare,cū in cupiditatē,& in auctorē incubui,nec me piget.Et si intelligis q̄ meū sit scire,& curare qd in rep.fiat,immo vero etiā qd futurū sit,perscribe ad me oīa,sed diligētissime.In primis nūquid iudiciorū status,aut factorū,aut futurorū etiā laboret.De aqua,si curę est,si quid Philippus aget,animaduertes.Vale.

Aphracta Rhodia.

Scrupulus

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ANte q̄ aliquo loco cōsedero,neq; longas a me,neq; semp mea manu literas expectabis.cū autē erit spatiū,vtrūq; dabo.Nūc iter cōficiebā æstuosa,& puluerulenta via.dederam Epheso pridie.has dedi Trallibus.In ꝓuincia mea fore me putabā Cal.Sextil.Ex ea die,si meas cōmouero.Tamē inter ea hęc vellem,q̄ mihi adnūciabant.Primū otiū Parthicū: deinde cōfectę pactiones publicanorū:postremo seditio militū sedata ab Appio,stipendiumq; eis vsq; ad Id.Quinti. persolutum.Nos Asia accepit admirabiliter,aduentus noster ne minimo quidem sumptui fuit.Spero meos omneis seruire laudi meę,tamen magno timore sum, sed bene paramus.omnes iā nostri prēter Tullii tuū venerunt.Erat mihi in animo recta ꝓ

ficiſci ad exercitum, æſtiuos menſes reliquos rei militari dare, hybernos iuriſdictioni. Tu ve
lim (ſi me nihilo minus noſti curioſum in rep. q̃ te) ſcribas ad me omnia quę ſint, queve fu-
tura ſint: nihil mihi gratius facere potes, niſi tamẽ id erit mihi gratiſſimum, ſi quę tibi man
Epſa plena feſtinatiõis & pulueris daui confeceris, in primis qd illud ὦ ὁμίλῳ, quo mihi ſcies nihil eſſe charius. Habes epiſto
lam plenam feſtinationis, & pulueris, reliquę ſubtiliores erunt. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Campus. AOdiceã veni prid. Cal. Sextil. Nihil exoptatius aduẽtu meo, nihil charius, ſed eſt incredibile, q̃ me negotii tẽdeat: ne non habeat ſatis magnũ cãpũ ille tibi nõ ignotus curſus animi, & induſtrię meę, præclara opera ceſſent. Quip
pe ius Laodiceę me dicere, cũ Romę A. Plotius dicat! & cũ exercitũ noſter amicus habeat, tantum me nomẽ habere duarũ legionũ exulũ! Deniq; hęc nõ deſidero: lucẽ, forũ, vrbẽ, domũ, vos deſidero. Sed feram, vt potero, ſit mõ annuus, ſi prorogatur, actum eſt. Verũ facile reſiſti poteſt, tu modo Romę præſto ſis. Quęris qd hic agã? Ita viuã, vt maximos ſumptus facio: mirifice delector hoc inſtituto, admirabilis
Verſura ſoluẽdũ ſit. abſtinẽtia ex p̃ceptis tuis, vt verear, ne illud qđ tecũ pmutaui, verſura mihi ſoluẽdũ ſit. Ap-
pii vulnera nõ refrico, ſed apparẽt, nec occuli poſſunt. Iter Laodicea faciebã ad. III. Non. Sex
Clitellę bo ui impoſitę til. cũ has literas dabã, in caſtra in Lycaoniã. Inde ad Taurũ cogitabã, vt cũ Mophragone ſi-
gnis collatis, ſi poſſem, de ſeruo tuo decernerẽ. Clitellę boui ſunt impoſitę. illę, nõ eſt noſtrũ
onus, ſed feremus, mõ, ſi me amas, ſit annuus. Adſis tu ad tẽpus, vt Senatũ totũ excites. Miri
fice ſollicitus ſum, q̃ iãdiu ignota ſunt oĩa. Quare, vt ad te ante ſcripſi, tũ cętera, tũ reſp. cu-
ra vt nota mihi ſit. Plura ſcribã alias tarde tibi redituro, ſed dabã familiari hoĩ, ac domeſti-
co C. Andronico Puteolano. Tu autẽ ſępe dare tabellariis publicanorũ poteris p magiſtros
ſcripturę, & portus, & noſtrarum diœceſum. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

TSi in ipſo itinere, & via diſcedebãt publicanorũ tabellarii, & eramus in cur
ſu, tñ ſurripiẽdũ aliq̃d putaui ſpatii, ne me immemorẽ mãdati tui putares.
Itaq; ſubſedi in ipſa via, dũ hęc, q̃ lõgiorẽ deſiderãt oratiõnẽ, ſummatim tibi
pſcriberem. Maxima expectatione impẽditã, & plane euerſam in pꝛetuũ Pro
uinciã nos inueniſſe ſcito Prid. Cal. Sextil. morat⁹ triduũ Laodiceę, triduum
Apameę, & totidẽ dies Sinnade: audiuim⁹ nihil aliud, niſi imperata ἐπιεφά
λαια ſoluere nõ poſſe: omneis poſſeſſiones omniũ vẽditas, ciuitatũ gemit⁹, ploratus, mõſtra
quędã nõ hominis, ſed ferę neſcio cuius immanis. Quid quęris? tædet omniũ nos vitę. Leuan
tur tñ miſerę ciuitates, q̃ nullus ſit ſumpt⁹ in nos, neq; in legatos, neq; in quęſtorem, neq; in
quẽq̃. Scito nõ modo nos fœnũ, aut qđ lege Iulia dari ſolet, nõ accipere, ſed ne ligna qdẽ, nec
Lecti quat tuor. pręter quattuor lectos, & tectũ, quẽq̃ accipere quicq̃: multis locis nec tectũ quidẽ, & in taber
naculo manere plerũq;. Itaq; incredibilẽ in modũ cõcurſus fiunt ex agris, & vicis, ex domib⁹
omnibus. Mehercule etiã aduentu noſtro reuiuiſcunt, iuſtitia, abſtinẽtia, clemẽtia tui Cice-
ronis. Itaq; opiniones omniũ ſuperauit. Appius, vt audiuit nos venire, in vltimã Prouinciã
ſe coniecit Tarſum vſq;, ibiq; forũ agit. De Partho filentiũ eſt, ſed tamẽ conciſos equites no
ſtros a barbaris nũciabãt ii q veniebãt. Bibulus nũciabaẽ qdẽ etiã nũc ĩ Prouinciã ſuã accede
re. Id aũt facere ob eã cauſam dicebãt, q̃ tardius vellet decedere. Nos in caſtra properabam⁹,
Aberãt bi dui. quę aberant bidui. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

ACcepi Roma ſine epiſtola tua faſciculum literarum, in quo ſi modo valui-
ſti, & Romę fuiſti, Philotimi duco eſſe culpam nõ tuã. Hanc epiſtolã dicta-
ui ſedens in Rheda, cum in caſtra proficiſcerer, ab quibus aberã bidui. Pau
Rheda. Aberam bi dui. cis diebus habebam certos homines, quibus darẽ literas, itaq; eo me ſerua
Cic. cõtinẽ tia & abſti nentia. ui. Nos tamen, etſi hoc te ex aliis audire malo, ſic in puincia nos gerimus,
quod ad abſtinentiã attinet, vt nullus Terũcius inſumaẽ in quẽq̃. Id fit eti
Terũcius. am & legatorum, & tribunorum, & pręfectorum diligentia. nam omnes mirifice συμφλοδ
ξδσιν gloriæ meę. Lepta noſter mirificus eſt, ſed nunc propero. perſcribam ad te paucis dieb⁹
omnia. Cicerones noſtros Deiotarus filius, qui Rex ab Senatu appellatus eſt, ſecũ in regnũ
dum in æſtiuis nos eſſemus, illum pueris locum eſſe belliſſimum duximus. Seſtius ad me ſcri
pſit, quę tecum eſſet de mea domeſtica, & maxima cura locutus, & quid tibi eſſet viſum. Ama

bo te,incumbe in eam rem,& ad me scribe,quid & possit,& tu censeas.Idem scripsit Hortẽsium de proroganda nostra Prouincia dixisse nescio quid: mihi in Cumano diligentissime, se vt annui essemus,defensurum receperat.Si quicq̃ me amas,hunc locum ama.Dici nõ potest,q̃ inuitus a vobis absim:& simul hãc gloriam iustitiæ,& abstinẽtiæ fore iustiorẽ spero, si cito decesserimus.Id qđ Scęuolę contigit,qui solos nouem menses Asiæ p̃fuit.Appius noster,cum me aduentare videret,profectus est Tarsum vsq; Laodicea.Ibi forum agit,cum ego sim in Prouincia.quam eius iniuriam nõ insector.Satis enim habeo negotii in sanandis vulneribus,quæ sunt imposita Prouinciæ,qđ do operã vt faciam q̃minima illius cõtumelia. Sed hæc Bruto nostro velim vt dicas,illum fecisse non belle, qui aduentu meo q̃longissime potuerit,discesserit. Vale.

Amabo te

M.T.CICERO.T.P.ATTICO S.

QVam vellẽ Romę esses,si forte nõ es.Nihil enim certi habebam⁹, nisi accepisse nos tuas literas ad decimumquartum Calẽ.Sextil.datas,in quib⁹ scriptum esset,te in Epeirum iturũ circiter Calen.Sextil.Sed siue Romę es,siue in Epeiro,Parthi Euphratẽ trãsiuerũt Duce Pacoro Orodis Regis Parthorum filio,cũctis referto copiis.Bibulus nondum audiebaț esse in Syria. Cassius in oppido Antiochiæ cũ omni exercitu. nos in Cappadocia ad Taurũ cũ exercitu ad Cybistra.Hostis in Cirthesteica,quę Syrię pars proxima est Prouincię meæ. His de rebus scripsi ad Senatũ:quas literas,si Romę es,videbis putes ne reddẽdas. Et multa, immo omnia:quorũ κεφάλαιον,ne quid inter cæsa,& porrecta(vt aiũt)oneris mihi addatur, aut temporis.Nobis enim hac infirmitate exercitus,inopia sociorum,pręsertim fideliũ,certissimum subsidiũ est hyems.Ea si venerit,nec illi ante in meã Prouinciã trãsierint,vnum vereor,ne Senatus propter vrbanarũ rerũ metũ Pompeiũ nolit dimittere.Qz si aliũ ad ver mittit,nõ laboro:nobis modo temporis ne qd prorogetur.Hęc igit̃,si Romę es:sin abes,aut etiã si ades,hęc negotia sic se habẽt.Stam⁹ animis,& quia cõsiliis,vt videmur,bonis vtimur,speramus etiam manu.tuto consedimus,copioso frumento,Ciliciã ppe cõspiciente expędito ad mutandũ locũ paruo exercitu,sed,vt spero,ad beneuolentiam erga nos consentiente, quem nos Deiotari aduentu cũ suis omnib⁹ copiis duplicaturi eramus. Sociis multo fidelioribus vtimur,q̃ quisq̃ vsus esset:quibus incredibilis videt̃ & nostra mansuetudo,& abstinentia.Delectus habetur ciuium Romanorũ.frumentum ex agris in loca tuta cõportatur.Si fuerit occasio,manu:sin min⁹,locis nos defendemus.Quare bono animo es:video enim te,& quasi corã adsis,ita cerno συμπάθειαν amoris tui.Sed te rogo,si vllo pacto fieri poterit,si integra in Senatu nostra cã ad Calẽ.Ian.mãserit,vt Romæ esses mẽse Ianuario: p̃fecto nihil accipiã iniurię,si tu aderis.Amicos Coss.habem⁹ nostros,Tri.Pl.Furniũ.Verũ tua ẽ opus assiduitate, prudẽtia,gratia:tẽpus est necessariũ. sed turpe est me pluribus verbis agere tecũ . Cicerones nostri sunt apud Deiotarũ,sed,si opus erit,deducent̃ Rhodum.Tu,si es Romę,vt soles,diligẽtissime:si in Epeiro,mitte tñ ad nos de tuis aliquẽ tabellarium,& vt tu,qd nos agamus,& nos,quid tu agas,quidq; acturus sis,scire possimus.Ego tui Bruti rẽ sic ago, vt suã ipse non ageret.sed iam exhibeo pupillum,neq; defendo,sunt enim negotia & lenta,& inania.Faciam tñ satis tibi quidem,cui difficilius est,q̃ ipsi:sed certe satisfaciam vtriq;. Vale.

Pacorus.

Cybistra.

Cirthesteica.

Inter cęsa & porrecta

Pupillũ exhibeo, neq; defendo.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

OBsignarã iam epistolã meã,quã puto te modo plegisse scriptam mea manu, in qua oĩa continẽtur,cum subito Appellius Tabellari⁹ ad.XI.Cal. Octob. septimo quadragesimo die Roma celeriter iuit:tam mihi longe tuas literas reddidit.ex qbus nõ dubito,qn vt Põpeiũ expectaris , dũ Arimino rediret, etiã in Epeirũ p̃fectus sis:magisq; vereor,vt scribis,ne in Epeiro sollicit⁹ sis nõ min⁹,q̃ nos hic sum⁹.De Atteliano noĩe scripsi ad Philotimũ ne appellaret Messalã.Itineris nostri famã ad te pueniss̃e lætor,magisq; lętabor,si reliq̃ cognoris.Filiolã tuã tibi iam Romę iucundam esse gaudeo,eamq; quã nunq̃ vidi,tñ & amo,& amabilem esse certe scio. Etiam atq; etiã vale patrone & tui cõdiscipuli.Quę de Tarentinis in militia laborauí,ea tibi grata esse gaudeo.Quod scribis,libenter repulsam tulisse eum,qui cum sororis tuę filii patruo certaret,hoc magni amoris signũ.Itaq; me etiã admonuisti,vt gauderẽ:nã mihi in mentem non venerat.Nõ credo,inquis.vt libet.sed plane gaudeo, quoniam ὑμεσᾶν interest τοῦ φθονεῖν. Vale.

Repulsa.

Epistol. ad T. P. Atticum

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

SAturnalibus mane se mihi Pindētissę dediderūt septimo, & quinquagesimo die, postq̄ oppugnare eos cœpimus. Qui, malū, isti Pindentissæ! qui sunt in quies! nomen audiui nunq̄. quid ego faciam! non potui Cilicią, Aetoliā, aut Macedoniā reddere. Hoc iā sic habeto, nec hoc exercitu hic tanta negotia geri potuisse, quę cognoscere ὦ ἐπιτρμ̄. Sic. n. cōcedis mihi ꝓximis literis. Ephesum vt venerim nosti, qui etiā mihi gratulat⁹ es illi⁹ diei celebritate, qua nihil me vnq̄ delectauit magis. Inde oppidis his quæ erāt, mirabiliter accepti Laodiceā prid. Calend. Sextil. venimus: ibi morati biduū, pærillustres fuim⁹, honorificisq; verbis oīeis iniurias reuellimus supĕrioris. Deinde Apameæ quinq; dies morati, Synadis triduū, Philomeli quinq; dies, & Iconii decem fecimus. nihil ea iurisdictione æquabilius, nihil lenius, nihil grauius. Inde ad castra veni ad. VII. Calend. Septemb. Ad. III. exercitū lustraui apud Iconiū. Ex his castris, cū graues de Parthis nūcii venirēt, pærrexi in Ciliciam per Cappadociæ partē eā, q̄ Ciliciā attingit, eo cōsilio, vt Armenius Artabasdes, & ipsi Parthi Cappadocia se exclu di putarēt. Cū dies qnq; ad Cybistra Cappadocię castra habuissem, certior sum factus Parthos ab illo aditu Cappadocię lōge abesse, Cilicię magis imminere. Itaq; cōfestim iter in Cilicią p Tauri pylas. Tarsum veni ad. III. Non. Octob. Inde ad Amanū cōtēdi, q̄ Syriā a Cilicia aquarū diuortio diuidit, q mōs erat hostium plenus sempiternoꝝ. Hic ad. III. Id. Octob. magnū numerū hostiū cecidimus. Castella munitissima nocturno Pōtini aduētu, nostro mutuno cepimus, incendimus, & Impĕratores appellati sumus. Castra paucos post dies habuim⁹, ea ipsa quæ contra Darīū habuerat apud Issum Alexander Impĕrator haud paulo melior, q̄ aut tu aut ego. Ibi qnq; dies morati, direpto, & vastato Amano inde discessim⁹. Interim (scis em̄ q̄dā ϖαικὰ dici) itē τὰ κοινὰ τοῦ πλέμου rumore aduētus nostri, & Cassio, q̄ Antiochia tenebat, aīus accessit, & Parthis timor iniectus est. Itaq; eos cedēteis ab oppido Cassius insecutus, rē bene gessit. Qua in fuga magna auctoritate Osates Dux Parthorū vulnus accepit, eoq; interiit paucis post dieb⁹. Erat in Syria nostrū nomē in gratia. Venit interim Bibulus, credo voluit appellatiōe hac inani nobis esse par. In eodē Amano cœpit Laureolā in Mustaceo q̄rere. At ille cohortē primā totā pdidit, Cēturionēq; primipili nobilē sui generis Asiniū Dētonē, & reliquos cohortis eiusdē, & Sex. Lucilīū, T. Cannii Cepiōis locupletis, & splēdidi hominis filiū Tr. Mil. sane plagā odiosam acceperat, cū re, tū tēpore. Nos Pindenissum, qđ oppidū munitissimū Eleutherocilicū omniū memoria, in armis fuit. feri hoīes, & acres, & oībus rebus ad defendēdū parati. cinxim⁹ vallo, & fossa, aggere maximo, vineis, turre altissima, magna tormētoꝝ copia, multis sagittariis, magno labore, apparatu, multis sauciis ex nostris, in columi exercitu negotiū cōfecimus. hilara sane Saturnalia. Militib⁹ quoq;, equis exceptis, reliquā p̄dā cōcessimus. Mācipia venibāt Saturnalib⁹ certis. Cū hæc scribebā, in Tribunali res erat ad HS. CCXX. Hinc exercitū in hyberna agri male pacati, deducēdū Q. Fratri dabam, ipse me Laodiceā recipiebā. Hęc adhuc. Sed ad p̄terita reuertamur. Q. me maxime hortaris, & qđ pluris est q̄ oīa, in quo laboras, vt etiā Ligurino μώμῳ satisfaciā, moriar, si q̄q̄ fieri potest eleganti⁹. Nec tñ ego hāc cōtinentiam appello, q̄ virt⁹ voluptati resistere videt. Ego in vita mea nulla vnq̄ voluptate tāta sum affectus, quāta afficior hac integritate. nec me tā fama (q̄ summa est) q̄ res ipsa delectat. Quid q̄ris! fuit tanti, me ipse non norā: nec satis sciebā, quid in hoc genere facere possem recte. nihil est p̄clarius. Interim hæc sunt λαμπρά. Ariobarzanes opa mea viuit. regnat ϖῷ πρόϖῳ consilio, & auctoritate: & ꝓ insidiatorib⁹ ei⁹ ἀπρόσιτον me modo nō p̄bui, Regē, regnūq; seruaui. Interea e Cappadocia ne pilū q̄dē. Brutū abiectū, quātū potui, excitaui: quē nō min⁹ amo, q̄ tu, pæne dixi q̄ te. Atq; etiā spero toto anno Impii nostri Terūciū sumptus in prouincia nullū fore. habes oīa. Nūc publice literas Romā mittere parabā. vberiores erūt, q̄ si ex Amano misissem. at te Romę nō fore. Sed est totū, qđ Calē. Martii futurū sit. Vereor enim ne cū de Prouincia ageť, si Cęsar, resistet, nos retineamur. His tu si adesses, nihil timerē. Redeo ad vrbana, q̄ ego diu ignorās ex tuis iucūdissimis literis ad V. Calē. Ian. deniq; cognoui: eas diligētissime Philogenes libert⁹ tuus curauit pærlōga, & nō satis tuta via pferēdas. Nā quas Lemni, pueris scribis datas, nō acceperā. Iucūde de Cęsare, & q̄ Senatus decreuit, & q̄ tu spĕras: qbus ille si cedit, salui sumus. Incēdio Prætoriano q; Leius adustus est, minus molestę fero. Luceius de Q. Cassio cur tā vehemēs fuerit, & qd actum sit, aueo scire. Ego cum Laodiceā venero, Q. sororis tuæ filio togā puram iubebo dari, cui mo-

Issus.

Cassius. Osates.

Laureolam i Mustaceo quęrere.

Momus Liburinus.

Continētia

Ne pilum quidem.

Terūcium sumptus.

Toga pura

deratur Deiotarus,cuius auxiliis magnis vsus sum.Ad me,vt scripsit,cū Ciceronibus Laodi ceā venturus erat.Tuas.n.Epeiroticas expecto literas,vt habeā rōnē nō modo negotii, verū etiā otii tui.Nicanor ī officio est,& a me liberaliter tractaī:quē,vt puto,Romā cū literis pu blicis mittā,vt & diligētius pferant,& idē ad me certa de te,& a te referat.Alexis q̄ mihi to ties salutem adscribit,est gratū.sed cur nō suis literis idē facit,qđ meus ad te Alexis facit?a Phameo queritur †κέρασ.Sed hæc hactenus.Cura vt valeas,& vt sciam,quando cogites Ro mam.Etiam atq̄ etiam vale.Tua,tuosq̄ Thermo,& p̄sens Ephesi diligentissime cōmendarā, & nunc p̄ literas,ipsumq̄ intellexi esse p̄studiosum tui. Tu velim,quod antea ad te scri psi,de domo Parmeni des operam:vt quod tuo,meoq̄ beneficio puer habet,cures nequa ra tione auellatur.vtriq̄ nostrum existimo,tum mihi erit pergratum.

Cui mode rat Deiot.

†κερασά.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

IE in Epeirū saluū venisse,& vt scribis,ex sentētia nauigasse,vehemēter gau deo.non esse Romæ tempore pterneces sario,submoleste fero. Hoc me tamen consolor,q̄ non spero te istic iucunde hyemare,& libēter requiescere.Cassi⁹ frater Q.Cassii familiaris tui prudētioreis illas literas miserat,de qb⁹ tu ex me regris quid sibi voluerit,q̄ eas,quas postea misit,quib⁹ p̄ se scribit con fectū esse Parthicū bellū.Recesserāt illi quidē ab Antiochia ante Bibuli ad uentū,sed nullo nostro εὐκμεριήματι. Hodie vero hyemant in Chirestica,maximūq̄ bellum impendet.Nam & Orodes Regis Parthorum filius in Prouincia nostra est: nec dubitat De iotarus,cuius filio pacta est Arthabasdis filia,(ex quo sciri pōt)quin cū oīnibus copiis ipsa prima ętate Euphratē trāsiturus sit. Quo autē die Cassii literæ victrices in Senatu recitatę sunt,idest No.Octob.eodē meę tumultū nūciantes.Axius noster ait nostras auctoritatis ple nas fuisse,illis negat creditū.Bibuli nondū erāt allatę,quas certo scio plenas timoris fore.Ex iis rebus hoc vereor,ne cū Pompeius ꝓpter metū rerū nouarū nusq̄ dimittatur, Cęsari nul lus honos a Senatu habeatur,dum hic nodus expediatur,non puret Senat⁹,nos ante,q̄ suc cessum sit,oportere decedere,nec in tanto motu rerū tātis Prouinciis singulos legatos præ esse.Hic ne qd mihi ꝓgetur,qđ ne intercessor quidem sustinere possit,horreo:atq̄ eo ma gis,q̄ tu abes,qui cōsilio,gratia,studio,multis reb⁹ occurreres. Sed dices me ipsum mihi sol licitudinē struere: cogor,& velim ita sit.Sed oīnia metuo,etsi bellū ἀκροτελευταῖον habet illa tua epistola,quā dedisti nauseans Buthroto. Vale.

Orodes. Deiotarus. Literæ victrices.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

TIbi,vt video,& spero,nulla ad decedēdū mora: mallē,vt video: nihil op⁹ fuit,vt spero.Acceperā aūt satis celeriter Iconi p̄ publicanoꝝ tabellari os a Lētuli triūpho datas.ī his γλυκύπικρον illud cōfirmas, morā mihi nullā fore. Deinde addis si qd secus,te ad me forte vēturum.Angūt me dubitatiōes tuę,simul & vides,q̄s acceperim literas.Nā q̄s Hemoni Cen turioni Scamulę ipē scribis dedisse,nō accepi Lemnii pueris te dedisse,sę pe adme scripseras:eas Laodiceæ deniq̄ cū eo venissē.III.Id.Feb.Lemni⁹ mihi reddidit datas ad decimū Cal.Octob.Lemnio tuas commendationes, & statim verbis, & reliquo tēpore ꝓbabo. Hæ literæ cætera vetera habebant,vnum hoc nouum de Cibyratis Pantheris.Multū te amo,q̄ respondisti M.Octauio te non putare:sed posthac omnia,q̄ cer ta non erūt,p̄ certo negato.Nos enim & nostra sponte bene firmi, & mehercule auctoritate tua inflammati vicimus omneis.Hoc tu ita reperies tum abstinentia,tum iustitia, facilitate, clementia.Caue putes quicq̄ homines magis vnq̄ esse miratos,q̄ nullum Teruncii,me obti nente Prouinciam,sumptum factū esse,nec in remp.nec in quēq̄ eoꝝ,p̄terq̄ in L.Tulliū legatū, in cæteris qui abstinēs se Iulia lege,transita semel tamen in diem,nō vt alii solebāt omnibus vicis,p̄ter eum semel,nemo accepit.Hic facit, vt mihi excipiendus sit, cū Teruncium nego sumptū factū:p̄ter eum accepit nemo.Has a nostro Q.Ticinio sordes accepim⁹.Ego æstiuis confectis,Q.fratrem Hybernis,& Ciliciæ p̄feci.Q.Volusium tui Tiberii generū certū homi nem,sed mirifice abstinētē,misi in Cyprum, vt ibi pauculos dies. sed ne ciues Romani pau ci,qui illic negotiantur ius sibi dictum negarent.nam euocari ex Insula Cyprios nō licet.Ipe in Asiā ꝓfectus sū Tarso No.Ian. Non mehercule dici potest,qua admiratione Cilicię ciui tatū,maximeq̄ Tarsensiū.Postea vero,q̄ Taurū trāsgressus sū,mirifica expectatio Asię nostra rū diœcesum,q̄ sex mēsibus imperii mei nullas meas acceperat literas,nunq̄ hospitem vide

Teruncii sumptum.

rat.Illud aũt tẽpus quotannis añ me fuerat in hoc q̃stu. Ciuitates locupletes ne in hyberna
Taléta Attica. milites reciperẽt,magnas pecunias dabãt.Cypríi talenta Attica.CC.q̃ ex insula (non ὑπερβολικῶς, sed verissime loquor) nũm⁹ me obtinente erogabit.Ob hęc bñficia,qbus illi obstupescunt,nullos honores mihi,nisi verborũ decerni sino, statuas ꝓhibeo:nec sum in vlla alia re molest⁹ ciuitatibus,sed fortasse tibi,q hęc prędicẽ de me.pfer si me amas.Tu eñ me hęc face re voluisti. Iter igit ita p Asiã feci,vt etiã fames,qua nihil miseri⁹ est,q̃ tum erat in hac mea
Abstinẽtia Cic.in Asia Frumentũ cõprimere. Asia(messis enim nulla fuerat)mihi optãda fuerit.Quacũq; iter feci,nulla vi,nullo iudicio, nulla cõtumelia,auctoritate,& cohortatiõe perfeci,vt & Græci,& ciues Romani,qui frumẽ tum cõpresserant,magnũ numerũ populis pollicerent.Id.Feb. quo die has literas dedi, forũ instituerã agere Laodiceę Cibyraticũ,& Apamẽse ex Id.Mar.ibidẽ Synadense.Pãphyliũ cum Sessameno.dispiciã κέρατα oĩm.Isauricũ ex Id.Maii in Ciliciã:vt ibi Iuni⁹ cõsumatur,velim trãquille a Parthis.Quintilis,si erit vt volum⁹,in itinere est ꝓ ꝓuinciã redeũtib⁹ cõsumendus.Venim⁹.n.in ꝓuinciã Laodiceã Sulpitio,& Marcello Coss.prid.Cal.Sextil.inde nos oportet decedere ad.IIII.Calen.Sextil.Primũ cõtendã a Quinto fratre,vt se pfici patiat,qđ & illo,& me inuitissimo fiet, et aliter honeste fieri nõ põt:pstim cum virũ optimũ Põtinũ ne nũc quidẽ retinere possim.rapit.n.hoiem Posthumius Romã,fortasse etiã Posthumia.Habes cõsilia nostra,nunc cognosce de Bruto.Familiares habet Brut⁹ tuos quosdã creditores Salaminiorũ.Ex Cypro Marcũ Scaptium,&.P.Maciniũ,quos mihi maiorẽ in modũ cõmendauit. Maciniũ nõ noui.Scaptius ad me in castra venit,pollicitus sum curaturũ me Bruti cã,vt ei
Syngrapha Salaminii pecuniã soluerẽt.egit gratias. Pręfecturã petiuit, negaui me cuiq̃ negotiãti dare, qđ idẽ tibi ostẽderã.Cn.Põpeio petẽti ꝓbarã institutũ meũ,qd dicã Torquato,&.M.Lemnio tuo,multis aliis:si pfect⁹ vellet esse syngraphę cã,me curaturũ vt exigeret.gratias egit,discessit. Appi⁹ noster turmas aliquot eqtũ dederat huic Scaptio,p quas Salaminios coerceret,& eundẽ habuerat pfectũ,vexabat Salaminios.Ego eqtes ex Cypro decedere iussi,moleste tulit Scaptius.Quid multa:vt ei fidẽ meã pstarẽ, cum ad me Salaminii Tarsum venissent,& vna Scaptius,impaui vt pecuniã soluerẽt.Multa de syngrapha,multa de Scaptii iniuriis, negaui me audire.Hortat⁹ sum demũ etiã p meis in ciuitatẽ bñficiis,vt negotiũ conficerẽt. Deniq; coacturũ dixi me hoies nõ modo nõ recusare,sed etiã hoc dicere,se a me soluere.Qđ.n.ptori dare cõsuessent,qm̃ ego nõ acceperã,se a me quodãmõ dare: atq; etiã min⁹ esse aliquãto i Scaptii noie,q̃ in vectigali ptorio. Collaudaui hoies.recte igt Scapti⁹,sed subducam⁹ sũmã.
Edictum transla. Interim cũ ego in edicto trãslatitio cẽtesimas me obseruaturũ dicerẽ cũ Antiochi anniuersario,ille ex syngrapha postulabat illud.Quid ais inquã:possum ne contra meũ edictũ: At ille
Ex syngrapha ius dicere. profert S.C.Lẽtulo,Philippoq; Coss.vt q Ciliciã obtineret, & ius ex illa Syngrapha diceret. cohorrui primo,etem̃ erat iterit⁹ ciuitatis.Reperio duo S.C.iisdẽ Coss.de eadẽ syngrapha.
Versuram facere. Salaminii,cũ Romę versurã facere vellẽt,nõ poterãt,ꝙ lex Gabinia vetabat.Tũ ii Bruti familiares freti gra Bruti dare volebãt q̃ttuor,si sibi S.C.caueret. Fit gratia Bruti S.C.vt ne ve Salaminiis,neve q eis dedisset fraudi esset.Pecuniã nũerauerũt.& postea venit in mẽtẽ fœneratorib⁹ nihil se iuuare illud S.C.ꝙ ex Syngrapha Ius dici lex Gabinia vetaret.Tũ fit S.C.vt ex ea Syngrapha eẽt,q̃ cętera essent,sed vt eodẽ.Cũ hęc disseruissẽ,seducit me Scapti⁹, ait se nihil contradicere,sed illos putare talẽta.CC.se debere:ea se velle accipere,debere autẽ eos paulo minus.Rogat,vt eos ad.CC.pducã.Optime inquã. voco illos ad me remoto Scaptio.qd vos:quãtũ iquã debetis:respõdẽt.CC.Refero ad Scaptiũ,hõ clamare.Quid opus est inquã poti⁹,q̃ rõnes cõferatis:Assidẽt,subducũt ad nũmũ,cõuenit.Illi se numerare velle:vrgere,vt acciperet.Scapti⁹ me rursus seducit,rogat vt rẽ sic relinquã. Dedi veniã homini impudẽter petẽti,Græcis q̃rentib⁹: vt in Fano deponerẽt,postulãtibus non concessi.Id clamare
Anatocismus. oẽs,q aderãt,nihil impudẽti⁹ Scaptio,q cẽtesimis cũ Anatocismo content⁹ nõ esset. aliis nihil stulti⁹.Mihi aũt impudẽs magis,q̃ stultus videbat.Nã aut bono noie cẽtesimis cõtentus erat,aut nõ bono quaternas cẽtesimas spabat.Habes meã causam:q̃,si Bruto nõ probat, nescio cur illũ amem⁹,sed auũculo ei⁹ certe probabit,pstim cũ S.C.modo factũ sit,vt puto, post q̃ tu es pfect⁹,in creditorũ cã,vt cẽtesimæ ppetuo fœnore ducerentur.Hoc qd interfit,si tuos digitos noui,certe habes subductũ,in quo quidẽ ὁδοῦ πάρεργον. Luceius M.Fab.querit apud me p literas,summũ esse periculũ,ne culpa Senatus his decretis, res ad tabulas nouas
Diecula. pueniat:cõmemorat qd olim etiã mali C.Iuli⁹ fecerit,cũ dieculã dixerit,nunq̃ resp. plus.Sed ad rẽ redeo.Meditare aduersus Brutũ cãm meã,si hęc cã ẽ,cõtra quã nihil honeste dici põt,

ꝑsertim cũ íntegrã rẽ,& cãm relíquerím. Relíqua ſunt domeſtíca. De ϛυβομύχῳ, pbo ídẽ qđ cu Poſthumię fílię,qm̃ †Pomelía nugať.ſed vellẽ adeſſes. A Q.fratre hís mẽſib⁹ nihíl expecta rís.nã Taurus propter níueis ante menſem Iuníũ tranſírí non põt.Hermũ,vt rogas,creberrimís líterís fulcío.P.Valerium negat habere quicq̃ Deíotarus Rex,eũq; aít ſe ſuſtẽtarí.Cũ ſcíes Romę íntercalatũ ſit,nec ne,velím ad me ſcríbas certũ,quo díe myſtería futura ſint. Líteras tuas mínus paulo expecto,q̃ ſi Romæ eſſes,ſed tamen expecto. Vale.

†πότνια vngantur.

Taurus níuoſus.

Intercalatũ Myſteria.

M.T.CICERONIS EPISTOLARVM AD T.POMPONIVM ATTICVM LIBER SEXTVS.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

ACcepí tuas líteras ad quíntũ mílliare Laodíceæ,quas legí líbentiſſí me,pleniſſímas amorís,humanitatís,offícíí,dílígẽtię. Ís ígiť reſpõ debo.Sic em̃ poſtulas,nec οἰκονομίαν meã inſtítuã,ſed ordínẽ cõſeruabo tuũ.Recentiſſímas a Cíbyrata meas líteras habere aís ad.X. Cal.Octob.datas,& ſcíre vís,tuas ego quas acceperím:omneís fere, quas cõmemoras,ꝑter eas,quas ſcríbís Lẽtulí puerís,& Equotutío, & Brũduſío datas.Quare nõ ὄιχεται tua índuſtría,qđ vereris,ſed ꝑclare ponít.ſiquídem íd egíſtí,vt ego delectarer.Nã nulla re ſum delectatus magís,q̃ meã βαθύτητα in Appío tíbí,líberalítatẽ etíam in Bruto ꝑbarí vehemẽter gaudeo,ac putarã ſecus.Appíus em̃ ad me ex ítínere bís,terve ὑπομεμφάμενος líteras míſerat,ꝙ quædam a ſe conſtítuta reſcinderẽ. Vt ſí medícus,cum ægrot⁹ alíí medíco tradít⁹ ſít,íraſcí velít eí medíco,quí ſíbí ſucceſſerít, ſí quæ ípſe in curando conſtítuerít,ímmutet ílle:ſíc Appíus,cũ ἀφαιρέσεως Prouíncíã curarít,ſanguínẽ míſerít,qcqd potuít detraxerít,mihí tradíderít enectã,& πρὸς ἀνατρεπτμόν. Ama me,non líbẽter vídí.ſed modo ſuccẽſet,& modo gratías agít.Nihíl em̃ a me fít cũ vlla íllíus cõtumelía:tantũmodo díſſímílítudo meę ratíonís offendít hominẽ.Quíd em̃ poteſt eſſe tam díſſímíle,q̃ íllo ímperãte exhauſtã eſſe ſumptíb⁹,& íacturís Prouíncíã:nobís obtínẽtíbus eã,nũmũ nullũ eſſe erogatũ nec príuatím,nec publíce!Quíd dícã de íllíus ꝑfectís!comítíbus!legatís!quíd etíã de rapínís!de líbídínib⁹!de cõtumelíís!Nũc aũt domus mehercule nulla tãto cõſílío,aut tãta díſcíplína gubernať,aut tã modeſta eſt,q̃ noſtra tota Prouíncía. Hãc nõnullí amící Appíí rídícule ínterpretãť,quí me ídcírco putẽt bene audíre velle,vt ílle male audíat:& recte facere non meæ laudís,ſed íllíus cõtumelíę cauſa.Sín Appíus,vt Brutí líterę,quas ad te míſit,ſígnificabant,gratías nobís agít,non moleſte fero.ſed tñ eo ípſo díe,quo hæc ante lucẽ ſcríbebã,cogítabã eíus multa ínique conſtítuta,& acta tollere.Nunc venío ad Brutũ,quẽ ego omní ſtudío,te auctore,ſum cõplexus:quẽ etíam amare cœperam,ſed díco reuocauí me,ne te offenderẽ.Nolí enim putare me quicq̃ maluiſſe,q̃ vt mandatís tuís ſatíſfacerẽ,nec vlla de re plus laboraſſe.mandatorum autem mihí líbellum dedít,ííſdẽq; de reb⁹ tu mecũ egeras.Omnía ſum díligentíſſíme perſecutus.Primũ ab Ariobarzane ſic cõtendít,vt talenta,q̃ mihí pollícebať,ílli daret: quoad mecũ Rex fuít,perbono loco res fuít. poſt a Põpeíí ꝓcuratorĩbus ſexcentís premí cœptus.Pompęius autem cum ob cæteras cauſas plus poteſt vnus,q̃ cæterí omnes,tum ꝙ putatur ad bellũ Parthicũ eſſe vẽturus.eí tamen ſic nunc ſoluitur,tricesímo quoq; díe talẽta Attíca.XXXIII.& hoc ex tríbutís.Nec íd ſatís efficítur ín vſurã mẽſtruã.ſed Cn.noſter clemẽter íd fert:forte cauet vſurę,nec ea ſolída cõtẽtus eſt.Alíí neq; ſoluít quicq̃,nec poteſt ſoluere.Nullũ.n.æraríũ,nullum vectígal habet.Appíí ínſtítuto tríbuta ímperat:ea vix in fœnus Põpeíí qđ ſatís ſít,efficíunt.Amící Regís duo,tresve perdíuites ſunt,ſed íí ſuũ tã dílígẽter tenent,q̃ ego,aut tu.Equídem nõ deſíno tñ per líteras rogare,ſuadere,accuſare Regẽ.Deíotarus etíã míhí narrauít ſe ad eũ legatos míſiſſe de re Brutí, eos ſibí reſpõſum retulíſſe,íllũ nõ habere.& mehercule ego ita íudíco,nihíl íllo regno ſpolíatíus,nihíl Rege egentíus.Itaq; aut tutela cogíto me abdícare,aut,vt ꝓ Glabrione Scæuola, fœnus,& impẽdíũ recuſare.Ego tñ quas pro te Bruto ꝓmíſerã ꝑfecturas,Marco Scaptío,& L.Ganío,quí in regno rem Brutí ꝓcurabant, detulí.nec enim in Prouíncia mea negotíabantur.Tu autẽ memíníſtí nos ſic agere,vt quot vellet ꝑfecturas ſumeret,dum ne negotíarenť. Itaq; duas eí ꝑfecturas dederam,ſed íí, qbus pętíerat,de Prouíncía deceſſerãt.Nũc cognoſce de Salamíníís,qđ vídeo tíbí etíã nouũ accídíſſe,tãq̃ mihí.Nũq̃.n.ex íllo audíuí vllã pecuníã eſſe ſuã.Quín etíã líbellũ ípſí⁹ habeo,ín quo ẽ.Salamínií pecuníã debẽt M.Scaptío & P.Mãtí

Audíre bene & male.

Vſura mẽſtrua.

Spolíatíus

nio familiaribus meis,eos mihi cõmẽdat,adscribit etiã, & quasi calcar admouet,intercessisse se pro iis magnã pecuniã. Cõfecerã,vt soluerẽt cẽtesimis sexennii ductis cũ renouatione singulorũ annorũ.At Scaptius quaternas postulabat:metui,si impetrasset,ne tu ipse me amare defineres,nam ab edicto meo recessissem,& ciuitatẽ in Catonis,& in ipsius Bruti fide locatã, meisq; beneficiis ornatã,fundit⁹ perdidissem. Atq; hoc tempore ipse impingit mihi epistolã Scaptius Bruti,rem illam suo periculo esse.Qđ nec mihi vnq̃ Brut⁹ dixerat,nec tibi etiam, vt pfecturã Scaptio deferrẽ:id vero p te exceperam⁹ negotiatori. qđ si cuiq̃,huic tñ nõ.Fuerat enim pfectus Appio,& quidem habuerat turmas equitũ,quibus inclusum in curia Senatum Salamine obsederat,vt fame Senatores quinq; necarent.Itaq; ego,quo die tetigi Prouiciam,cũ mihi Cyprii legati Ephesum obuiã venissent,literas misi,vt equites ex insula statim decederent.His de causis credo Scaptiũ iniquius de me aliqd ad Brutũ scripsisse: sed tamen hoc sum animo,si Brut⁹ putabit me quaternas cẽtesimas oportuisse decernere,qui tota Prouincia singulas obseruarem,idq; edixissem,idq; etiã acerbissimis fœneratorib⁹ pbaret:si prefecturam negotiatori denegatam queretur,qđ ego Torquato nostro in T.Lemnio,Pompeio ipsi in Sex.Strathio negaui,& iis pbaui:si eqtes deductos moleste feret : accipiã equidẽ dolorem,mihi illũ irasci,sed multo maiorẽ,non esse eum talem,qualẽ putassem.Illud quidem fatebitur Scaptius,me ius dicente,sibi omnem pecuniã ex edicto meo auferendi potestatẽ fuisse.Addo etiam illud,qđ vereor tibi ipsi vt probem:cõsistere vsura debuit,quę erat in edicto meo,deponere volebant.Impetraui ab Salaminiis,vt silerẽt.Veniã illi quidem mihi dederũt: sed qd iis fiet,si huc Paulus venerit?Sed totũ hoc Bruto dedi,q de me ad te humanissimas literas scripsit.Ad me aũt,etiam cum rogat aliquid,contumaciter,arroganter,ἀκοινωνήτως solet scribere.Tu autẽ velim ad eũ scribas de his rebus,vt sciam quomodo hęc accipiat.facies eñ me certiorem.Atq; hoc superiorib⁹ literis ad te diligenter perscripseram:sed plane te intellígere volui,mihi nõ excidisse illud,qđ tu ad me qbusdã literis scripsisses:si nihil aliud de hac Prouincia,nisi illi⁹ beneuolẽtiã reportassem,mihi id satis eẽ.Sit sane, quoniã ita tu vis, sed tamẽ cũ eo credo,qđ sine peccato meo fiat.Igit̃ meo decreto soluta res Scaptio statim:q̃ decretũ sit,tu iudicabis,ne ad Catonẽ qdem puocabo.Sed noli me putare ἐξκελεύσματα illa tua abiecisse,q̃ mihi in viscerib⁹ hęrẽt.Flens mihi meã famã cõmẽdasti.quæ epla tua est,in q̃ nõ mẽtionẽ facias?Itaq; irascat̃ q volet,patiar. τὸ γαρ εὖ μετ' ἐμοῦ, psertim cũ sex libris tanq̃ prædibus me ipsum obstrixerim,quos tibi tam valde pbari gaudeo.E quibus vnũ ἱστορικὸν requiris de Cn.Flauio Annii filio:ille vero ante decemuiros non fuit.quippe qui Aedilis Curulis fuerit,qui magistratus multis annis post decẽuiros institut⁹ est.Quid ergo proficit,q; protulit fastos?Occultatã putãt quodã tẽpore istã tabulam,vt dies agẽdi pterent̃ a paucis. Nec vero pauci sunt auctores Cn.Flauiũ scribam , fastos ptulisse,actionesq; composuisse,ne me hoc,vel potius Aphricanũ(is eñ loquit̃)cõmẽtũ putes.δυκ ἔλαθες. Illud de gestu Histrionis tu sceleste suspicaris,ego ἀφελῶς scripsi.De me Imperatore scribis,te ex Philotimi literis cognouisse:sed credo te iã in Epeiro cũ esses,binas meas de oĩbus reb⁹ accepisse,vnas a Pindenisso capto,alteras a Laodicea,vtrasq; tuis pueris datas.quib⁹ de rebus ppter casum nauí gãdi,per binos tabellarios misi Romã literas publice . De Tullia mea tibi assentior,scripsiq; ad eã,& ad Terẽtiã,mihi placere.Tu enim ad me,iã ante scripseras. At vellẽ te in tuũ veterẽ gregem retulisses.Correcta vero epistola Mẽmiana,nihil negotii fuit.Multo eñ malo hunc a Põtidia,q̃ illũ a Seruilia.Quare adiũges Aufiũ nostrũ,hominẽ semp amantem me,nũc credo eo magis,q; debet etiam fratris Appii amorem erga me cum reliqua hęreditate creuisse: qui declarauit quãti me faceret cũ sępe,tũ in Bursa.Næ tu me sollicitudine magna liberaris. Furnii exceptio mihi nõ placet,nec ego vllũ aliud tempus timeo,nisi qđ solũ ille excipit.Sed scribẽ ad te de hoc plura,si Romę esses.In Pompeio te spem omnem otii ponere nõ miror. ita res est,remouendũq; censeo illũ dissimulantẽ.Sed enim οἰκονομία si perturbatior est, tibi assignato.te enim sequor ἡνιόχοντα.Cicerones pueri amant inter se,discũt,exercent̃:sed alter,vti dixit Isocrates in Ephoro,& Theopompo,frenis eget,alter calcaribus.Quinto togã puram Liberalibus cogitabam dare,mandauit enim pater:ea sic obseruabo,quasi intercalatũ non sit.Dionysius mihi quidem in moribus est.Pueri autem aiunt eũ furenter irasci,sed homo nec doctior,nec sanctior fieri potest,nec tui,meiq; amantior.Thermum,& Syluium vere audis laudari,valde se honeste gerunt.Adde M.Nouium,Bibulum,me,si voles. Iam Scrofa vellem haberet,vbi posset, est enim lautum negotium.Cæteri infirmant πλήρωμα Catonis.

Ne ad Cato.quidem puocabo.

Sex libris q̃ si prędibus obstrinxerim.

ἀφελῶς.

Creuisse amorem.

Bursa.

Amant inter se.

Toga pura.

Hortenſio ꝙ cauſam meam cõmendas,valde gratũ.De Amiano,ſpei nihil putat eſſe Dionyſius.Terentii nullũ veſtigiũ agnoui.Meragenes certe periit:feci iter p ei⁹ poſſeſſionẽ, in qua animal reliquũ nullũ erat.Hoc non norã tum,cũ Democrito tuo locutus ſum. Rhoſii cauſam mãdaui.Sed heus tu,quid cogitas infelicitatis!Lancibus,& ſplendidiſſimis caniſtris, nõ oluſculis nos ſoles paſcere.Quid te in vaſis fictilibus appoſiturũ putẽ! κέρας Phœmio mandatum eſt,reperiet,modo aliquid illo dignũ canat.Parthicũ bellũ impendet. Caſſi⁹ ineptas literas miſit,necdũ Bibuli erãt allatę:quibus recitatis,puto fore,vt aliqñ commoueat Senat⁹. Equidem ſum magna animi pturbatione cõmotus:ſi,vt opto,non prorogatur noſtrum negotiũ,habeo Iuniũ,& Quintilẽ in metu,eſto,duos quidẽ mẽſes ſuſtinebit Bibulus.Quid illo fiet,quẽ reliquero!preſertim ſi fratrẽ!quid me aũt,ſi nõ tam cito decedo! Magna turba eſt. mihi tamen cum Deiotaro conuenit,vt ille in meis caſtris eſſet cũ ſuis copiis omnibus.Habet autẽ cohortes quadringentarias,noſtra armatura.xxx.equitũ erit ad ſuſtentãdũ quoad Pompeius veniat,qui literis,quas ad me mittit,ſignificat,ſuũ negotiũ illud fore.Hyemãt in noſtra Prouincia Parthi,expectat ipſe Orodes.Quid quęris!aliquãtum eſt negotii.De Bibuli edicto nihil noui præter illam exceptionem,de qua tu ad me ſcripſeras,nimis graui prędicio in ordinem noſtrũ.Ego tamẽ habeo ἰσοδωαμοῦσαν,ſed rectiorẽ ex Q.Municipii P.F. edicto Aſiatico : extra q̃ ſi ita negotium geſtum eſt,vt eo ſtari non oporteat. Ex fide bona multa,quę ſum ſecut⁹,Scęuolę miſi:niſi illud,in quo ſibi libertatẽ cẽſent greci datã,vt Greci inter ſe diſceptẽt ſuis legibus.Breue aũt edictũ eſt propter hãc meã διαίρεσιν,ꝙ duob⁹ generibus edicẽdũ putaui,quorum vnũ eſt prouinciale,in quo ineſt de rationibus ciuitatũ,de ęre alieno,de vſura,de ſyngraphis.In eodẽ omnia de publicanis.Alterũ, quod ſine edicto ſatis cõmode tranſigi non poteſt,de poſſeſſionibus hæreditatum,de poſſidendis bonis, magiſtris faciundis,vendendiſq; ex edicto,& poſtulari,& fieri ſolet. Tertium de reliquo iure dicendo ἄγραφον reliqui.Dixi me de eo genere mea decreta ad edicta vrbana accõmodaturũ. itaq; curo,& ſatiſfacio adhuc omnibus.Greci vero exultant ꝙ peregrinis iudicibus,vt ſuis vtuntur. Nugatorib⁹ quidem,inquies.Quid refert!tũ ſe εὐνομίαν adeptos putãt.Noſtri enim credo graueis habent Turpionem ſutorium,& Vectium mancipem.De publicanis quid agam videris quærere.habeo in delitiis,obſequor,verbis laudo,orno,efficio ne cui moleſti ſint.τὰ παλαιὰ τόκα vſuras eorum,quas pactionibus aſcripſerat,ſeruauit etiam Seruilius . Ego ſic diem ſtatuo ſatis laxam:quã ante ſi ſoluerint,dico me centeſimas ducturũ:ſi nõ ſoluerint,ex pactione.Itaq; & Græci ſoluunt tolerabili fœnore,& publicanis res eſt gratiſſima, ſi illa iam habent †pleno modio,verborum honorem,inuitationem crebram.quid plura!ſunt omẽs ita mihi familiares,vt ſe quiſq; maximi putet.Sed tñ μηδὲν αὐτοῖς. ſcis reliqua.De ſtatua Aphricani,ὧν πραγμάτων ἀσυγκλώστων.ſed me ipſum delectauit in tuis literis.Ain tu,Scipionem hic Metellus proauum ſuum neſcit Cenſorem fuiſſe! Atqui nihil habuit aliud inſcriptum , niſi Cenſoria ſtatua,quæ ad Opis per te poſita in excelſo eſt.In illa autem,quæ eſt ad πόδας ἡρακλέους, inſcriptum eſt Coſſ.quam eſſe eiuſdem,ſtatus,amictus,annulus , imago ipſa declarat. At mehercule ego cum in turmam auratarum equeſtrium,quas hic Metellus in Capitolio poſuit,animaduertiſſem in Serapionis ſubſcriptione Aphricani imaginem,erratum fabrile putaui.Nunc video Metelli ἀνισορροπίαν turpem.Nam illud de Flauio,& faſtis,ſi ſecus eſt,cõmune erratũ eſt,& tu belle ἀπόρρητος,& nos publicam propę opinionem ſecuti ſumus,vt multa apud Greęcos.Quis emẽ non dixit εὔπολιν τὴν ἀρχαίαν ab Alcibiade nauigante in Siciliam deiectum eſſe in mare!Redarguit Eratoſthenes.Affert enim,quas ille poſt id tempus fabulas docuerit.Num idcirco Duris Samius,hõ in hiſtoria diligẽs,ꝙ cũ multis errauit, irridetur! Quis Zaleucũ leges Locris ſcripſiſſe non dixit!Num igit iacet Theophraſtus,ſi id a Timęo tuo familiari reprehenſum eſt!Sed neſcire proauum ſuum Cenſorem fuiſſe turpe eſt,pſertim cũ poſt eũ Coſ.nemo Cornelius illo viuo Cẽſor fuerit.Qđ de Philotimo,& de ſolutiõe HS. XXX.ſcribis,Philotimũ circiter Calend.Ian.in Cherrhoneſum audio veniſſe:at mihi ab eo nihil adhuc.Reliqua mea Camillus ſcribit ſe accepiſſe:ea q̃ ſint,neſcio,& aueo ſcire.Sed hæc poſterius,& corã fortaſſe cõmodi⁹.Illud me mi Attice in extrema fere parte epiſtolę cõmouit.Scribis emẽ ſic.τί λοιπόν; Deinde me obſecras amãtiſſime,ne obliuiſcar vigilare,& vt aiad uertã q̃ fiant.Num qd de quo inaudiſti!etſi nihil eiuſmodi eſt,πλὴν γε μικρῆ δεῖ.Nec emẽ me fefelliſſet,nec fallet.Sed iſta admonitio tua tam accurata,neſcio qd mihi ſignificare viſa eſt. De M.Octauio,iterum iam tibi reſcribo,te illi probe reſpondiſſe.paulo vellẽ fidẽtius. Nam

†plena modia.

Erratum fabrile.

Eupolis.

Durís Sa.

Zaleucus Locr.

Cęlius libertũ ad me misit,& literas accurate scriptas,& de Pãtheris,sed a ciuitatib9.Rescripsi,alterũ me molestę ferre,si ego in tenebris laterem,nec audiret Romę nullũ in mea Prouincia nũmũ nisi in ęs alienũ erogari:docuiq; nec mihi pecuniam licere,nec illi capere:monuiq; eũ,quẽ plane diligo,vt cũ alios accusasset,cautius viueret.Illud aũt alterũ, alienũ esse existimatiõe mea,Cibyratas imperio meo publice venari.Lecta tua epistola,gaudio exultat.Etem̃ scripta belle est,meq; apud eũ magna in gratia posuit.Filiola tua gratũ mihi fecit, q tibi diligenter mãdauit,vt mihi salutẽ ascriberes.Gratũ etiã Pylia:sed illa officiosius,q mihi,quẽ iãpridẽ nunq̃ vidit.igitur tu quoq; salutem vtriq; ascribito.Literarũ datarũ prid.Calen.Ian. suauẽ habui recordationẽ clarissimi iurisiurãdi,qđ ego non eram oblitus.Magnus enim pręs textatus illo die fuit.Habes ad omnia,nõ vt postulasti,χρύσεα χαλκείων, sed paria paribꝰ respõdimus.Ecce autem alia pusilla epla,quã nõ relinquã ἀναισθώνητον. Bñ mehercule potuit Luceius Tusculanũ,nisi forte solet cũ suo tibicine:& velim scire quis sit status eius. Lentulũ quidem nostrũ ptorẽ Tusculanũ pscripsisse audio,cupio hos expeditos videre,cupio etiã Sestiũ,addes etiã iis Cæliũ,quibꝰ omnibꝰ ἄμεινον μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑπερδέχθαι.De Mẽmio restituendo vt Curio cogitet,te audisse puto.De Egnatii Sidicini nomine,& nec nulla,nec magna spe sumus.Pinnaium,quẽ mihi cõmendas, diligentissime Deiotarus curat , grauiter ægrũ.Respõdi etiam minori.Tu velim,dum ero Laodiceę,idest ad Id.Maii, q̃sæpissime mecũ per literas colloquare:& cũ Athenas veneris (Iam enim sciemus de rebꝰ vrbanis,de Prouinciis,quæ omnia in mẽsem Martium sunt collata)vtiq; ad me tabellarios mittas.Et heus tu, Ianuarios a Cæsare per Orodem talenta Attica.L.extorsistis:in quo, vt audio , magnũ odiũ Pompęii suscepistis.putat enim suos nummos vos comedisse,Cæsarem in merito reædificando diligentiorem fore.Hoc ego ex P.Vedio magno nebulone,sed Põpęii tñ familiari audiui.Hic Vedius venit mihi obuiam cum duobus Essedis,& rheda equis iũcta,& lectica,& familia magna,pro qua si Curio legem pertulerit,HS.centena pendat necesse est.Erat pręterea Cynocephalus in Essedo, nec deerãt Onagri.nũq̃ vidi hominẽ nequiorẽ.sed extremũ audiui.Diuersatus est Laodiceę apud Põpęium.Vidi illũ ibi,sua deposuit cũ ad me pfectus est.Moritur interim Vindillus,q̃ res ad Magnũ Põpeiũ pertinere putabat.C.Vennoniꝰ domũ Vindilli venit.cum omnia obsignaret,in Vedianas res incidit.In his inuẽtę sunt quinq; lagũculę matronarũ,in quibus vna sororis amici tui hominis Bruti,q hac vtatur, & illius Lepidi, q hęc tã negligẽter ferat.Hęc te volui προσορῆσαι.Sumus.n.ambo belle curiosi.Vnũ etiã velim cogites.Audio Appiũ προπύλαιον Eleusine facere:nũ in Epęiro fuerimꝰ,si nos quoq; Acedemię fecerimus! Puto inquies.ergo id ipsum scribes ad me.Equidem valde Athenas ipsas amo.Volo esse aliquod monimentum:odi falsas inscriptiones statuarũ alienarum.sed vt tibi placebit,faciesq; me in quem diem Romana incidunt mysteria,certiorẽ,& quomodo hye maris.Cura vt valeas.Post Leuctricam pugnam die septingentesimo sexagesimoquinto.

Talẽta Attica.

Essedum.
Rheda.
Cynocephalus.
Vindillus.
Lagunculæ matronarũ

T.P.ATTICO.

CVm Philogenes libertus tuus Laodiceã ad me salutãdi causa venisset,& se statim ad te nauigaturũ esse diceret,has ei literas dedi,quibus ad eas scripsi,quas acceperam a Bruti tabellario . Et respondebo primum postremæ tuæ paginæ,quæ mihi magnæ molestię fuit.Q; ad te scriptum est ab Cincio de Stathii sermone,ĩ quo hoc molestissimũ ẽ, Stathiũ dicere a me quoq; id consilium probari . De isto autem hactenus dixerim, me vel plurima vincula tecum summæ coniunctionis optare,& sunt amoris arctissima.Tantum abest,vt ego ex eo,quo astricti sumus,laxari aliquid velim.Illum autem multa de istis rebus asperius solere loqui,sæpe sum expertus,sæpe etiã leniui iratũ.Id scire te arbitror . In hac aũt peregrinatione militiaue nostra,sępe incẽsum ira vidi,sæpe placatum. Quid ad Stathiũ ascripserit ne scio,quicquid acturus de tali re fuit,scribendum tamen ad Libertum non fuit.Mihi aũt erit maxime curę,ne qd fiat secus,q̃ volumꝰ,q̃q̃ oportet.Nec satis est in eiusmodi re,se quẽq; pstare,ac maximę partes istius officii sunt pueri Ciceronis,siue iam adolescentis,qđ quidẽ illum soleo hortari,ac mihi videtur matrem valde,vt debeat,amare,teq; mirifice. Sed est magnũ illud quidẽ,verũtamen multiplex pueri ingenium.quo ego regendo habeo negotii satis.Qm̃ respõdi tuæ paginæ postremæ prima mea,nunc ad primam reuertar tuam.Pelopõnesias ciuitates omneis maritimas esse hominis nõ nequã,sed etiã tuo iudicio probati,Dicęarchi tabulis credidi.is multis noĩbꝰ in Trophonia Nacheronis narratiõe grecos in eo re

prehẽdit,q̄ mare tã ſecuti ſunt,nec vllum in Pelopõneſo locũ excipit.Cum mihi auctor placeret:Eteñ erat ἰσορικώτατος, & vixerat in Pelopõneſo: admirabar tñ,& vix aggrediẽs cõmunicaui cũ Dionyſio:atq̄ is primo eſt cõmot⁹,deinde q̄ tũ de iſto Diceæarcho nõ min⁹ bene exiſtimabat,q̄ tu de C.Veſtorio.Ergo de Meluino nõ dubitabat,quin ei crederemus. Arcadię cenſebat eſſe Lepreon quoddã maritimũ.Tene aũt,& Aliphera,& Tritia νεόκλισα ei videbant,idq̄ τῷ τῶν νεῶν καταλόγῳ cõfirmabat,vbi mẽtio nõ fit iſtorũ.Iſtũ itaq̄ ego locũ totidem verbis a Diceæarcho trãſtuli,Phliaſios dici ſciebã,& ita fac vt habeas,nos qdẽ ſic habemus.Sed primo me ἀναλογία deceperat φλιάς, ὀπᾶς, σῖπᾶς, ὀπόλλων ὀρυντίς.Sed hoc cõtinuo correximus.Lętari te noſtra moderatione,& cõtinẽtia video.Tum id magis faceres,ſi adeſſes.atq̄ hoc foro qd egi ex Id.Feb.Laodiceæ ad Cal.Maii omniũ Diœceſum p̄ter Cilicię mirabilia quædã effecimus.Ita multę ciuitates omni ære alieno liberatę,multę valde leuatæ ſunt,oẽs ſuis legibus,& iudiciis ſuetæ αὐτονομίαν adeptæ,reuixerũt.His ego duobus generibus facultatẽ ad ſe ære alieno liberãdas,aut leuãdas dedi.immo q̄ oĩno nullus in imperio meo ſumptus factus eſt.nullũ cũ dico,nõ loquor ὑπερβολικῶς. nullus inquã ne Teruncius quidem.Hac autẽ re incredibile eſt quãtũ ciuitates emerſerint. Acceſſit altera.Mira erãt in ciuitatibus ipſorũ furta greęcorũ,q̄ magiſtratus vi fecerant.Queſiui ipſe de iis,q̄ annis decẽ proximis magiſtratũ geſſerant,aperte fatebant.Itaq̄ ſine vlla ignominia ſuis humeris pecunias populis retulerũt.Populi autẽ nullo gemitu publicanis,q̄bus hoc ipſo luſtro nihil ſoluerãt, etiam ſuperioris luſtri reddiderũt.Itaq̄ publicanis in oculis ſumus,gratis inquis viris, ſenſimus.Iã cętera iuriſdictio nec imperita,nec demẽs cũ admirabili facilitate.Aditus autẽ ad me minime puinciales,nihil per Cubiculariũ,ante lucem inambulabã domi,vt olim cãdidatus. Grata hęc,& magna,mihiq̄ nõdũ laborioſa ex illa vetere militia.Non.Maii in Ciliciam cogitabam:ibi cũ Iunium mẽſem cõſumpſiſſem,atq̄ vtinã in pace(magnum eñ bellũ impendet a Parthis) Quintilẽ in reditu ponere.Annuę eñ mihi opęrę ad.III.Calen.Sextil.emerentur. Magna autem in ſpe ſum,mihi nihil tẽporis progatũ iri.Habebã acta vrbana vſq̄ ad Non. Mart.ex quibus intelligebã Curionis noſtri conſtãtia,oĩa potius actũ iri,q̄ de Prouinciis.Ergo,vt ſpero,p̄dię te videbo. Venio ad Brutũ tuũ,immo noſtrũ,(ſic eñ mauis)equidẽ oĩa feci,q̄ potui aut in mea Prouincia p̄ficere,aut in regno experiri.Oĩ igit modo egi cũ Rege, & ago quotidie,per literas ſcilicet.Ipſum eñ quatriduũ mecũ habui turbulẽtis in rebus,quibus eũ liberaui.Sed & tũ p̄ſens,& poſtea creberrime nõ deſtiti rogare,& petere mea cauſa, ſuadere,& hortari ſua.Multũ p̄feci,ſed quãtũ,non plane(qa longe abſum) ſcio. Salaminios autem(hos enim poterã coercere)adduxi,vt totum nomen Scaptio vellent ſoluere.ſed centeſimis ductis a p̄xima quidem ſyngrapha,nec perpetuis,ſed renouatis quotannis numerabantur nũmi.Noluit Scapti⁹(Tu,q̄ ais Brutũ cupere!)aliquid perdere.quaternas habebat in ſyngrapha. fieri nõ poterat:nec ſi poſſet,ego pati poſſem. Audio omnino Scaptiũ pœnitere. nam qd S.C.eſſe dicebat,vt ius ex ſyngrapha diceret,eo cõſilio factũ eſt,q̄ pecuniã Salaminii contra legẽ Gabiniã ſumpſerant. Vetabat autẽ A. Lexius dici de ita ſumpta pecunia. Decreuit igitur Senatus,vt ius diceret iſta ſyngrapha.nũc iſta habet iuris idẽ qd cæteræ,nihil p̄cipui.Hęc a me ordine facta,puto me Bruto p̄baturũ,tibi neſcio.Catoni certe p̄babo.Sed iã ad te ipm reuertor. Ain tandẽ Attice laudator integritatis,& elegantię noſtrę,auſus es hoc ex ore tuo,inquit Ennius,vt equites Scaptio ad pecuniã cogendã darem me rogare!an tu ſi mecũ eſſes,qui ſcribis morderi te interdum,q̄ nõ ſimul ſis,paterere me id facere, ſi vellẽ!Nõ amplius,inquis,quinquaginta. Cum Spartaco minus multi primo fuerunt.Quid tãdem iſti mali in tam tenera Inſula non feciſſent!aut immo quid ante aduentum meum nõ fecerunt! Incluſum in curia Senatũ habuerunt Salaminium,ita multos dies,vt interierint nõnulli fame.Erat enim prefectus Appii Scaptius,& habebat turmas ab Appio.Id me igitur,tu cuius mehercule os mihi ante oculos ſolet verſari cũ de aliquo officio,ac laude cogito,tu me inquam rogas prefectus vt Scaptius ſit!At hoc ſtatueramus,negotiatorẽ neminẽ:idq̄ Bruto probauimus.Habebat is turmas,cur potius,q̄ cohortes!ſumptuũ iã ne poſcet vades Scaptius!Volunt inquit principes. ſcio,nam ad me Epheſum vſq̄ venerunt,flenteſq̄ equitũ ſcelera,& miſerias ſuas detulerũt.Itaq̄ ſtatim dedi literas,vt ex Cypro equites ante certã diẽ decederent.Ob eamq̄ cauſam,tum ob cęteras,Salaminii nos in cælum decretis ſuis ſuſtulerũt. Sed iam quid opus equitatu!ſoluunt enim Salaminii.niſi forte id volumus armis efficere,vt fœnus quaternis centeſimis ducant.Et ego audebo legere vnq̄,aut attingere eos libros,quos

Cubicularius.

Emereri.

Quaternas in ſyngrapha.

Cũ Sparta co minus multi primo.

Dilaudo. tu dilaudas,si tale qd fecero! Nimis inquã in isto Brutũ amasti,dulcissime Attice. nos vere or,ne parũ.atq; hęc scripsi ego ad Brutũ,scripsisse te ad me.Cognosce nũc cętera.p Appio nos hic oĩa faciemus,honeste tamẽ,sed plane libenter.Nec eñ ipsum odimus,& Brutũ ama

Plus plusq; in dies. mus,& Põpęius a me mirifice cõtendit, quẽ mehercule plus,plusq; in dies dilígo.C.Cęliũ q̃ storem huc venire audisti.Nescio qd sit,sed Pãmenia illa mihi nõ placẽt.Ego me spęro Athe

Pãmenia. nis fore mense Septemb.tuorũ itinerũ tẽpora scire sane velim. εὐπλοΐαν Sempronii Rufi co gnoui ex epistola tua Corcyręa.qd quęris!inuideo potẽtię Vestorii:cupiebã etiã nũc plura

Valebis. garrire,sed lucet,vrget turba, festinat Philogenes.Valebis igit̃,& valere Pyliã,& Cęciliã no

Saluebis a meo Cic. stram iubebis literis,& saluebis a meo Cicerone.

T.P.ATTICO.

Tsi nil sane habebam noui,qd post accidisset,q̃ dedissem ad te Philo=

Lõge gẽtiũ geni liberto tuo literas,tamẽ cũ Philotimũ Romã remitterẽ,scribẽdum ad te aliquid fuit.Ac primũ illud,qd me maxime angebat,nõ quo me ali quid iuuare posses,qppe res est in manibus, tu autẽ abes lõge gentium. πλὰ δὲ ἐν μεταιχμίῳ Νότος κυλίνδῃ κύματ' ἐυρείης ἁλός.obrepsit dies,vt vides.Mihi eñ ad.III.Calen.Sextil.de Prouincia decedẽdũ est,nec succe ditur.quẽ relinquã,q Prouincię pręsit!ratio quidẽ,& opinio hominũ po stulat fratrẽ.primũ q̃ videt̃ esse bonus,nemo igit̃ potior:deinde q̃ solũ habeo p̃toriũ. Ponti nus eñ ex pacto,& cõuentu(nã ea lege exierat)iã a me discesserat. Quęstorẽ nemo dignum putat.etẽ est leuis,libidinosus, sagax.De fratre aũt illud est primũ.psuaderi ei nõ posse ar bitror.odit enim Prouinciã,& Hercule nihil odiosius,nihil molesti9.Deinde vt mihi hic no lit negare,quidnã mei sit officii,cũ bellũ esse in Syria magnũ putet̃,id videat̃ in hãc Prouin ciam erupturũ,hic p̃sidii nihil sit,sumptus annuus decretus sit.Videat̃ ne aut pietatis esse meę fratrẽ relinquere:aut diligẽtię nugarũ aliqd relinquere!Magna igit̃,vt vides,sollicitudi ne afficior,magna inopia cõsilii.Quid quęris!toto negotio nobis opus non fuit.Quãto tua Prouincia melior!Decedes,cum voles,nisi forte iam decessisti:quem videbitur,p̃ficies Thes protię,& Chaonię.Necdum ego tamen Quintum conueneram,vt si id iam placeret,scirem posset ne ab eo impętrari:nec tamẽ,si posset,quid vellem habebam.Hoc est igitur eiusmodi: relíqua plena adhuc & laudis,& gratię,digna iis libris,quos tu laudas.conseruatę ciuitates. cumulate publicanis satisfactum.offensus cõtumelia nemo,decreto iusto,& seuero pęrpauci: nec tamẽ quisq̃,vt queri audeat.Res gestę dignę triũpho,de quo ipso nihil cupide agemus: sine tuo qdẽ cõsilio certe nihil.Clausula est difficilis in tradẽda Prouincia,sed hęc de9 aliqs gubernabit.De vrbanis reb9 scilicet plura,vt scis,sępius & certiora audis.eqdẽ doleo nõ me tuis literis certiorẽ fieri.huc eñ odiosa afferebant̃ de Curione,de Paulo:nõ quo vllũ p̃iculũ videã stãte Põpęio,vel etiã sedente,valeat mõ,sed mehercule Curionis, & Paulí meorũ fami liariũ vicem doleo.Formã igit̃ mihi totius reip.si iã es Romę,aut cũ eris,velim mittas,q̃ mi hi obuiã veniat,ex qua me fingere possim,& p̃meditari,quo aĩo accedã ad vrbẽ.Est eñ qddã, aduenientem non esse pęregrinum,atq; hospitem.Et qd pene præterii,Bruti tui causa, vt sæ pe ad te scripsi,feci omnia.Cypríi numerabant,sed Scaptius centesimis renouato in singulos annos fœnore contentus non fuit.Ariobarzanes non in Pompęium prolixior per ipsum,q̃ p me in Brutum:quem tamen ego præstare non poteram, erat enim Rex pęrpaupęr, aberam q̃ ab eo ita longe,vt nihil possem nisi literis,quibus pugnare non destiti.Summa est hęc pro ratione pecunię.Liberius est Brutus tractatus,q̃ Pompęius.Bruto curata hoc anno talenta circiter.C.Pompęio in sex mẽsibus promissa.CC.Iam in Appii negotio quantum tribuerim Bruto,dici vix potest.Quid est igitur,qd laborem!amicos habet,meras nugas.Scaptium , q quia non habuit a me turmas equitum,quibus Cyprum vexaret,vt ante me fecerat,fortasse succensęt,aut quia præfectus non est,quod ego nemini tribui negotiatori.non C.Vennonio meo familiari,non tuo M.Lemnio. & quod tibi Romę ostẽderam,me seruaturum:in quo p seueraui.Sed quid poterit queri is,qui auferre pecuniam cum posset,noluit!Scaptius,qui in Cappadocia fuit!puto esse satisfactum.Is a me cum tribunatum accepisset,quẽ ego ex Bruti literis ei detulissem,postea scripsit ad me,se vti nolle eo tribunatu.Caius est quidam,cui cũ prefecturam detulissem Bruti rogatu,multa & dixit,& fecit cum quadam mea contume lia , P.Clodii causis.Is me nec proficiscentem Apameam prosecutus est , nec cum postea in castra veniisset , atq; inde discederet , num quid vellem rogauit : & fuit aperte mihi,ne-

scio quare,nō amicus.Hunc ego si in pfectis habuissem,quē tu me hominē putares:qui,vt scis, potētissimorū hominū cōtumaciā nūq̄ tulerim,ferrē huius assecle:Etsi hoc plus est q̄ ferre,tribuere etiā beneficii alīqd,& honoris.Igit̄ Caius,cū Apameę me nuper vidisset Romam pficiscēs,me ita appellauit,culleolū vix auderē.Vnde,inquit,me iubes petere cibaria? Profecto respōdi lenius,q̄ putabāt oportuisse,qui aderāt:me nō instituisse iis dare cibaria, quorū opera nō essem vsus.Abiit iratus.Huius nebulonis operatione si Brutus moueri potest,licebit eū solus ames,me æmulum nō habebis.sed illum eū futurū esse puto,qui esse debet.Tibi tamē causam notam esse volui,& ad ipsum hęc perscripsi diligētissime omnino. soli enim sumus.nullas vnq̄ ad me literas misit Brutus,ne pxime quidē de Appio,in qbus nō inesset arrogans, ἀκοινώνυκτον aliqd. Tibi autē valde solet in ore esse.Grauius autē Non contemnere se,& Reges odisse superbos.In quo tamē ille mihi risum magis,q̄ stomachū moue re solet.Sed plane parū cogitat,qd scribat,aut ad quē.Q.Cicero puer legit,vt opinor, certe epistolā inscriptā patri suo.solet em̄ aperire,idq; de meo cōsilio,si qd forte sit qđ opus sit scíri.In ea aūt epistola erat illud idē de sorore,qđ ad me:mirifice cōturbatū vidi puerū,lachrymans mecū est q̄stus.Quid q̄ris?mirā in eo pietatē,suauitatē,humanitatēq; pspexi.quo maiorem spem habeo nihil fore aliter,ac deceat.Id te igit̄ scire volui,ne illud qdē pōtermittā.Hortensius filius fuit Laodiceę cū gladiatoribus flagitiose,& turpiter.Hūc ego patris causa vocaui ad cōnā,quo die venit:& eiusdem patris causa,nihil amplius.Is mihi dixit se Athenis me expectaturū,vt mecū decederet.Recte inquā.qd em̄ dicerē?Omnino puto nihil esse,qđ dixit.Nolo quidē,ne offendā patrē,quē mehercule valde diligo.Sin fuerit meus comes,moderabor ita,ne qd eū offendā,quē minime volo.hęc sunt.Etiā illud.Orationē Q.Celeris mihi velim mittas cōtra M.Seruiliū.Literas mitte q̄primum,si nihil fieri,vel per tuum tabellariū. Pylię,& filię salutē.Cura,vt valeas.

Culleolum vix auderē. Nebulo.

T.P.ATTICO.

ARsum venimus Non.Iun.ibi me multa mouerūt,magnū in Syria bellum, magna in Cilicia latrocinia,mihi difficilis ratio administrandi, q; paucos dies habebā reliquos annui muneris.Illud aūt difficillimū,relinquēdus erat ex S.C.q̄ pesset. Nihil minus pbari poterat,q̄ q̄stor Messinius,nā de Cælio nihil audiebam⁹.Rectissimū videbat̄ Q.Fratrē cū imperio relinq̄re, in quo multa molesta,discessus noster,belli piculū,militū improbitas,sexcēta pterea alia.O rē totā odiosam.Sed hoc fortuna viderit,qm̄ cōsilio nō multū vti licet.Tu qñ Romā saluus,vt spero,venisti,videbis,vt soles,oīa q̄ intelligis nostra interesse.In primis de Tullia mea:cuius de cōditione qd mihi placeret,scripsi ad Terētiā,cū tu in Grecia esses.Deinde de honore nro. q.n.tu abfuisti,vereor ne satis diligēter actū in Senatu sit de literis meis.Illud pterea μυσικώτερον ad te scribā.tu sagacius odorabere.τῆς δάμαρτός μου ὁ ἀπελεύθερος (οἶδα οὖ λέγω) ἔδοξέ μοι πρώην, ἐπεὶ ὧν ἀλογιώμενος προεφθέγξατο, διεφθαρκέναι τὰς ψήφους ἐκ φυλῆς τῆς ὑπαρχόντων ἐπὶ κροτωνιάτου πραιγνωκότος. δέδοικα δέ, μή τι νοήσῃ ἐν δήπου τοῦτο πρόσκεφάλαιον, τὰ λοιπὰ δὲ ἀσφαλείας. nō queo tātū quātū vereor scribere.Tu autem fac,vt mihi tuę literę volēt obuię.Hęc festinans scripsi in itinere,atq; agmine.Pylię,& puellę Cæcilię bellissimę salutem dices.Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

NVnc quidē pfecto Romę es,quo te(si ita est)saluum venisse gaudeo.Vnde quidē q̄diu abisti,magis a me abesse videbare,q̄ si domi esses.Minus em̄ mihi meę notę res erāt,minus etiā publicę.Quare velim,etsi (vt spero)te hęc legente aliquantū tamē vię pcessero,tamen obuias mihi literas q̄gargutissimas de omnibus rebus crebro mittas.In primis de quo scripsi ad te antea τῆς ἀλόχου φυλῆς, ὁ ἀπελεύθερος, ἔδοξέ μοι θαμὰ βαπαίζων, καὶ ἀλλων ἐν τοῖς συλλόγοις καὶ ταῖς λέσχαις ὑπὸ διεφθαρκέναι τὰς ψήφους ἐν τοῖς ὑπάρχουσι τοῖς ἐπὶ κροτωνιάτου. hoc tu indaga vt soles. Ast hoc magis. ἐξ λόφους τειχῶν προέλωκεν αὐτόν τε ὀφείλοντα μνᾶς ἐκ τῆς κροτωνιαλικῶν, καὶ ἐκ τῆς χερρονησιακῆς, καὶ ἄνας προνομίζουσι τὴν κλήρου. τοῦτον δὲ οὐδὲ ὀβολὸν διαλύσαθαι πάντων ὀφλημένων ἐπὶ δευτέρου μισθοῦ τῇ νομιμίᾳ. τὸν ἢ ἀπελεύθερον αὐτοῦ ὄν τα ὁμώνυμον τοῦ κόνωνος πατρὶ μηδὲν ὁλοχρῶς πεφρονηκέναι. ταῦτα οὖν πρῶτον μὲν ἵνα πάντα σώσητε, δεύτερον δὲ ἵνα τῆς τόκων ὀλιγωρήσῃς τῆς ἀπὸ φυλῆς προσφυοῦς ἡμέρας. ὅσας αὐτὸν λυέγκαμεν.

σφόδρα δέδοικα. καὶ γὰρ παρῆν πρὸς ἡμᾶς κατασκευόμενος, καὶ χεδὸν ἐλαφίζας. ἀπηγνὸς δὲ ἀλόπως ἀπέσκ, ἐσφηκὼν, αἰχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι. neq; obiurgauit. Vtere puerbio, τὰ μὲν δίδυμα. Reliqua vide, & quantū fieri potest, perspiciamus. Etsi annuū tempus est propè, tamē meritū impleamus. dies em̄. XXXIII. erāt reliqui, sollicitudine Prouincię tamen vel maxime vrgebamur. Cū em̄ arderet Syria bello, & Bibulus in tāto mœrore maximā curam belli sustineret, ad meq; legati eius, & quęstor, & amici literas mitterēt, vt subsidio venirem, etsi exercitū firmū habebā, auxilia sane bona, sed ea Galatarū, Pisidarū, Lyciorū (hęc enim sunt nostra robora) tamē esse officiū meū putaui, exercitū habere q̄proxime hostē, quo ad mihi præesse Prouincię p Sen. Con. liceret. Sed (quo ego maxime delectabar) Bibulus molestus mihi nō erat, de omnibus rebus scribebat ad me potius, & mihi decessionis dies λελυθότως obrepebat. Qui cū aduenerit, ἄλλο πρόβλημα quē præficiā, nisi Cælius quęstor venerit, de quo adhuc nihil certi habemus. Cupiebam mehercule longiorē epistolam facere, sed nec erat res, de qua scriberem, nec iocari præ cura poteram. Valebis igitur, & puellę salutem articulate dices, nostræq; Pyliæ.

Q. proxime hostē.

Pu. articulate dices.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO S.

EGo dum in Prouincia omnib⁹ rebus Appiū orno, subito sum factus accusatoris eius socer. Id qdem, inquis, Dii approbēt. Ita velim, teq; ita cupere certo scio. Sed crede mihi, nihil minus putarā ego, q̄ de Cicerone, q̄ mecum egerat, certos homines ad mulieres miserā, qui Romā venerūt factis sponsalibus. sed hoc spero melius. Mulieres quidē valde intelligo delectari obsequio, & comitate adolescētis. Cętera noli ἠχαλινάζειν. Sed heus tu, πυρρὰς εἰς δῆμον Athenis. placet hoc tibi? Etsi nō impędiebant mei certe libri: nō em̄ ista largitio fuit in ciueis, sed in hospites liberalitas: me tamē de Academię πρωπυλαίῳ iubes cogitare, q̄m Appius de Eleusine nō cogitat. De Hortēsio te certo scio dolere, equidē excrucior: decreuerā em̄ cū eo valde familiariter viuere. Nos Prouinciæ præfecim⁹ Cęliū. Puerū inquies, & fortasse fatuū, & nō grauē, & nō cōtinentē. Assentior, fieri non potuit aliter. nā quas multo ante tuas acceperā literas, in q̄bus ἔπεχε interscripseras, qd esset mihi faciēdū de relinquēdo ea, q̄ me impugnabār? Videbā em̄, q̄ tibi essent ἐπωχὴς causę: & erāt eædē mihi puero ne traderē. Pręterea autē illud nō vtile nobis: nā præter fratrē nemo erat quē sine cōtumelia quæstori, nobili p̄sertim anteferrē. tamē dū impendere Parthi vidēbantur, statuerā fratrē relinquere, aut etiā Reip. causa contra Sen. Con. ipse remanere. qui posteaq̄ incredibili felicitate discesserūt, sublata dubitatio est. Videbā sermones, Hui fratrem reliqt? Nū est hoc nō plus annū obtinere Prouinciā? Quid q̄ Senat⁹ eos voluit p̄esse Prouinciis, q̄ nō p̄fuissent? At hic triennīū. Ergo hęc ad populū. qd q̄ tecū? nunq̄ essem sine cura, si quid iracūdius, aut cōtumeliosius, aut negligētius. Quę fortuita hominū? qd si filius puer, & puer bene sibi fidens? q̄ esset dolor, quē pater nō dimittebat, teq; id cēsere molestē ferebat? At nunc Cęlius nō dico equidē qd egerit, sed tamē multo minus laboro. Adde illud: Pōpeius eo robore vir, his radicibus, Q. Cassiū sine sorte delegit, Cęsar Antoniū, ego sorte datū offenderem, vt etiā inquirerē in eū, quē reliquissem? Hoc melius, & huius rei plura exēpla. Senectuti quidē nostrę p̄fecto aptius. Ac te apud eū, Dii boni, quāta in gratia posui: eiq; legi literas non tuas, sed librarii tui. Amicorū literę me ad triūphū vocant: rē a nobis, vt ego arbitror, propter hanc παλιγγενεσίαν nostram non negligendam. Quare tu quoq;, mi Attice, incipe hoc cupere, quo nos minus inepti videamur. Vale.

T. P. ATTICO.

QVint⁹ filius, suapte pie sane, me quidē certe multū hortāte, sed currētē animum patris sui, sorori tuę recōciliauit. Eū valde tuę literę excitarūt. Quid quęris? confido rem vt volumus, esse. Bis ad te antea scripsi de re mea familiari, si modo tibi reddite literę sunt, gręce φὴν αἰνίγμασι. scilicet nihil est mouendū: sed tamē ἀφελῶς percontando de nominibus Milonis, & vt expędiat vt mihi recepit, hortādo, aliqd ita tu p̄fcies. Ego Laodiceæ q̄storē Messiniū expectare iussi, modo ipse venerit, vt cōfectas rationes lege Iulia apud duas ciuitates possim relinquere. Rhodū volo puerorū causa. inde q̄primū Athenas, etsi Etesiæ valde reflauerint. Sed plane volo his magistratibus, quorū volūtatē in supplicatione sum expert⁹. Tu tū mitte mihi quęso obuiā literas, nūqd putes Reip. nomine tardandū esse nobis. Tiro ad te dedisset

Etesiæ.

literas,nisi eum grauiter ægrum Eseæ reliquissem.Sed nunciant melius esse ei,ego tamen angor:nihil enim illo adolescente castius,nihil diligentius.Vale.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.

CVm instituissem ad te scribere,calamũq; sumpsissem,Batonius e naui recta ad me venit,dum essem Ephesi,& epistolã tuã reddidit prid.Cal.Octob.Lætatus sum felicitate nauigationis tuę,opportunitate Pylię,etiã mehercule sermone eiusdẽ de cõiugio Tullię meę.Batonius aũt miros terrores ad me attulit Cęsarianos.Cũ Lepta etiã plura locutus est,spero falsa,sed certe horribilia.Exercitũ nullo modo dimissurũ.Cũ illo Pr.Dess.Cassiũ Pr.Lentulũ COS.facere.Põpeio in animo esse vrbẽ relinquere.Sed heus tu,nũ quid moleste fers de illo,q se solet anteferre puero sororis tuę filio?at a qbus victus?Sed ad rẽ.Nos Etesię vehemẽtissime tardarũt.Detraxit viginti ipsos dies etiã Aphractus Rhodiorũ.Cal.Octob.Epheso conscendẽtes hãc epistolã dedimus L.Tarquinio simul e portu egrediẽti,sed expeditius nauigãti.Nos Rhodiorũ Aphractis,cęterisq; lõgis nauib⁹ trãquillitates aucupaturi eramus.Ita tñ ꝓperabamus,vt nõ posset magis.De Rãdusculo Puteolano gratũ.Nũc velim despicias res Romanas.Videas qd nobis de triũpho cogitãdũ putes,ad quẽ amici me vocãt.Ego,nisi Bibulus,q dũ vnus hospes in Syria fuit,pedẽ porta nõ plus extulit,q̃ domo sua, admiraret̃ de triũpho,ęquo aĩo essem.Nũc vero αἰσχρὸν σϊωπᾶν.Sed explora rẽ totã,vt quo die cõgressi erimus,cõsiliũ capere possim⁹.At multa,q & ꝓperarẽ,& ei literas darẽ,q aut mecum,aut paulo ante vẽturus esset.Cicero tibi plurimã salutẽ dicit.Tu dices vtriusq; nostrũ verbis & Pyliæ tuę,& filię.Vale.

Aphractus Rhodiorũ.

Cic.ad triũphũ vocat̃.

T.P.ATTICO.

IN Piræea cũ exissem prid.Id.Octob.accepi ab Acasto seruo meo statim tuas literas:quas qdẽ cũ expectassem iãdiu,admirat⁹ sum,vt vidi obsignatam epistolã,breuitatẽ eius:vt aperui rursus σύγχυσιν literularũ,q̃ solẽt tuę copiosissimę,& clarissimę esse.Ac ne multa,cognoui ex eo,ꝙ ita scripseras, te Romã venisse ad duodecimũ Cal.Octob.cũ febre.Perculsus vehemẽter,nec magis q̃ debui,statim q̃ro ex Acasto.Ille & tibi,& sibi visum,& ita se domi ex tuis audisse,vt nihil esset incõmode.Id videbat̃ approbare,quod erat in extremo, febriculam tũ te habentẽ scripsisse.Sed clamaui tamẽ,admiratusq; sum,ꝙ nihilo minus ad me tua manu scripsisses.Quare de hoc satis.Spero enim,quę tua prudentia,& tẽperantia est:hercule,vt me iubet Acastus,confido te iam,vt volumus,valere.A Turannio te accepisse meas literas gaudeo. πρᾳφύλαξον,si me amas, τὴν τοῦ φωρατοῦ φιλοτιμίαν αὐτότατα, hanc q̃ mehercule mihi magno dolori est.dilexi enim hominem.Procura(quantulacũq; est)Precianã hęreditatẽ,prorsus illam ne attingas.Dices nũmos mihi opus esse ad apparatũ triũphi: in quo,vt pręcipis,nec me κενὸν in expetendo cognosces,nec ἄτυφον in abiiciendo.Intellexi ex tuis literis te ex Turannio audisse,a me Prouinciam fratri traditam.Adeon ego non perspexeram prudentiam literarum tuarum? ἔπειτα, vt scribebas,quid erat dubitatione dignum? Si esset quicq̃ cur placeret fratrẽ,& talem relinqui.ἀθέτησις ista mihi tua,non ἐποχὴ,videbat̃. Monebas de Quinto Cicerone puero,vt eum quidem ne vnq̃ relinquerem. τοῦτο μόνον ἐρῶν νυέ με. eadem omnia quasi collocuti essemus,vidimus.Non fuit faciendum aliter,meq; ἐπιχρονία ἐποχὴ tua,dubitatione liberauit.Sed puto,te accepisse de hac re epistolam scriptam accuratius.Ego tabellarios postero die ad vos eram missurus,quos puto ante venturos, q̃ nostrum Saufeium,sed eum sine meis literis ad te venire vix rectum erat.Tu mihi,vt pollice ris de Tulliola mea,idem de Dolabella perscribas, & de repub.quam præuideo in summis periculis:de Censoribus,maximeq; de signis,tabulis quid fiat referaturve.Id.Octob.has literas dedi,quo die,vt scribis,Cęsar Placentiam quattuor legiones.Quęso quid nobis futurũ est macte scribas.Athenis statio mea nunc placet.

Vale.

Epistol. ad T. P. Atticum

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER SEPTIMVS.

T. P. ATTICO.

DEDERAM equidē L. Saufeio literas, & dederā ad te vnū, ꝙ cū nō eſſet tēporis mihi ad ſcribendū ſatis, tamē hominē tibi tā familiarē ſine meis literis ad te venire nolebam: ſed, vt philoſophi ambulāt, has tibi reddītū iri putabā prius. Sin autem illas accepiſti, ſcis me Athenas veniſſe pridie Id. Octob. E naui egreſſum in Pireeum, tuas ab Acaſto noſtro literas accepiſſe cōturbatum, ꝙ cū febre Romā ve niſſes: bono tamē animo eſſe cœpiſſe, ꝙ Acaſtus ea q̄ vellē de alle uato corpore tuo nūciaret. Cohorruiſſe aūt me, qđ tuę literę de le gionibus Cęſaris afferrēt: & egiſſe tecū, vt videres, ne qd φιλοδημία, eius quē noſti, nobis noceret, & de quo iāpridē ad te ſcripſerā. Tu rannius autē ſecus tibi Brūduſii dixerat, qđ ex his literis cognoui, quas a Zenone optimo viro accepi. Cur fratrē Prouincię nō p̄feciſſem, expoſui breuiter. Hęc fere ſunt ī illa epiſtola, nūc audi reliqua. Per fortunas, oēm tuū amorē, quo me es amplexus, omnemq; tuā prudentiam, quā mehercule in omni genere iudico ſingularē, cōfer te ad eam curam, vt de omni ſtatu meo cogites. Videre enim mihi videor tantā dimicationē, niſi idē deus, qui nos melius, q̄ optare auderemus, Parthico bello liberauit, reſpexerit remp. quanta nunq̄ fuit. Age hoc malū, qđ mihi commune eſt cū omnibus, nihil tibi mando vt de eo cogi tes. Illud meū propriū πρόβλημα queſo ſuſcipe. Vides ne, vt te auctore ſim vtrūq; cōplexus, Pompeium, & Cęſarem? At vellem a principio te audiſſe amiciſſime admonentem. ἀλλ' ἐμοὶ ὄυκτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπφθε παρίσᾳ, ſed aliquādo tñ p̄ſuaſiſti, vt alterū cōplecterer, qa de me erat optime meritus: alterum, quia tantum valebat. Feci igitur, itaq; effeci omni obſequo, vt neutri illorum q̄ſq̄ eſſet me charior. Hęc enim cogitabamus, nec mihi iuncto cum Pom peio fore neceſſe peccare in rēp. aliquando: nec cum Pompeio ſentienti, pugnandum eſſe cum Cęſare, tanta erat coniūctio illorum. Nunc autem impendet, vt & tu oſtendis, & ego video, ſumma inter eos contentio: me autem vterq; numerat ſuum, niſi forte ſimulat alter. nā Pom peius non dubitat (vere enim iudicat) ea, quę de rep. nūc ſentiat, mihi valde probari. Vtriuſ q; autem accepi eiuſmodi literas eodem tempore, quo tuas, vt neuter quenq̄ omniū plurīs facere, q̄ me videretur. Verū quid agam nō quęro. Si enim caſtris res geretur, video cū alte ro vinci ſatius eſſe, q̄ cum altero vincere. Sed illa, quæ tum agentur cum venero, ne ratio abſentis habeatur, vt exercitum dimittat, dic Marce Tulli. Quid dicam? Expecta amabo te, dum Atticum conueniam. Non eſt locus ad tergiuerſandum contra Cæſarem. Vbi ſunt illæ denſæ dexteræ? nam vt illi hoc liceret, adiui rogatus ab ipſo Rauennæ de Cælio Trib. Pleb. ab ipſo etiam Cn. noſtro in illo diuino tertio conſulatu. aliter ſenſero, αἰδέομαι non Pompeium modo, ſed πρῶας, καὶ ξυφάδας, πολυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείη. Quis? Tu ipſe ſcilicet laudator & factorum, & ſcriptorū meorū. Hanc ego plagam effugi per duos ſuperio res Marcellorum conſulatus, cū eſt actum de Cęſaris Prouincia. Nunc incido in diſcrimen ipſum. Itaq; vt ſtultus primus ſuam ſententiā dicat, mihi valde placet, de triūpho nos moli ri aliquid, extra vrbē eſſe cū iuſtiſſima cauſa. tamē dabunt operā, vt eliciant ſententiā meā. Ri debis hoc loco fortaſſe, q̄ vellem etiam nunc in Prouincia morari. Plane opus fuit, ſi hoc im pendebat, etſi nil miſerius. Nam ὅλον πάροιθεν, volo te hoc ſcire, omnia illa prima, quę etiam tuis literis in cælū ferebas, ὦλκπτα, fuerūt. Q̄z non eſt facilis virtus, q̄ vero difficilis eius diuturna ſimulatio. Cū em̄ hoc rectū, & glorioſum putarē, ex annuo ſumptu, q mihi decre tus eſſet, me C. Cęlio Quęſtori relinquere annuū, referre in ęrariū ad HS. M. ingemuit noſtra cohors, omne illud putans diſtribui ſibi oportere, vt ego amicior inuenirer Phrygum, & Ci licū ærariis, q̄ noſtro. ſed me nō mouerūt. nā & mea laus apud me plurimū valuit. Nec ta mē q̄q̄ honorifice in quēq̄ fieri potuit, qđ p̄termiſerim. Sed hęc fuerit, vt ait Thucydides, ἐκβολὴ λόγου non inutilis. Tu autē de noſtro ſtatu cogitabis. Primū quo artificio tueamur beneuolentiā Cęſaris: deinde de ipſo triūpho, quē video, niſi Reip. tēpora impędiēt, εὐπόριστον. Iudico autē cū ex literis amicorū, tū ex ſupplicatione, quā qui nō decreuit, quaſi oēis decre uiſſet triūphos. Ei porro aſſenſus eſt vnus familiaris me⁹ Fauonius, alter iratus Hircius. Ca

Alleuatum corpus.

Virtutis ſimulatio.

to autẽ & ſcribẽdo affuit,& ad me de ſentẽtia ſua iucũdiſſimas literas miſit.Sed tamẽ gratulans mihi Cęſar de ſupplicatione,triũphat de ſentẽtia Catonis,nec ſcribit qd illi ſentẽtiæ dixerit,ſed tamẽ ſupplicationẽ eũ mihi nõ decreuiſſe.Redeo ad Hirciũ.Cœperas eũ mihi placare.Perfice,habes Scrofam,habes Syluiũ,ad eos ego etiã ſcripſi,& ad ipſum Hirciũ.Locut⁹ eĩ erat cũ iis,cõmoda ſe potuiſſe impędire,ſed noluiſſe.Aſſenſum tamẽ eſſe Catoni amiciſſimo meo,cũ is honorificentiſſimã in me ſententiã dixiſſet:nec me ad ſe vllas literas miſiſſe,cũ ad omneis mitterẽ. Verũ dicebat.Ad eũ eĩ ſolũ,& ad Caſſii fidẽ nõ ſcripſerã. Atq; hæc de rebus forẽtibus. Redeamus domum,diiũgere me ab illo volo. Mirus eſt φυράπης germanus Lartidius ἀλλὰ τὰ μὲν προπετύχθω, ἐάσομεν ἀχνύμενοί περ.reliqua expędiamus.Hoc primũ,q̃ ac ceſſit cura dolori meo.Sed hoc tamẽ qcqd eſt,Precianũ cũ his rationibus,quas ille meas tractat,admiſceri nolo.Scripſi ad Terẽtiã,ſcripſi etiã ad ipſum me,qcqd poſſet nũmorũ ad apparatum ſpęrati triũphi ad te redacturũ.Ita puto fore,verũ vt videbiť.Hãc quoq; ſuſcipę curam,quemadmodum experiamur.Id tu & oſtendiſti quibuſdam literis ex Epiro & Athenis datis,& in eo ego te adiuuabo.Vale.

T.P.ATTICO.

BRunduſium venimus. VII.Cal.Decẽb.vſi tua felicitate nauigandi.Ita belle nobis flauit ab Epiro leniſſimus Auſter,& mitis.Hunc ἀποδάλοντα ſi cui voles πρὸ νεωτέρων pro tuo vendito.Inualetudo tua me valde conturbat. Inualetudo. Significant enim tuę literę te prorſus laborare.Ego autem cum ſciam q̃ ſis fortis, vehementius eſſe quiddam ſuſpicor,quod te cogat cedere,& propemodum infringat.Etſi alterã quartanã Pamphilus tuus mihi dixit deceſſiſſe,& alterã leuiorẽ accedere.Terẽtia vero,q̃ qdẽ eodẽ tẽpore ad portã Brũduſinã venit quo ego in portũ,mihiq; obuia in foro fuit,L.Pontinũ ſibi in Trebulano dixiſſe narrabat,etiã iã deceſſiſſe.Qd̃ ſi ita eſt,qd̃ maxime mehercule opto,id ſpero tua prudẽtia,& tẽperãtia te conſecutũ. Venio ad epiſtolas tuas,quas ego ſexcẽtas vno tẽpore accepi aliã alia iucundiorẽ,q̃ Sexcentas. qdẽ erãt tua manu.Nã Alexidis manũ amabã,q̃ tã ꝓpe accedebat ad ſimilitudinẽ tuę literę: Alex.manus. manum nõ amabã,qa indicabat te non valere.Cuius quoniã mentio iã facta eſt,Tironẽ Patris ęgrum reliquí,adoleſcentẽ vt noſti,& adde ſi quid vis,probũ.nihil vidi melius.itaq; ea reo ęgre.q̃ q̃ videbať ſe non grauiter habere,tamẽ ſum ſollicitus,maximamq; ſpem habeo in M.Curii diligentia,de qua ad me ſcripſit Tiro,& multi nunciarũt.Curius autẽ ipſe ſenſit, q̃ tu velles a me diligi,& eo ſum admodum delectatus:& mehercule eſt,quem facile diligas. αὐτόχθων in homine vrbanitas.Eius teſtamẽtũ de Tortorio Ciceronũ ſignis obſignatum,cohortiſq; prętorię,fecit palam te ex Libella,me ex Teruncia Corcyrę.Alexion me opipare muneratus eſt. Quint.Ciceroni obſiſti nõ potuit,quo minus Thyamim videret.Filiola tua te delectari lętor,& ꝓbari tibi σοργὴν φυσικὴν eſſe πρὸς τὰ τέκνα. Etenim ſi hęc nõ eſt,nulla poteſt hoĩ eſſe ad hominẽ naturę adiũctio:qua ſublata, vitę ſocietas tolliť.Bene cõueniat,inquit Carneades.ſpurce,ſed tamẽ prudẽtius,q̃ Lucius noſter,& Patron,q,cũ oĩa ad ſe referãt, quicq̃ alterius cauſa fieri nõ putẽt:& cũ ea re bonũ virum oportere eſſe dicãt,ne malum habeat,non quo id natura rectũ ſit,non intellígũt ſe de callido hoĩe loq,nõ de bono viro. Sed hęc opinor ſunt ĩ his libris,quos tu laudãdo,aĩos mihi addidiſti.Redeo ad rẽ.quõ expectabã epiſtolã,quã Philoxeno dediſſes(ſcripſeras.n.eã eſſe de ſermõe Põpęii Neapolitano)eã mihi Patro Brunduſii reddidit.Corcyrę,vt opinor, acceperat.nihil potuit eſſe iucũdius.Erat eĩ de Repu.de opinione,quã is vir haberet integritatis meę:de beneuolẽtia,quã oſtẽdit eo ſermone,quẽ habuit de triũpho.Sed tamẽ hoc iucũdiſſimũ,q̃ te intellexi ad eũ veniſſe,vt eius animũ erga me ꝑſpiceres.hoc mihi inquã accidit iucũdiſſimũ.De triũpho autẽ nulla me cupiditas vnq̃ tenuit ante Bibuli impudẽtiſſimas literas:quas ampliſſime ſupplicatio conſecuta ẽ.A quo ſi ea geſta ſunt,q̃ ſcripſit,gauderẽ,& honori fauerẽ.Nũc illũ q pędẽ porta,quoad hoſtis cis Euphratẽ fuit,nõ extulerit,honore augeri,me in cuius exercitu ſpẽ illius exercit⁹ habuit,idẽ nõ aſſequi,dedecus eſt noſtrũ,noſtrũ inquã te cõiũgẽs.Itaq; oĩa experiar,& vt ſpero,aſſequar.Q; ſi tu valeres,iã mihi quędã explorata eſſent:ſed vt ſpero,valebis.De Randuſculo Numeriano multũ te amo.Hortẽſius qd egerit,aueo ſcire.Cato qd agat,q dũ qdem in me turpiter fuit maleuolus,dedit integritatis,iuſtitię,clementię,fidei mihi teſtimonium,qd̃ non quęrebam:qd̃ poſtulabam,negauit.Id itaq; Cęſar his literis,quibus mihi gratulatur, & oĩa polliceť,quomodo exultat Catonis in me ingratiſſimi iniuria! At hic idẽ Bibulo.DXX. Litera.

Epistol. ad T. P. Atticum

Ignosce mihi, non possum hęc ferre, nec ferã. Cupio ad omneis tuas epistolas, sed nihil necesse. Sestię em̃ te videbo. Illud tamẽ de Chrysippo: nã de altero illo minus sum admiratus opę rario homine, sed tamẽ ne illo quidẽ quicq̃ improbius. Chrysippũ vero, quem ego ꝑpter literularum nescio quid, libenter vidi, in honore habui, discedere a puero insciente me. Mitto alia, quę audio multa, mitto furta, fugam nõ fero, qua mihi nihil visum est sceleratius. Iraq; vsurpaui vetus illud Drusi, vt ferunt, Pr. in eo, qui eadem liber non iuraret, me istos liberos non addixisse. pręsertim cum adesset nemo, a quo recte vindicarentur. Id tu, vt videbitur, ita accipies: ego tibi assentiar. Vni tuę diserti simę epistolę non rescripsi, in qua es de pericu lis reip. Quid rescriberem? valde eram perturbatus, sed vt nihil magnopere metuam, Parthi faciunt, qui repente Bibulum semiuiuum reliquerunt. Vale.

T. P. ATTICO.

AD. VIII. Id. Decemb. Tusculanũ veni, & ibi tuas literas legi, quas Philotimus mihi reddidit. e quibus hanc primo aspectu voluptatẽ cepi, q; erant a te ipso scriptę. deinde earũ accuratissima diligẽtia sum mirũ in modũ delectatus. Ac primũ illud, in quo de Dicæarcho mihi assentiri negas, etsi cupi dissime expressum, & expetitũ a me sit, & approbatũ a te, ne diuti⁹ anno in Prouincia essem, tamẽ nõ est nostra cõtẽtione pfectũ. Sic em̃ scito, verbũ in Senatu factũ esse nunq̃ de vllo nostrũ, qui Prouincias obtinuimus, quo in his diutius, q̃ ex S. C. maneremus: vt iã ne istius quidẽ rei culpã sustineã, quo minus diu fuerim in Prouincia q̃ fortasse fuerit vtile. Sed qd si hoc meli⁹? opportune dici videt, vt in hoc ipso. Siue. n. ad cõ cordiã res adduci põt, siue ad bonorũ victoriã, vtriusuis rei me aut adiutorẽ velim esse, aut certe nõ expertẽ. Sin vincunt boni, vbicũq; essem vna cũ iis victus essem. Quare celeritas nri reditus ἀμεταμέλητος debet esse. Q; si ista nobis cogitatio de triũpho iniecta non esset, quã tu quoq; approbas, nę tu haud multũ requireres illũ virũ, q in sexto libro informatus est.

Deuoraſti libros.

Quid em̃ tibi faciam, q illos libros deuoraſti? quin nũc ipsum nõ dubitabo rẽ tantã abiicere, si id erit rectius. vtrũq; vero simul agi nõ potest, & de triũpho, ambitiose, & de Repu. libere. Sed ne dubitaris, quin qd honestius, id mihi futurũ sit antiquius. Nã qd putas vtilius esse vel mihi, q; tutius sit, vel etiam vt reip. prodesse possim, me esse cum imperio, id coram considerabimus quale sit. Habet enim res deliberationem, etsi ex parte magna tibi assentior. De animo autem meo erga Remp. bene facis q; non dubitas, & illud probe iudicas, nequaq̃ satis pro meis officiis, pro ipsius in alios effusione, illum in me liberalem fuisse: eiusq; rei causam vere explicas, & eis, quę de Fabio, Caninioq; acta scribis, valde cõsentiũt. Quę si secus essent, totũq; se ille in me profudisset, tamẽ illa, quam scribis, custos vrbis me pręclarę inscriptionis memorẽ esse cogeret, nec mihi concederet, vt imitarer Volcatiũ, aut Seruiũ, quibus tu es contẽtus, sed aliquid nos vellet nobis dignũ & sentire, & defendere. qd quidẽ agerẽ, si liceret alio modo, ac nunc agendũ est. De sua potentia dimicãt homines hoc tẽpore pericu lo ciuitatis. nam si Resp. defendit, cur ea COS. isto ipso defensa nõ est? Cur ego, in cuius causa reip. salus consistebat, defensus postero anno nõ sum? cur imperiũ illi? aut cur illo modo ꝓrogatũ est? cur tantopere pugnatũ est, vt de eius absentis ratione habẽda decẽ Tri. Pl. ferrẽt? His ille rebus ita cõualuit, vt nũc in vno ciue Resp. ad resistendũ imbecilla sit: quę mallẽ tantas ei vires non dedisset, q̃ nunc tã valenti resisteret. Sed quoniã res eo deducta est, non quæram, vt scribis, τὸ σκάφος τῆῖ ἀτρεμοῦντι. Mihi σκάφος vnũ erit, qd a Põpeio gubernabit. Illud ipsum qd ais, qd fiet dũ erit dictũ? Dic Mar. Tulli σύντομα. Põpeio assentior, ipsum tñ Põpeiũ separatim ad cõcordiã hortabor. Sic em̃ sentio, maximo in piculo rẽ esse. Vos scilicet plura, q in vrbe estis. Verũtamẽ hoc iudico, cũ hoie audacissimo, paratissimoq; negotiũ esse. Oẽis damnatos, oẽis ignominia affectos, oẽis dãnatiõe, ignominiaq; dignos, illic facere: oẽm fere iuuẽtutẽ, oẽm illã vrbanã, ac pditã plebẽ: Tribunos valẽteis addito C. Cassio, oẽis q ære alieno ꝑmanẽ: quos plureis esse intelligo, q̃ putarã. Causam sola illa causa non habet, cęteris rebus abũdat. sic oĩa facere oĩs debet, ne armis decernat: quorũ exitus semp incerti, nũc vero in alterã partẽ magis timẽdi. Bibulus de Prouincia decessit, Valẽtonẽ ꝑfecit: in decedẽdo erit, vt audio, tardior: quẽ cũ ornauit Cato, declarauit iis se solis nõ inuidere, qb⁹ nihil, aut nõ multũ ad dignitatẽ posset accedere. Nũc venio ad priuata. Fere. n. respõdi tuis literis de rep. & iis, quas in suburbano, & iis, quas postea scripsisti. Ad priuata venio. vnũ etiã de Cęlio. Tãtũ abest, vt ille meã sentẽtiã moueat, vt valde ego, ipsi q; de sua sentẽtia decesserit, pœnitẽ

Bellorũ exitus incerti.

dũ putẽ. Sed quid eſt ꝙ cũcti Luceiis ſint addicti? Hoc ꝑtermiſiſti, miror. De Philotimo facíã equidẽ vt mones, ſed ego mihi ab illo nõ rationes expectabã, quas tibi edidit. Verum id relí quũ, qđ ipſe in Tuſculano me referre in cõmentariũ mea manu voluit, qđꝙ idẽ in Aſia mihi ſua manu ſcriptũ dedit. Id ſi ꝑſtaret, quãtũ mihi æris alieni eſſe ibi edidit, tantũ, & plus etiã, ipſe mihi deberet. Sed ĩ hoc genere, ſi modo ꝓ rẽp. licebit, nõ accuſabimur. Poſthac neꝙ Hercule antea neglígẽtes fuimus, ſed amicoꝝ multitudine occupati. Ergo vtemur, vt polliceris, & opa, & cõſilio tuo, nec tibi erimus, vt ſpero, in eo moleſti. De Serperaſtris cohortis meę, nihil eſt qđ doleas. Ipſi. n. ſe collegerũt admiratione vitæ integritatis meę. Sed me mouerat nemo magis, q̃ is quẽ tu neminẽ putas. Idẽ & in initio fuerat, & nũc eſt egregius: ſed in ipſa deceſſione ſignificauit ſperaſſe ſe aliquid: & id qđ animũ induxerat pauliſper, nõ tenuit, ſed cito ad ſe rediit, meiſqꝫ honorificẽtiſſimis erga ſe officiis victus, pluris ea duxit q̃ omnẽ pecuniã. Ego a Curio tabulas accepi, quas mecũ porto. Hortẽſii legata cognoui. Nũc aueo ſcire quid hoĩs ſit, & quarũ rerũ rõnẽ iſtituat. Neſcio. n. cur cũ portã Flumẽtanã Cælius occuparit, ego Puteolos nõ faciã meos. Venio ad Pirꝛea, ĩ quo magis reꝑhẽdẽdus ſum, ꝙ hõ Romanꝰ Pirꝛea ſcripſerim, nõ Piræeũ. ſic. n. oẽs noſtri locuti ſunt, q̃ ꝙ ĩ addideri. nõ. n. hoc vt oppído ꝓpoſui, ſed vt loco: & tñ Dionyſius noſter, q eſt nobiſcũ, & Nicias Cous nomẽ rebat oppidi eẽ Piræa. ſed de re videro. Noſtrũ qdẽ ſi eſt pccatũ, in eo eſt ꝙ nõ vt de oppído locutus ſum, ſed vt de loco, ſecutuſqꝫ ſum nõ dico Cęcilíũ, Mane vt ex portu ĩ Piræeũ, (malus. n. auctor latinitatis eſt) ſed Terẽtiũ, cuiꝰ fabellę ꝓpter elegãtiã ſermonis putabant a C. Lælio ſcribi. Heri alíquot adoleſcẽtuli coimus in Pirꝛeũ. & idẽ. Mercator hęc addebat, captã e Sunio. ꝙ ſi oppída volumꝰ eẽ, tã eſt oppidũ Suniũ, q̃ Piræus. Sed qm̃ Grãmaticus es, ſi hoc mihi ζήτημα ꝓſolueris, magna me moleſtia liberaris. Ille mihi lras blãdas mittit, facit idẽ ꝓ eo Balbus. mihi certũ eſt ab honeſtiſſima ſentẽtia digitũ nuſq̃. ſed ſcis illi reliquũ quãtũ ſit. Putas ne igĩt verẽdũ eẽ, ne aut obiiciat id nobis aliqs, ſi lãguidius: aut repetat, ſi fortius qd ad hęc reperis? Soluamꝰ inqs. Age a Cælio mutuabimur: hoc tu tñ cõſideres velim. puto. n. in Senatu, ſiquãdo ꝑclare pro rep. dixero. Tarteſiũ iſtũ tuũ mihi adeũti Vrbẽ iube Sodes nũmos curare. Qđ ſupeſt, etiã gener eſt ſuauis mihi, Tullię, Terẽtię: quãtũ vis vel ĩgenii, vel humanitatis ſatis, reliq̃ q noſtí ferẽda. Scis. n. quos apuerimus, q oẽs, ꝑter de quo ꝓ te egimus, reũ me facere rentur. Ipſis. n. ex pẽſum nemo offeret. Sed hęc corã: nã iſta mĩti ſermõis ſunt. Tironis reficiẽdi, ſpes ẽ ĩ M. Curio, cui ego ſcripſi tibi eũ gratiſſimũ facturũ. Vale. Data. V. Id. Decẽb. a Põtio ex Trebulano.

Serperaſtra.

Piræea. Piræeum.

Pirꝛea Cęcilius. Terentíi elegantia.

T. P. ATTICO.

Ionyſium flagrantẽ deſiderio tui miſi ad te, nec mehercule æquo animo, ſed fuit concedẽdũ. Quem quidẽ cognoui cum doctum (qđ mihi iam ante erat notũ) tum †ſanctũ, plenũ officii, ſtudioſum etiã meæ laudis, frugi hominẽ, ac ne libertínũ laudare videar, plane virũ bonũ. Pompęiũ vidi. IIII. Id. Decẽb. fuimus vna horas duas fortaſſe, magna lętítia mihi viſus eſt affici meo aduẽtu. de triũpho hortari: ſuſcipe parteis ſuas, monere ne ante in Senatũ accederem, q̃ rem cõfeciſſem, ne dicendis ſentẽtiis aliquẽ Tribunũ alienarẽ. Quid quęris? in hoc iudicio, & officio ſermonis nihil potuit eſſe prolixius. De Rep. aũt ita mecũ locutus eſt, qua ſi nõ dubiũ bellũ haberemus, nihil ad ſpem cõcordiæ, plane illũ ab ſe alienatũ cũ ante intelligeret, tũ vero proxime iudicaſſe: veniſſe Hirciũ a Cæſare, q eſſet illi familiariſſimus, ad ſe nõ acceſſiſſe. Et cũ ille ad. VIII. Id. Decẽb. veſperi veniſſet, Balbus de tota re cõſtituiſſet, ad. VII. Iduum ad Scipionẽ ante lucẽ veniſſe, multa de nocte ꝑfectũ eſſe ad Cæſarem. Hęc illi πεκμηρίωδες videbat eſſe alienationis. Quid multa? nihil me aliud cõſolatur, niſi ꝙ illũ cui etiã inimici alterũ conſulatũ, fortuna ſummã potentiã dederat, nõ arbitror fore tã amẽtẽ, vt hæc in diſcrimẽ adducat, ꝙ ſi ruere cœperit, nę ego multa timeo, quæ nõ audeo ſcribere: ſed vt nũc eſt, ad. III. Non. Ian. ad Vrbem cogito. Vale.

†ſane.

Prolixius.

T. P. ATTICO.

Multas vno tẽpore accepi epiſtolas tuas: q̃ mihi, q̃q̃ recẽtiora audiebã ex iis qui ad me veniebãt, tamẽ erãt iucundę. Studiũ eĩ, & beneuolentiam declarabant. Inualetudine tua moueor: & Pyliam in idẽ genus morbi delapſam, curã tibi afferre maiorẽ ſentio. Date igitur operã, vt valeatis. De Tirone video tibi curę eſſe: quẽ qdẽ ego, etſi mirabilis vtilitatis fructũ mihi ꝑbet, cũ valet in omni genere negotiorũ, vel ſtudiorũ meoꝝ: tamen propter humani

Inualetudo.

tatem,& modestiã,malo saluũ,q̃ propter vsum meũ.Philogenes mecũ nihíl vnq̃ de Lusgenio
Arcanũ. locutus est. de cęteris rebus habes Dionysiũ.Sororem tuã non venisse in Arcanũ miror. De
Chrysippo meũ cõsiliũ ꝓbari tibi nõ molestę fero.Ego ĩ Tusculanũ. nihil sane hoc tẽpore de
uiũ est τοῖς ἀπαντῶσιν,& habet alia δύσχρησα.Sed de Formiano Tarracinã prid.Cal.Ian.Inde
Natalis Põtinũ sumã,inde Albanũ Põpęii.ita ad Vrbẽ.III.Non.Natali meo. De Rep.quoridie magis
Cic. timeo. nõ em̃ boni,vt putãt,cõsentiũt.quos ego equites Romanos,quos Senatores vidi!qui
De rep. acerrime cũ cætera,tũ hoc iter Põpęii vituperarẽt. Pace opus est.Ex victoria cũ multa mala,
timeo. tũ certe tyrãnis existet. Sed hęc propędiem corã.Iã plane mihi deest quid ad te scribã. Nec
Victoriæ em̃ de Rep.ꝙ vterq; nostrũ scit eadẽ : & domestica nota sunt ambobus. Reliquũ est iocari,si
mala. hic sinat. nã ego is sum,qui illi cõcedi putẽ vtilius esse qđ postulat,q̃ signa cõferri. Sero em̃
Existere. resistimus ei,quẽ ꝑ annos decẽ aluimus contra nos.Quid sentis igit inquis! nihil scilicet nisi
Sero. de sententia tua,nec prius qdẽ,q̃ nostrũ negotiũ,aut cõfecerimus,aut deposuerim⁹.Cura igit
vt valeas.Aliquãdo ἀπόῤῥητα quartanã istã,diligentia,quæ in te summa est.

T.P.ATTICO.

Solenne nostrum. DIane deest quid ad te scribam. nota oĩa tibi sunt. nec ipse habeo a te qđ expę
ctẽ.Tãtũ igit nostrũ illud solẽne seruemus,vt ne quẽ istuc eũtẽ sine literis di
mittamus.De Rep.valde timeo,nec adhuc fere inueni,q nõ cõcedẽdũ puta
ret Cæsari qđ postularet,potius q̃ depugnãdũ.Est illa qdẽ impudẽs postula
tio opinione valẽtior.Cur aũt nũc primũ ei resistamus, οὐ γὰρ ἂν τοῦδε μεῖζον
ἔρριπτο κακόν, q̃ cũ quinquẽniũ prorogabamus,aut cũ vt absentis ratio habe
retur,ferebamus! nisi forte hęc illi tũ arma dedimus,vt nũc cũ bene parato pugnaremus.Di
ces,quid tu igit sensurus es! nõ idẽ qđ dicturus. sentiã.n.oĩa faciẽda,ne armis decertet.Dicã
idẽ,qđ Põpęius.neq; id faciã humili animo.Sed rursus hoc ꝓmagnũ Reip.malũ est, & quodã
modo mihi præter cæteros.Non rectum me in tantis rebus a Pompęio dissidere. Vale.

T.P.ATTICO.

†priuarius DIonysius vir optimus,vt mihi quoq; est ꝑspectus,& doctissimus,tuiq; amã
tissimus Romã venit.XV.Cal.Ian.& literas a te mihi reddidit.Tot em̃ ver
ba sunt de Dionysio ĩ epla tua. Illud †peccato nõ ascribis, & tibi gras egit.
Atq certe ille agere debuit:& si esset factũ,q̃ tua est humanitas,ascripsisses.
Mihi aũt nulla de eo παλινῳδία detur ꝓpter superioris epistolę testimoniũ.
Sit igit sane bonus vir. Hoc.n.ipm bene fecit,ꝙ mihi sui cognoscẽdi pœni
tus etiã istã facultatẽ dedit.Philogenes recte ad te scripsit.Curauit.n.qđ debuit.eũ ego vti ea
Pontinus. pecunia volui,quoad liceret.itaq; vsus est mẽses.XIIII.Põtinũ cupio valere:& qđ scribis in vr
Cõpitali- bẽ introisse, vereor qd sit. nã id nisi graui de causa nõ fecisset.Ego,qm̃.IIII.Non.Ian. Cõpita
tius. litius dies est,nolo eo die ĩ Albanũ venire molest⁹ familię,veniã.III.Nonarũ. Igit inde ad vr
†λαθικῆς. bẽ prid.No.Tua †λανὶς,quẽ ĩ diẽ ĩcurrat,nescio, sed ꝑrsus te cõmoueri icõmodo valetudinis
tuę nolo.De honore nostro,nisi qd occult Cęsar p Tribunos molitus erit,cętera vident esse
Aequi bo- tranqlla.Tranqllissimus aũt anim⁹ meus,q totũ istud ęqui boni facit,& eo magis ꝙ iã a mul
ni facio. tis audio cõstitutũ esse Pompęio,& eius cõsilio,in Sicilią me mittere, ꝙ Impęriũ habeã,id est
ἀβουκολικόν. Nec.n.Senatus decreuit,nec populus iussit me Impęriũ ĩ Sicilia habere. Sin hoc
resp.ad Põpęiũ refert,q me magis q̃ priuatũ aliquẽ mittat! Itaq; si hoc impęriũ mihi molestũ
erit,vtar porta q̃primũ videro.Nã qđ scribis,mirificã expectationẽ esse mei,neq; tñ quẽq̃ bo
noꝝ,aut satis bonoꝝ dubitare qd sensurus sim,ego,quos tu bonos esse dicas,nõ ĩtelligo.Ipse
nullos noui, sed ita,si ordines bonoꝝ q̃rimus. Nã singulares sunt boni viri:verũ ĩ dissensio
nibus ordines bonoꝝ,& genera q̃rẽda sunt.Senatũ bonũ putas,ꝑ quẽ sine Impęrio Prouincię
sunt!nũq̃ em̃ Curio sustinuisset si cũ eo agi cœptũ fuisset,quã sentẽtiã Senatus sequi noluit.
Ex quo factũ est,vt Cæsari nõ succederet.An publicanos!qui nũq̃ firmi, sed nũc Cęsari sunt
amicissimi.An fœneratores!an agricolas!qbus optatissimũ est otiũ.nisi eos timere putas, ne
sub Regno sint,qđ nũq̃,dũmodo otiosi essent,recusarũt.Quid ergo exercitũ retinẽtis, cũ le
gis diẽ transierit,rationẽ haberi placet!mihi vero ne absentis qdẽ. sed cum id datũ est,illud
vna datũ est.annoꝝ em̃ decẽ impęriũ,& ita latũ placet.Placet igit etiã me expulsum, & agrũ
Campanũ periisse,& adoptatũ patriciũ a plebeio,Gaditanũ a Mitylenæo.Et Labieni diuitię &
Lamurræ placẽt,& Balbi horti,& Tusculanũ:sed hoꝝ oĩm fons vnus est. Imbecillo resistẽdũ
fuit,& id erat facile.Nũc legiones.XI.equitatus tantus,quantũ volet.Transpadani.Plebs vr-

bana,tot Trib.Pl.tam pꝛdita iuuentus,tanta auctoritate Dux,tanta audacia.Cum hoc aut depugnandũ eſt,aut habenda e lege ratio.Depugna,inqs,potius,q̃ ſeruias.Vt quid? ſi victus eris,proſcribare:ſi viceris,tamen ſeruias?Quid ergo,inquis,acturus es?Idem qđ pecudes,quę diſpulſæ,ſui generis ſequuntur greges.Vt bos armenta,ſic ego bonos viros,aut eos quicunq; dicentur boni,ſequar,etiam ſi ruent. Quid ſit optimũ male contractis rebus,plane video. Nemini eſt enim exploratum,cum ad arma ventum eſt,quid futurum ſit. At illud omniꝫ: ſi boni victi ſunt,nec in cęde principum clementiorem hunc fore,q̃ Cinna fuerit:nec moderatiorem,q̃ Sulla in pecuniis locupletium. ἐμπλιπεύομαί σοι iãdudum, & facerem diutius niſi me lucerna deſereret. Ad ſummam dic M.Tulli,aſſentiar Cn.Pompęio, ideſt T.Pomponio. Alexim humaniſſimũ puerum,niſi forte,dũ ego abſum,adoleſcens factus eſt,(id enim agere videbatur) ſaluere iubeas velim.

Bos armenta.

Bellorꝫ exitus incerti.

Saluere iubeas.

T.P.ATTICO.

QVid opus eſt de Dionyſio tam valde affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidem?Suſpitionem autem eo mihi maiorẽ tua taciturnitas attulerat, qꝛ & tu ſoles conglutinare amicitias teſtimoniis tuis,& illum aliter cũ aliis de nobis locutum audiebam.Sed prorſus ita eſſe vt ſcribis, mihi pꝛſuades. Itaq; ego is in illum ſum,quẽ tu me eſſe vis.Diem tuũ ego quoq; ex epiſtola quadam tua,quam incipiente febricula ſcripſeras,mihi notauerã,& animaduerterã poſſe,pro re nata,te non incommode ad me in Albanũ venire. III.Non.Ian.Sed amabo te,nihil incommodo valetudinis feceris.Quid enim tãtũ in vno,aut altero die? Dolabellã video Liuiæ teſtamento cum duobus cohæredibus eſſe in triente,ſed iuberi mutare nomen. eſt πολιτικὸν σκέμμα, rectũ ne ſit nobili adoleſcenti mutare nomen mulieris teſtamento: ſed id φιλοσοφώτερον διακινδύνευμα, cum ſciemus,quantum quaſi ſit in trientis triente.Qđ putaſti fore,vt ante q̃ iſtuc venirem,Pompęium viderem,factum eſt ita.Nam ſexto Calen. ad Lauernium me conſecutus eſt. Vna Formias venimus, & ab hora octaua ad veſpꝛum ſecreto collocuti ſumus.Qđ queris,ecquę ſpes pacificationis ſit: quantum ex Pompęii multo, & accurato ſermone pꝛſpexi,ne voluntas quidem eſt.Sic enim exiſtimat,ſi ille vel dimiſſo exercitu Cos.factus ſit,σύγχυσιν τῆς πολιτείας fore:atq; etiam putat eum cũ audierit contra ſe parari diligenter,Conſulatum hoc anno neglecturum,ac potius exercitum,prouinciamq; retenturum.Sin autem ille fureret,vehementer hominem contemnebat,& ſuis,& Reip. copiis cõfidebat.Quid queris? etſi mihi crebro τὸν νόμον occurrebat,tamen leuabar cura,virũ fortem,& peritum,& plurimum auctoritate valentem audiens πολιτικῶς de pacis ſimulatę pꝛiculis diſſerentem.Habebamus autem in manibus Antonii concionem habitam.X.Calen. Ian.in qua erat accuſatio Pompeii vſq; a toga pura: querela de damnatis: terror armorum. In quibus ille,quid cẽſes,aiebat,facturum eſſe ipſum,ſi in poſſeſſionem reip.venerit, cum hęc Quæſtor eius infirmus,& inops audeat dicere? Quid multa? non modo non expetere pacem iſtam,ſed etiam timere viſus eſt.Ex illa autem ſententia ira relinquendę vrbis mouet hominẽ, vt puto.Mihi autem illud moleſtiſſimum eſt,q; ſoluendi ſunt nũmi Cæſari,& inſtrumẽtum triumphi eo conferendum.Eſt enim ἄμοιρον ἀνεμπλιπτούμενον χρεωφειλέτῃ eſſe.Sed hæc,& multa alia coram.Quotidie ne,inquis,a te accipiendæ literæ ſunt? ſi habebo,cui dem quotidie. at iam ipſe ades.Tum igitur cum venero,deſinam. Vnas video mihi a te non eſſe reddi tas,quas L.Quintius familiaris meus cum ferret ad Buſtum Baſilii,vulneratus,& deſpoliatus eſt. Videbis igitur nũquid fuerit in his,qđ me ſcire opus ſit. Etſi multo hoc διευκρινέστερον πρόβλημα, ſane πολιτικὸν: cum ſit neceſſe aut haberi Cæſaris rationem, illo exercitum vel p Senatum,vel pꝛ Trib.Pl.obtinente:aut perſuaderi Cæſari,vt tradat prouinciam, atq; exercitum,& ita Cos.fiat.Aut ſi id ei non perſuadeatur,haberi comitia ſine illius ratione,illo patiente,atq; obtinente prouinciam:aut ſi pꝛ Trib.Pl.nõ patiatur,tamen quieſcat,rem adduci ad interregnũ.Aut ſi ob eam cauſam,q; ratio eius non habeatur, exercitum adducat, armis cum eo contendere. Illum autem initium facere armorum, aut ſtatim nobis minus paratis, aut tum cũ comitiis amicis eius poſtulãtibus vt e lege ratio haberetur,impętratum non ſit. Ire autẽ ad arma aut hanc vnam ob cauſam, q; ratio nõ habeatur:aut addita cauſa, ſi forte Trib.Pl.Senatum impędiẽs,aut populum incitans notatus,aut S.C.circũſcriptus,aut ſublatus,aut expulſus ſit, dicensve ſe expulſum ad illum cõfugerit.Suſcepto autẽ bello,aut tenẽda ſit vrbs:aut ea relicta,ille a cõmeatu,& reliquis copiis intercludendus.Quid hoꝫ malorũ

Quid queris?

Concio Antonii.

Buſtum Baſilii.

Interregnũ

quorum aliquod certe subeũdum est, minimũ putes? Dices profecto persuaderi illi, vt tradat exercitum, & ita Cos. flat. est omnino id eiusmodi, vt si ille eo descendat, contradici nihil possit: idq; eum, si non obtinet vt ratio habeatur retinentis exercitum, non facere miror. Nobis autem, vt quidã putant, nihil est timendũ magis q̃ ille Cos. At sic malo, inquies, q̃ cum exercitu certe. Sed istuc ipsum sit. O magnũ malum, putat aliquis, neq; ei remedium est vllum: cedendum est, si volet id. Vide Cos. illum, iterum, quem vidisti consulatu priore. At tum imbecillus plus, inquis, valuit, q̃ tota resp. Quid nunc putas? Et eo Cos. Pompeio certum est esse in Hispania. O rem miseram. Siquidem id ipsum deterrimum est, quod recusari non potest, & quod ille si faciat, iam cum bonis omnibus summam ineat gratiam. Tollamus igitur hoc, quo illum posse adduci negant. De reliquis, quod est deterrimum? illi cõcedere, quod vt idẽ dicit, impudentissime postulat. Nam quid impudentius? Tenuisti prouinciam per decem annos nõ tibi a Senatu, sed a te ipso p vim, & per factionẽ datos. Præteriit tẽpus legitimũ: vt succedatur, decernitur: impedis, & ais, habe mei rationem. habe nostrum. Exercitũ tu habeas diutius, q̃ populus iussit, inuito Senatu? Depugnes oportet, nisi concedis. cum bona quidem spe, vt ait idem, vel vincendi, vel in libertate moriendi. Iam si pugnãdum est, quo tẽpore in casu, quo consilio in tẽporibus situ est. Itaq; te in ea quęstione non exerceo. Ad ea quę dixi, affer, si quid habes. Equidem dies, nocteq; torqueor. Vale.

T. P. ATTICO.

SVbito consilium cepi, vt ante q̃ luceret, exirem, ne qui conspectus fieret, aut sermo, lictoribus præsertim laureatis. De reliquo, neq; Hercule quid agam, nec acturus quid sim, scio: ita sum perturbatus temeritate nostri amentissimi consilii. Tibi vero quid suadeam, cuius ipse consilium expecto? Cn. noster quid cõsilii ceperit, capiatve, nescio: adhuc in oppidis coarctatus, sed stupẽt omnes. Si in Italia consistat, erimus vna. Sin cedet, consilii res est adhuc incerti. Nisi ego insanio, stulte omnia, & incaute agi iudico. Tu quęso ad me crebro scribe, vel qd in buccam venerit. Vale.

T. P. ATTICO.

Cingulum tenemus.

QVęso quid hoc est, aut quid agitur? mihi enim tenebrę sunt. Cingulum, inq; nos tenemus. Anconẽ amisimus. Labienus discessit ab Cæsare. Vtrum de imperatore Po. Ro. an de Hãnibale loquũtur? O hominem amẽtem, & miserum qui ne vmbram quidem vnã τῶ καλῶ viderit. Atq; hæc ait omnia se facere dignitatis causa. Vbi est autem dignitas, nisi vbi honestas? Num honestum igitur habere exercitum nullo publico consilio? occupare Vrbes ciuium, quo facilior sit aditus ad patriam? χρεῶν ἁρπαγὰς, φυγάδων καθόδους, sexcenta alia scelera molíri, τῶν θεῶν μεγίστων, ὥς ἔχειν τυραννίδα; Sibi habeat suam fortunam. Vnam mehercule tecum apricationem in illo Lucretino tuo sole malim, q̃ omnia istiusmodi regna, vel potius mori millies, q̃ semel illiusmodi quicq̃ cogitare. Quid si tu velis inquis? Age quis est, cui vel le non liceat? Sed ego hoc ipsum velle miserius esse duco, q̃ in crucem tolli. Vna res est ea miserior, adipisci, quod ita volueris. Sed hæc hactenus. Libẽter enim in his molestiis φιλοσοφάζω. Redeamus ad nostrum. per fortunas, quale tibi consilium Pompeii videtur? Hoc quæro q; Vrbem relinquerit. Ego enim ἀπορῶ. tum nihil absurdius. Vrbem tu relinquas? Ergo iidem si Galli venirent. Non est, inquit, in parietibus Respublica: at in aris, & focis. fecit idem Themistocles. fluctum enim totius Barbariæ ferre vrbs vna non poterat. At idem Pericles non fecit annum fere post quinquagesimum, cum præter mœnia nihil teneret. Nostri olim Vrbe relicta capta, arcem tamen retinuerunt. οὕτω πρὸ τῶν ἔμπροσθεν ἐπιθυμούμεθα. Rursus autem ex dolore municipali, sermonibusq; eorum, quos conuenio, videtur hoc consilium exitum habiturum. Mira hominũ querela est (nescio istic: sed facies vt sciam) sine magistratibus Vrbem esse, sine Senatu. Fugiens deniq; Pompeius mirabiliter homines mouet. Quid quęris? alia causa facta nihil iam concedendum putant Cæsari. Hæc tu mihi explica, qualia sint. ego negotio præsum non turbulento. Vult enim me Pompeius esse, quem tota hæc Campania, & maritima ora habeat ἐπίσκοπον, ad quem delectus, & negotii summa referatur. itaq; vagus esse cogitabam. Te puto iam videre quę sit ratio vię Cæsaris, qui populus, qui totius negotii status: ea velim scribas ad me: & quoniam quidẽ mutabilia sunt, q̃ sępissime, acquiesco enim & scribens ad te, & legens tua. Vale.

Aripcatio. Illiusmodi

Episcopus.

T.P.ATTICO.

NAm adhuc a te epistolam acceperã datã.XII.Cal.Iun.in qua significabat, aliam te ante dedisse,quã non acceperã.Sed quęso,vt scribas q̃sępissime,nõ modo si quid scies,aut audieris,sed etiã si quid suspicabere:maximeq; quid nobis faciundũ,aut nõ faciundũ putas. Nã qđ rogas,curem vt scias qd Põ pęius agat,ne ipm qdẽ scire puto . nostrũ quidẽ nemo. Vidi Lentulũ Cos. Formiis.X.Cal.Iun.vidi Libonẽ.plena timoris,& erroris omnia.Ille iter Larinũ.ibi em̃ cohortes,& Lucerię,& Theani,reliquaq; in Apulia. Inde vtrũ consistere vspiã velit,an mare transire,nescitur.Si manet,vereor ne exercitũ firmũ habere nõ possit.Sin discedit,quo,aut qua,aut qd nobis agẽdũ sit,nescio.Nã istũ qdẽ,cuius φαλαρισμὸν times,oia teterrime facturũ puto.Nec.n.rerũ prolatio,nec Senatus,magistratuũq; discessus, nec ærariũ clausum tardabit.Sed hęc,vt scribis,cito sciemus . Interim velim,mihi ignoscas, q; ad te scribo tã multa toties.Acquiesco em̃,& tuas volo elicere literas,maximeq; cõsiliũ,qd agã,aut quo me pacto gerã.dimittã ne me pœnitus in cãm. Nõ deterreor pęriculo,sed disrũpor dolore,tã nullo cõsilio,aut tã cõtra meũ cõsiliũ gesta esse oia.An cuncter,& tergiuerser, & iis me dem q tenent,q potiũtur . διαθέσθαι τῶας, nec solũ ciuis,sed etiã amici officio reuocor. etsi frangor sępe misericordia puerorq;. Vt igit̃ ita pturbato,etsi te eadẽ sollicitãt,scribe aliqd,& maxime,si Põpęius Italia cedit,quid nobis agendũ putes.M.qdẽ Lepidus (nã fuimus vna) eũ finẽ statuit.L.Torquatus eũdẽ.Me cũ multa,tum etiã Lictores impędiunt.nihil vidi vnq̃ quod minus explicari posset.Itaq; a te nihil dum certi exquiro, sed quid videatur. Deniq; ipsam ἀπορίαν tuã cupio cognoscere. Labienũ ab illo discessisse ppęmodũ constat. Si ita factũ esset,vt ille Romã veniẽs magistratũ,& Senatũ Romæ offenderet,magno vsui causę nostrę fuisset.Damnasse em̃ sceleris hominẽ amicũ Reip.causa videret:qđ nũc quoq; videtur, sed minus prodest.Nõ em̃ habet,cui prosit,eũq; arbitror pœnitere. nisi forte id ipsum est falsum,discessisse illũ. nos qdẽ pro certo habebamus. Et velim (q̃q̃,vt scribis,domesticis te finibus tenes) formã mihi Vrbis exponas,& qđ Põpęii desideriũ,& q̃ Cæsaris iniuria appareat: etiã quid censeas de Terentia,& Tullia:Romæ eas esse,an mecũ,an aliquo tuto loco.Et hæc & si quid aliud,ad me scribas velim,vel potius scriptites. Vale.

Damnasse sceleris.

Scribere. Scriptitare

T.P.ATTICO.

DE Vennonianis rebus tibi assentior.Labienũ θεῶα iudico:facinus iãdiu nullũ ciuile pclarius:q;,vt aliud nihil,hoc tñ pfecit,dedit illi dolorẽ.sed etiam ad summã profectũ aliqd puto . Amo etiã Pisonẽ, cuius iudiciũ de genero suspicor visum iri graue,q̃q̃ genus belli qđ sit vides. Ita ciuile est,vt nõ ex ciuiũ dissensione,sed ex vnius pditi ciuis audacia natũ sit.Is aũt valet.Exercitũ tenet multa spe,& pmissis: omnia omniũ cõcupiuit.Huic tradita vrbs est,nuda ea psidio,referta copiis.Quid est qđ ab eo non metuas,qui illa tępla, & tecta,nõ patriã,sed pdã putet! Quid autẽ sit acturus,aut quomodo,nescio:sine Senatu,sine magistratu, ne simulare qdẽ poterit quicq̃ πολιτικῶς. Nos aũt vbi exurgere poterimus,aut quãdo!quorũ dux q̃ ἀσρατήγητος,tu quoq; animaduertis,cui ne Picena qdẽ nota fuerint,q̃ itẽ sine cõsilio res stet. Vt enim alia omittam decem annorq; peccata,quæ conditio non huic fugæ præstitit! Nec vero nũc qd cogitet scio,ac nõ desino p literas sciscitari.Nihil esse tardius cõstat: nihil perturbatius.Itaq; nec psidiũ,cuius parandi causa ad vrbẽ retentus est,nec locũ,ac sedẽ psidii vllam video. Spes omnis in duabus inuidiose retentis pene alienis legionibus . nam delectus adhuc quidẽ inuitorum est,& a pugnando abhorrentiũ.Cõditionũ aũt amissum tempus est. Quid futurũ sit,nõ video. cõmissum qdẽ a nobis certe est,siue a nostro Duce,vt e portu sine gubernaculis egressi,tępestati nos traderemus.Itaq; de Ciceronib⁹ nostris dubito qd agã. nã mihi interdũ emãdãdi videnť in Græciã.De Tullia aũt,& Terẽtia,cũ mihi barbarorũ aduẽtus ad Vrbẽ proponit̃,omnia timeo.Cũ autẽ Dolabella venit in mentẽ,paulũ respiro.Sed velim cõsideres,quid faciẽdũ putes. Primũ πρὸς τὸ ἀσφαλές . aliter enim mihi de ipsis,ac de me ipso cõsulendũ est.Deinde ad opiniones,ne reprehendamur q; eas Romæ velimus esse in cõmuni bonorq; fuga.Quin etiã tibi,& Peduceo(scripsisti em̃ ad me)qd faciatis vidẽdũ est.Is.n.splẽdor est vestrũ, vt eadẽ postulentur a vobis q̃ ab amplissimis ciuibus.Sed de hoc tu videbis: quippe cũ de ipso,ac de me ista cõsiderare velim. Reliquũ est,vt & qd agatur, quoad poteris explores,scribasq; ad me,& qd ipse cõiectura assequare,qđ etiã a te magis expecto. nã acta oi-

Cæsarem carpit.

Abhorrentium a pugnando.

bus iis nũciãtibus a te expecto futura. μάνδις δὲ ἄρισ. Loquacitati ignoſces,q̃ & me leuat ad te quidẽ ſcribentẽ,& elicit tuas literas. Aenigma Oppiorũ ex Velia plane non intellexi. Eſt.n. numero Platonis obſcurius. iam intellexi tuũ ænigma. Oppios em̃ de Velia Sanctones dicis in eo æſtu, aut die, quo aperto reliqua patebãt, & cũ Terentię ſumma cõgruebãt. L. Cæſarem vidi Minturnis ad. VIII. Cal. Feb. mane cũ abſurdiſſimis mandatis nõ hominẽ, ſed Scopas ſolutas, vt id ipſum mihi ille videatur irridendi cauſa feciſſe, qui tantis de rebus huic mãdata dederit. niſi forte nõ dedit, & hic ſermone aliquo arrepto p̃ mãdatis abuſus ſit. Labienus vir mea ſentẽtia magnus, Theanũ venit ad. VIII. Cal. Feb. ibi Põpeiũ, conſuleſq; cõuenit. qui ſermo fuerit, & qd actũ ſit, ſcribã ad te, cũ certũ ſciã. Põpeius ab Theano Larinũ verſus p̃fectus eſt ad. VIII. Cal. Eo die mãſit Venafri. Aliquãtũ animi videtur nobis attuliſſe Labienus. ſed ego nõdũ habeo, quid ad te ex his locis ſcribã. iſta magis expecto, qd illinc afferatur, quo pacto de Labieno ferat. quid agat Domitius in Marſis, Siſingui Thermus, P. Actius Cinguli. q̃ ſit populi vrbani volũtas, quæ tua cõiectura de rebus futuris. Hæc velim crebro, & quid tibi de mulieribus noſtris placeat, & qd acturus ipſe ſis, ſcribas. Si ſcriberem ipſe, longior epiſtola fuiſſet, ſed dictaui propter lippitudinem. Vale.

Platonis numero obſcurius.

Nõ ho. ſed ſco. ſolu.

T.P.ATTICO.

Lippire.

AD. VI. Cal. Feb. Capuam Calibus proficiſcens, cũ leuiter lippirem, has literas dedi. L. Cæſar mandata Cæſaris detulit ad Pompeiũ ad. VIII. Cal. cũ is eſſet cũ Coss. Theani. Probata cõditio eſt, ſed ita, vt ille de his oppidis quæ extra ſuam prouinciã occupauiſſet, præſidia deduceret. Id ſi feciſſet, reſpõſum eſt ad Vrbẽ nos redituros eſſe, & rem p̃ Senatũ cõfecturos. Spero etiã in p̃ſentia pacem nos habere. nam & illũ furoris, & hũc noſtrum copiarũ ſuppœnitet. Me Põpeius Capuam venire voluit, & adiuuare delectũ. ĩ quo parũ prolixe reſpõdẽt Cãpani Coloni. Gladiatores Cęſaris Capuæ ſunt, de qbus ante ad te falſum ex Torquati literis ſcripſeram. Sane cõmode Pompeius diſtribuit binos ſingulis patribus familiarũ. Scutoq; in ludo M. fuerũt, bis eruptionẽ facturi dicebãtur. Sane multũ in eo Reip. puiſum eſt. De mulieribus noſtris, in qbus eſt tua ſoror, quęſo videas vtrũ ſatis honeſtũ nobis ſit eas Romæ eſſe, cũ cęterę vlla dignitate diſceſſerint. Hoc ſcripſi ad eas, & ad te ipm̃ antea. Velim eas cohortere, vt exeant, preſertim cũ ea p̃ſidia in ora maritima habeamus, cui ego p̃ſum, vt in his pro re nata nõ incõmode poſſint eſſe. Nã ſi qd offendimus in genero noſtro, qđ qdẽ ego p̃ſtare nõ debeo, id fit maius, q̃ mulieres noſtrę p̃ter cæteras Romæ remanſerũt. Tu ipſe cũ Sexto ſcire velim quid cogitas de exeũdo, de totaq; re qd exiſtimes. Pacẽ qdẽ hortari nõ deſino, quę vel iniuſta vtilior eſt, q̃ iuſtiſſimũ bellum in ciuibus. Sed hæc, vt fors tulerit. Vale.

Cęterę vlla dignitate.

T.P.ATTICO.

VT ab vrbe diſceſſi, nullũ adhuc intermiſi diem, quin aliqd ad te literarũ darem, nõ quo haberẽ magnopere quid ſcriberẽ, ſed vt loquerer tecũ abſens, quo mihi, cũ corã id nõ liceret, nihil eſt iucundius. Capuã cũ veniſſem ad. VI. Cal. pridie q̃ has literas dedi, Coss. cõueni, multoſq; noſtri ordinis. Omnes cupiebãt Cęſarẽ abductis p̃ſidiis ſtare cõditionib⁹ his quas tuliſſet. vni Fauonio leges ab illo nobis imponi nõ placebat, ſed is auditus in cõſilio. Cato em̃ ipſe iam ſeruire, q̃ pugnare mauult: ſed tñ ait in Senatu ſe adeſſe velle, cũ de cõditionibus agatur, ſi Cæſar adductus ſit, vt p̃ſidia deducat. Ita qđ maxime opus eſt, in Siciliã ire non curat, q̃ metuit, ne abſit. in Senatu eſſe vult. Poſthumus aũt, de quo nominatim Senatus decreuit, vt ſtatim in Siciliã iret, Fufanoq; ſuccederet, is negat ſe iturũ ſine Catone, & ſuã in Senatu operam, auctoritatẽq; q̃magni æſtimat. Ita res ad Fanniũ puenit. Is cũ imperio in Siciliã p̃mittitur. In diſputationibus noſtris ſumma varietas eſt. Pleriq; negãt Cæſarẽ in cõditione manſurũ, poſtulataq; hæc ab eo ĩterpoſita eſſe, quo minus, qđ opus eſſet ad bellũ, a nobis pararetur. Ego aũt eũ puto facturũ, vt p̃ſidia deducat. Vicerit enim ſi Cos. factus fuerit, & minori ſcelere vicerit, q̃ quo eſt ingreſſus. Sed accipiẽda plaga eſt. ſumus em̃ flagitioſe imparati cũ a militibus, tũ a pecunia: quã quidẽ omnẽ, nõ modo priuatam, quæ in vrbe eſt, ſed etiam publicam, quæ in ærario eſt, illi reliquimus. Põpeius ad legiones Actianas eſt profectus. Labienũ ſecũ habet. Ego tuas opiniones de his rebus expecto. Formias me continuo recipere cogitabam. Vale.

Nõ quo. p non q̃, aut non qui. Vari. ſent.

Cato notatur.

Q̃magni æſtimat.

Imparati a pecunia.

Opiniones

T.P.ATTICO.

TAmeis arbitror mihi tuas literas redditas esse,sed primas præpostere, reliquas ordine,quo sunt missę p Terentiam.De mandatis Cæsaris,aduentuq; Labieni,& respõsis Coss. ad Põpeiũ scripsi:ad te literis his,quas ad.V.Cal. Capuæ dedi.Pluraq; pterea in eãdẽ epistolã conieci.Nũc has expectationes habemus duas.Vnã,qd Cæsar acturus sit,cũ acceperit ea,quę referenda ad illũ data sunt L.Cæsari.Alterã,qd Põpeius agat: qui qdẽ ad me scribit, paucis diebus se firmũ exercitũ habiturũ,spemq; affert,si in Picenũ agrũ ipse venerit,nos Romã redituros esse.Labienũ secũ habet nõ dubitãtẽ de imbecillitate Cęsaris copiarũ,cuius aduẽtu Cn.noster multo animi plus habet.Nos a Coss.Capuã venire iussi sum⁹ ad No.Feb. Capua profectus sum Formias ad.III.Cal.Eo die,cũ Calibus tuas literas hora fere nona accepissem, has statim dedi.De Terẽtia,& Tullia tibi assentior,ad quas scripserã,ad te vt referrẽt: si nõ dũ pfectę sunt,nihil est q; se moueãt,quoad pspiciam⁹,quo loco sit res.Tuę literę mihi gratę,iucũdęq; sunt.De pueris in Greciã trãsportãdis,tũ cogitabã,cũ fuga ex Italia q̃ri videbat. nos.n.Hispaniã peteremus,illis hoc æque cõmodũ nõ erat.Tu ipse cũ Sexto etiam nũc mihi videris Romæ recte esse posse.Etenĩ minime amici Põpeio nostro esse debetis.Nemo em̃ vnq̃ tãtũ de vrbanis pfidiis detraxit.Vides ne me etiã iocarí! Scire te iã oportet.L.Cęsar q̃ respõsa referat a Põpeio,quasq; ab eodẽ ad Cæsarẽ ferat literas. Scriptę.n.& ita datę sunt,vt pponerent in publico.In quo accusaui mecũ ipse Põpeiũ,qui cũ scriptor luculẽtus esset,tãtas res atq; eas q̃ in omniũ manus vẽturę essent,Sestio nostro scribẽdas dederit. Itaq; nihil vnq̃ legi scriptũ σεσιωπήσθαι. Perspici tñ ex literis Põpeii potest,nihil Cæsari negari,oĩaq;, & cumulate q̃ postulet dari,q̃ ille amẽtissimus fuerit,nisi acceperit,pręsertim cũ impudẽtissime postulauerit.Quis em̃ tu es,qui dicas,si in Hispaniã pfectus erit,si pfidia dimiserit! tamẽ cõcedit, minus honeste nũc quidẽ,violata iam ab illo Rep.illatoq; bello,q̃ si olim de ratione habenda impetrasset.Et tamẽ vereor,vt his ipsis cõtẽt⁹ sit.nã cũ ista mãdata dedisset L. Cęsari,debuit esse paulo quietior,dũ respõsa referrẽtur.Dicitur autẽ nũc esse acerrimus. Trebatius quidẽ scripsit,se ab illo.IX.Cal.Feb.rogatũ eẽ,vt scriberet ad me,vt essem ad vrbẽ.Nihil ei me gratius facere posse. Hæc verbis pluribus intellexi ex dierũ ratione: vt primũ de discessu nostro Cæsar audisset,laborare eũ cœpisse,ne omnes abessemus.Itaq; non dubito quin ad Pisonẽ,qui ad Seruiũ scripserit.Illud admiror,nõ ipm ad me scripsisse,nõ p Dolabellã,nõ p Cæliũ egisse. q̃q̃ nõ aspernor Trebatii literas,a quo me vnice diligi scio. Rescripsi ad Trebatiũ: nã ad ipm Cæsarẽ,q mihi nihil scripsisset,nolui:q̃ illud hoc tẽpore esset difficile:me tñ in prædiis meis esse,neq; delectũ vllũ,neq; negotiũ suscepisse.In quo qdẽ manebo,dũ spes pacis erit. Sin bellũ geretur,nõ deero officio,nec dignitati meę,pueros ὑπεκθέμενος in Græciã. Totã em̃ Italiã flagraturã bello intelligo.Tantũ malũ excitatũ partim ex improbis,partim ex inuidis ciuib⁹. Sed hæc paucis diebus ex illius ad nostra respõsa respõsis intelligent̃,quorsum euasura sint. Tũ ad te scribã plura,si erit bellũ.Sin autẽ etiã iducię,te ipm,vt spero,videbo.Ego.IIII.Non. Feb.quo die has literas dedi in Formiano,quo Capua redierã,mulieres expectabã:quibus qdem scripserã,tuis literis admonitus,vt Romæ manerẽt:sed audio maiorẽ quẽdã in Vrbe timorẽ esse.Capuæ Non.Feb.esse volebã,quia Coss.iusserant.Quicquid huc erit a Põpeio allatum,statim ad te scribam,tuasq; de istis rebus literas expectabo. Vale.

A cõsulib⁹ iussi.
Assentior.
Vocat Cic.
Pompeius Luculẽtus scriptor.
Vereor vt.
Ad vrbẽ essem.
Flagraturã bello.

T.P.ATTICO.

OVarto Non.Feb.mulieres nostræ Formias venerũt,tuaq; erga se officia plena tui suauissimi studii attulerunt. Eas ego quoad sciremus vtrum turpe pace nobis, an misere bello esset vtendum , in Formiano esse volui, & vna Ciceroues . Ipse cum fratre Capuã ad Coss. (Nonis enim adesse iussi sumus)Tertio Non.profectus sum,cum has literas dedi . Responsa Pompeii grata populo,& probata concioni esse dicuntur.ita putaram. quæ quidem si ille repudiarit,tacebit:si acceperit.Vtrũ igitur,inquies,mauis! responderem,si quemadmodum parati essemus,scirem.Cassium erat hic auditum,expulsum Ancone,eãq; vrbẽ a nobis teneri.Si bellũ futurũ est,negotiũ vtile.Cæsarẽ quidẽ L.Cæsare cum mandatis de pace misso tamẽ aiunt acerrime delectũ habere, loca occupare,vincire præsidiis.O pœrditum latronem, vix vllo otio cõpensandã hanc Reip.turpitudinẽ.Sed stomachari desinamus:tempori pareamus:cum Põpeio in Hispaniã eamus.Hęc opto in malis,quoniã illius alterũ cõsulatũ a Rep. ne data quidem occasione repulimus . Sed hæc hactenus. De Dionysio fugit me ad te antea

Quoad.
Ancon.
Cæsar.
Stomachari.
Fugit me.

scribere: sed ita cõstituí expectare responsa Cæsaris, vt si ad vrbem rediremus, ibi nos expecta ret: sin tardius id fieret, tum eũ accerseremus. Omnino quid ille facere debuerit in nostra illa
Gratitudo non est in Græcis. fuga: quid docto homine, & amico dignũ fuerit, cum præsertim rogatus esset. Sed hæc non nimis exquiro a Græcis. Tu tamẽ videbis, si erit (qđ nolim) accersendus, ne sit molestissimus inuitoq; fratre. Frater laborat, vt ibi qđ debet, ab Egnatio soluat, nec Egnatio volũtas deest, nec parum locuples est: sed cum tale tempus sit, vt Qu. Ticinius (multum enim nobiscũ est) viaticum se neget habere, idemq; debitoribus suis denunciarit, vt eodem fœnore vterentur, atq; hoc idem etiam L. Ligus fecisse dicatur, nec hoc tempore, aut domi nũmos Quintus habeat, aut exigere ab Egnatio, aut versuram vsq; facere possit, miratur te non habuisse rationem huius publicę difficultatis. Ego autem, etsi illud φενδκατόδοξον (ita enim putatur) obseruo, καὶ δὲ δίκαιον præsertim in te, a quo nihil vnq; vidi temere fieri, tamẽ ne illius querela mouebar. Hoc quicquid est, te scire volui. Cura vt valeas.

T. P. ATTICO.

Elucubratus. NIhil habeo qđ ad te scribã: quin etiã eam epistolam, quã eram elucubratus, ad te non dedi: erat enim plena spei bonę, q; & concionis volũtatem audieram, & illum conditionibus vsurum putabam, pręsertim suis. Ecce tibi. IIII. Non. Feb. mane, accepi literas tuas, Philotimi, Furnii, Curionis ad Furium, quibus irrident L. Cæsaris legationẽ. Plane oppressi videmur, nec qd consilii
Nõ habeo. capiam, scio. nec mehercule de me laboro: de pueris quid agam, non habeo. Capuam tamẽ proficiscebar hæc scribens, quo facilius de Pompeii rebus cognoscerẽ. Vale.

T. P. ATTICO.

Breuiloquens. Caue putes. BReuiloquentem iam me tempus ipsum facit. Pacem enim desperaui. Bellum nostri nullum administrant. Caue enim putes quicq̃ esse minoris his Coss. quorum ego spe audiendi aliquid, & cognoscẽdi nostri apparatus, maximo imbri Capuam veni prid. Non. vt eram iussus. Illi autem nondũ venerant, sed erant vẽturi, inanes, imparati. Cn. autem Luceriæ dicebatur esse, & adire cohorteis Legionũ vicinarũ non firmissimarũ. At illũ ruere nũciãt, & iã, iã
Ruere. Quicum. q; adesse, nõ vt manũ cõserat (quicũ eñ!) sed vt fugã intercludat. Ego aũt in Italia ἡσυχα
Tyrannus. ζαν ἔμμεν, nec te id consulo. Sin extra, quid ago! ad manẽdũ hyems, lictores improuidi, & negligẽtes Duces, ad fugã hortat amicitia Cn. causa bonoq;, turpitudo cõiungẽdi cum Tyranno. Qui qdẽ incertũ est Phalarim ne an Pisistratũ sit imitaturus. Hæc velim explices, & me iuues consilio. etsi te ipsum istic iam carere puto. sed tamen quantũ poteris. Ego si quid hic hodie noui cognoro, scies. Iã. n. aderũt Coss. ad suas Nonas. Tuas quotidie literas expectabo. Ad has aũt, cũ poteris, rescribas. Mulieres, & Cicerones in Formiano reliqui. Vale.

T. P. ATTICO.

Sero. SE malis nostris tu prius audis q̃ nos, istinc eñ emanãt, boni aũt hinc qđ expectes, nihil est. Veni Capuã ad Non. Feb. ita vt iusserãt Coss. Eo die Lẽtulus venit sero, alter Cos. oĩno nõ venerat. VII. Iduũ. Eo. n. die ego Capua discessi, & mãsi Calibus. Inde has literas postridie ante lucẽ dedi. Hæc Capuæ dũ fui, cognoui. Nihil in Coss. nullũ vsq̃ delectũ. nec eñ cõquisitores φαινοπεγοσωπᾶν audẽt, cũ ille adsit, cõtra quẽ noster dux nusq̃ sit, nihil agat, nec no-
Pompeii meticulositas. mina dant. Deficit eñ nõ voluntas, sed spes. Cn. autẽ noster (O rẽ miserã & incredibilem) vt totus iacet. nõ animus est: nõ consiliũ: nõ copiæ: nõ diligẽtia. Mitto illã fugã ab vrbe turpissimã: timidissimas ĩ oppidis cõciones: ignorationẽ nõ solũ aduersarii, sed etiã suarũ copiarũ. Hoc cuiusmodi est! VII. Iduũ Feb. Capuã C. Cassius Tri. Pl. venit. attulit mãdata ad Coss. vt
Sanctius ærariũ. Romã venirẽt, pecuniã de sanctiore Aerario auferrẽt, statim exirẽt vrbe relicta, redeãt, quo p̃ fidio! deide exeãt, qs sinat! Cos. ei rescripsit, vt prius ipe ĩ Picenũ. At illud totũ erat amissum, sciebat nemo p̃ter me ex literis Dolabellę. Mihi dubiũ nõ erat, qn ille iã, iãq; foret in Apulia. Cn. noster in naui. Ego qd agã! σκέμμα magnũ, neq; mehercule mihi quidẽ vllũ, nisi oĩa esse acta turpissime. Neq; ego vllius consilii particeps. sed tñ qđ me deceat, ipse me Cæsar ad pacẽ hortat. sed antiquiores literę, q̃ ruere cœpit. Dolabella, Cælius me illi valde satisfacere, mi
Aporia. ra me ἀπορία torquet. Iuua me consilio, si potes, & tamẽ ista quãtũ potes, puide. Nihil habeo tanta rerum perturbatione, qđ scribam. Tuas literas expecto. Vale.

T. P. ATTICO.

PEdem in Italia video nullum esse, qui nõ in istius potestate sit. De Pompeio scio nihil, eũq; nisi in nauim se contulerit, exceptũ iri puto. O celeritatẽ incredibilem. Huius autẽ nostri. Sed non possum sine dolore accusare eum, de quo angor, & crucior. Tu cędem non sine causa times: nõ quo minus quicq; Cęsari expediat ad diuturnitatẽ victorię, & dominationis, sed video quorũ arbitrio sit acturus. Recte sic censeo, cedendũ de oppidis iis. egeo cõsilii: qđ optimũ factu videbit, facies. cũ Philotimo loquere: atq; adeo Terentiã habebis Idib⁹. Ego qd agã? qua aut terra, aut mari persequar eũ, qui vbi sit, nescio? Et si terra quidẽ, qui possum? mari, quo traiiciam? Igitur istic me fac posse tuto. Multi eñ hortantur, num etiã honeste? Nullo modo quidẽ a te petam consiliũ, vt soleo. Explicari res non potest, sed tamen si quid in mẽtem venit, velim scribas, & ipse quid sis acturus. Vale.

Pedẽ nullũ. Aposio. Egeo consilii. Qua. Mari.

T.P.ATTICO.

OVinto Id. Feb. vesperi e Philotimo literas accepi. Domitiũ exercitum firmũ habere. Cohortes ex Piceno, Lẽtulo, & Thermo ducẽtibus, cũ Domitii exercitu coniunctas esse. Cęsarẽ intercludi posse, eũq; id timere. Bonorũ animos recreatos, Romę improbos quasi perculsos. Hęc metuo equidẽ, ne sint insomnia. sed tñ M. Lepidũ, L. Torquatũ, C. Cassium Tri. Ple. (Ii eñ sunt nobiscũ idest in Formiano) Philotimi literę ad vitã reuocarũt. Ego aũt illa metuo ne veriora sint, nos oẽs pene iam captos esse, Pompeiũ Italia cedere, quẽ quidẽ (o rem acerbã) persequi Cęsar dicit. Persequi Cęsar Pompeiũ? Quid? vt interficiat? O me miserũ, & nõ oẽs nostra corpora opponimus? In quo tu quoq; ingemiscis. Sed quid faciamus? victi, oppressi, capti plane sumus. Ego tñ Philotimi literis lectis mutaui consiliũ de mulieribus, quas vt scripserã ad te, Romã remittebã: sed mihi venit in mentẽ, multũ fore sermonẽ, me iudiciũ iam de causa publica fecisse, qua desperata, quasi hũc gradũ mei reditus esse, q; mulieres reuertissent. De me autẽ ipse tibi assentior, ne me dem incertę, & periculosę fugę, cum reipub. nihil prosim, nihil Pompeio, pro quo emori tum pie possum, tũ libenter. Manebo igit, etsi viuere non liceat. Qđ quęris, hic quid agat, tota Capua, & oĩs hic delectus iacet. desperata res est. in fuga oẽs sunt, nisi qd eiusmodi fuerit, vt Põpei⁹ istas Domitii copias cũ suis cõiũgat. Sed videbamur oĩa biduo triduove scituri. L. Cęsaris literarũ exẽplũ tibi misi. rogaras eñ, cui nos valde satis facere multi ad me scripserunt. Qđ patior facile, dum vt adhuc, nihil faciam turpiter. Vale.

Vesperi. Persequi Cęsar Pompeium. Gradus. Reuertisset. Interdicta Cęsaris. Secundo lumine. Quoad.

T.P.ATTICO.

PHilotimi literę me quidẽ nõ nimis, sed eos qui in his locis erant, admodũ delectarũt. Ecce postridie Cassii literę Capua a Lucretio familiari ei⁹, Nigidiũ a Domitio Capuã venisse: eũ dicere, Vibullium cũ paucis militibus e Piceno currere ad Cn. cõfestim insequi Cęsarẽ. Domitiũ non habere militũ vim. Idẽ scripsit Coss. Capua discessisse. Non dubito quin Cn. in fuga sit, modo effugiat. A consilio fugiendi, vt tu censes, absum. Vale.

Ecce.

T.P.ATTICO.

CVm dedissem ad te literas tristeis, & metuo ne veras de Lucretii ad Cassiũ literis Capuam missis, Cephalio venit ad nos. attulit etiam a te literas hilariores, nec tñ firmas, vt soles. Omnia facilius credere possum, q; qđ scribitis, Pompeium exercitum habere. Nemo huc ita affert, omniaq; quę nolim. Rẽ miseram. malas causas semper obtinuit, in optima concidit. Quid dicã, nisi illud? eum nescisse. neq; eñ erat difficile hoc nescisse. Erat eñ ars difficilis recte rempu. regere. Sed iam, iamq; omnia sciemus, & scribemus ad te statim. Vale.

Metuo ne. Põp. in bonis causis concidit.

T.P.ATTICO.

NVnc venit idem vsu mihi, qđ tu tibi scribis, quoties exorior. Ego eñ nunc paulũ exorior, & maxime quidẽ his literis, quę Roma afferunt. de Domitio, de Picenum cohortibus, oĩa erant facta hoc biduo leniora. Itaq; fuga quę parabatur repressa est. Cęsaris interdicta, si te secundo lumine hic offendero, respuentur. Bona de Domitio, prędara de Afranio fama est. Q; me amicissime admones, vt me integrũ, quoad possim, seruem, gratum est. Qđ addis, ne propensior ad turpem causam videar, certe videri non possum. Ego me Ducem in ciuili bello quoad de pace ageretur, nolui esse, non quin rectum esset: sed quia, qđ multo rectius fuit,

Vsu venit. Exoriri.

id mihi fraudem tulit.Plane eum, cum noster de altero cõsulatu referret,& triumphum.At quibus verbis!prorsus gestis amplissimis, inimicũ habere noluerã. Ego scio & quem metuã, & quam ob rem.Sin erit bellum,vt video fore,partes meę non desiderabuntur. De HS.XX. millib9 Terẽtia tibi rescripsit.Dionysio dum existimabã vagos nos fore, nolui molestus esse.

Diẽ ex die. Tibi autẽ crebro ad me scribẽti de eius officio,nihil rescripsi,q̃ diẽ ex die expectabam,vt statuerem quid esset faciendũ.Nunc,vt video,pueri certe in Formiano vidẽtur hyematurí, nũ & ego,nescio.Si enim erit bellum,cũ Pompeio esse constituí:qđ habebo certi, faciã, vt scias. Ego bellum fœdissimũ futurũ puto,nisi quí(vt tu scis)Parthicus casus extiterit.Vale.

M.T.CICERONIS EPISTOLARVM AD T.POMPONIVM ATTICVM LIBER OCTAVVS.

T.P.ATTICO.

Reddite. EVm ad te literas dedissem,redditę mihi literę sunt a Põpeio.Cętera de rebus in Piceno gestis,quę ad te Vibullius scripsissẽt,de delectu Domitii,quę sunt vobis nota.Nec tñ lęta erãt in his literis,quas ad me Philotimus scripserat.Ipsam tibi epistolã misissem,sed iam subito fratris puer proficiscebat.cras igitur mittam. Sed in ea Pompeii epistola erat in extremo ipsius manu. Tu censeo Luceriã venias.nusq̃ eris tutius.Id ego in eam partẽ accepi: hęc oppida,atq; oram maritimam illum pro derelicto habere:nec sum miratus eũ, qui caput

Caput. ipsum reliquisset,reliquis mẽbris non parcere.Ei statim rescripsi,hominemq; certum misi de comitibus meis:non me quęrere,vbi tutissimẽ essem:si me vellet sua,aut reip.causa Luceriã venire,statim esse venturũ. hortatusq; sum

Diuinatio Cice. vt oram maritimã retineret,si rem frumentariã sibi ex prouinciis suppeditari vellet.Hęc me

Luceria. frustra scribere videbã,sed vti in vrbe retinenda tunc,sic nunc in Italia non relinquenda testificabar sententiã meã.Sic em̃ parari video,vt Luceriã omnes copię contrahant. Et ne is quidem locus stabilis:sed ex eo,ipsi si vrgeamur,paretur fuga.Quo min9 mirere, si inuitus in eã

Desc̃do. causam descendo,in qua neq; pacis,neq; victorię ratio quęsita sit vnq̃,sed semper flagitiosę,& calamitosæ fugæ.Eundũ,vt quẽcunq; fors tulerit casum, subeã potius cũ iis, qui dicunt esse

Bonorum refertam. boni,q̃ videar a bonis dissentire.Etsi propediem video bonorũ,idest lautorũ,& locupletũ vrbem refertam fore:municipiis vero his relictis, refertissimã. quo ego in numero essem,si hos Lictores molestissimos non haberẽ.Nec me A.Lepidi,Luceii,Volcatii,Ser. Sulpitii comitum pœniteret,quorum nemo nec stultior est,q̃ L. Domitius,nec inconstantior,q̃ Ap. Claudius. Vnus Põpeius me mouet beneficio,non auctoritate.quã em̃ ille habeat auctoritatem in hac causa,qui cũ omnes Cęsarẽ metuebamus,ipse eũ diligebat! Postq̃ vero ipe metuere cœpit,putat omnes hostes illi oportere esse.Ibimus tñ Luceriã, nec eũ fortasse delectabit noster aduentus,dissimulare.n.non potero,mihi,quę adhuc acta sunt,displicere.Ego,si somnũ capere possem,tam longis te epistolis non obtunderem.Tu,si tibi eadem causa est, me remunerere sane

Remunere re me. velim. Vale.

T.P.ATTICO.

MIhi vero omnia grata,& q̃ scripsisti ad me,quæ audieras: & q̃ non credis eã quę digna diligentia mea non essent:& q̃ monuisti,qđ sentiebas.Ego ad Cæsarem vnas Capua literas dedi,quibus ad ea rescripsi, quæ mecũ ille de gladiatoribus suis egerat,breueis,sed beneuolentiã significantes, nõ modo sine cõtumelia,sed etiã cũ maxima laude Põpeii. Idem.n.illa sentẽtia postulabat, qua illũ ad concordiã hortabar.Eas si quo ille misit,in publico proponat velim.Alteras eodem die dedi,quo has ad te non potui non dare,cũ & ipse ad me scripsisset, & Balbus.Earũ exemplum ad te misi.nihil arbitror fore,qđ reprehendas. siqua erunt,doce me. Quomodo em̃ effugere possum!nihil,inquies,omnino scripseris,quo magis effugias eos,qui volent fingere.Verũtamen ita faciã,quoad fieri poterit.Nam q̃ me hortaris ad memoriã factorum,dictorum,scriptorum etiã meorũ,facis amice tu quidem,mihiq; gratissimum:sed mihi videris aliud tu honestũ,meq; dignũ in hac causa iudicare,atq; ego existimẽ.mihi.n.nihil vlla in gente vnq̃ ab vllo auctore resp. ac Duce turpius esse videt factũ, q̃ a nostro amico factum est,cuius ego vicem doleo,qui vrbẽ reliquit, idest patriã,pro qua,& in qua mori prę-

Doleo vicẽ Mori p patria & i patria pclarũ.

clarum fuit. Ignorare mihi videris, hęc quanta sit clades. es enim etiã nunc domi tuæ, sed in-
uitis perditissimis hominibus esse diutius nõ potes. Hoc miserius? hoc turpius quicq̃? Vaga
mur egentes cũ coniugibus, & liberis. In vnius hoĩs quotannis periculose ęgrotantis anima, Pompeius
positas omneis nostras spes habemus: non expulsi, sed euocati e patria, quã non seruandã ad quotannis
reditũ nostrũ, sed diripiendã, & inflammandã reliqmus. Ita multi nobiscũ sunt nõ in suburba periculose
nis, nõ in hortis, non in ipsa vrbe. Et si nunc sunt, nõ erunt. Nos interea ne Capuæ quidẽ, sed ęgrotans,
Lucerię. Et orã quidẽ maritimam iam relinquemus: Afraniũ expectabimus, & Petreiũ. nam in
Labieno parũ est dignitatis. Hic tu in me illud desideras. nihil de me dico, alii viderint. Hic q
dem quid est? domi vestrę estis, & eritis oẽs boni. Quis tũ se mihi nõ ostẽdit? qs nũc adest hoc
bello? sic iã. n. appellandũ est. Vibullii res gestę sunt adhuc maximę. id ex Põpeii literis cogno
sces: in qbus aĩaduertito illũ locũ, vbi erit ipse. Videbis, de Cn. nostro ipse Vibullius qd existi
met. Quo igit hęc spectat oratio? Ego p Põpeio libẽter emori possum. facio pluris oĩm hoĩm Emori pro
neminẽ. sed nõ tñ ita meo iudicio, spem de salute reip. Significas. n. aliquãto secus, q̃ solebas, Põpeio pos
vt etiam Italia si ille cedat, putes cedendũ: qđ ego nec reipu. puto esse vtile, nec liberis meis. sum.
Pręterea neq; rectũ, neq; honestũ. Sed cur? poteris ne videre tyrannũ? quasi interfit, audiã, an Pluris fa-
videã: aut locupletior mihi sit quęrendus auctor, q̃ Socrates: qui cũ triginta tyrãni essent, pę cio &c.
dẽ porta nõ extulit. Est mihi pręterea pcipua causa manẽdi, de qua vtinã aliqñ tecũ loquar. Socrates pę
Ego. XIIII. Cal. cũ eadẽ lucerna hãc epistolã scripsissem, qua inflammarã tuã, Formiis ad Põ- dem porta
peium, si de pace ageretur, profecturus eram: si de bello, videro. Vale. nõ extulit.
Lucerna
eadem.

T. P. ATTICO.

Coram.

MAximis, & miserrimis reb9 pturbatus sum. corã tecũ mihi potestas delibe-
randi non est, sed vti tñ tuo consilio volui. Deliberatio autẽ omnis hęc est: si
Põpeius Italia excedat, qđ eũ facturũ esse suspicor, quid mihi agendũ putes.
& quo facilius consiliũ dare possis, quid in vtrãq; partẽ mihi in mẽtẽ veniat, Pompeio
explicabo breui. Cũ merita Põpeii summa erga salutẽ meam, familiaritasq;, q̃ cur faueat.
mihi cũ eo est, tum ipsa reip. causa me adducit, vt mihi vel consiliũ meũ cũ
illius commune, vel fortuna coniungẽda esse videatur. Accedit illud, si maneo, & illũ comitatũ
optimorum, & clarissimorũ ciuium desero, cadendũ est in vnius potestatem: qui etsi multis
rebus significat se nobis esse amicũ, & vt esset, a me est (tute scis) ppter suspitionẽ hui9 impẽ
dentis tempestatis multo ante prouisum, tñ vtrunq; considerandũ est, & quãta ei fides sit ha
benda: & si maxime exploratum sit, eũ nobis amicum fore, sit ne viri fortis, & boni ciuis, esse
in ea vrbe, in qua cũ summis honorib9, imperiisq; vsus sit, res maximas gesserit, sacerdotio sit
amplissimo preditus, nõ futurus sit sui iuris, subeundũq; periculũ sit cũ aliquo forte dedeco
re, siquãdo Põpeius rẽpu. recuperauerit. In hac parte hęc sunt. Vide nũc, quę sunt in altera.
Nihil actũ est a Põpeio nostro sapiẽter, nihil fortiter. adde etiã nihil, nisi cõtra consiliũ, aucto Pompeii er
ritatẽq; meã. Omitto illa vetera, q̃ istũ in rẽpu. ille aluit, auxit, armauit. ille legibus C. Metelli rata.
cõtra auspicia ferẽdis auctor. ille Gallię vlterioris adiunctor. ille gener. ille in adoptando P.
Clodio augur. ille restituendi mei, q̃ retinẽdi studiosior. ille puincię ppagator. ille absentis in
oĩb9 adiutor. Idẽ etiã tertio cõsulatu, postq̃ esse defensor reip. cœpit, cõtẽdit, vt decẽ Tri. ple.
ferrẽt, vt absentis ratio haberet: qđ idẽ ipse sanxit lege quadã sua, Marcoq; Marcello Cos. fi
niẽti puincias Gallias Cal. Martii restitit. Sed vt hęc omittã, qd fœdius? qd pturbati9 hoc ab
Vrbe discessu? siue potius turpissima fuga? Quę cõditio nõ accipiẽda fuit poti9, q̃ relinquẽda
patria? Malę cõditiones erãt, fateor, sed nũquid hoc peius? At recuperabit rẽpu. Quando? aut
quid ad eam spẽ est parati? Nõ ager Picenus amissus? non patefactũ iter ad vrbẽ? non pecunia
omnis & publica, & priuata aduersario tradita? Deniq; nulla causa, nullæ vires, nulla sedes,
quo cõcurrant, qui rẽpu. defensam velint. Apulia delecta est inanissima pars Italię, & ab impę Apulia.
tu hui9 belli remotissima. fuga, & maritima opportunitas visa quęri desperatione. Inuite ce-
pi Capuã, non quo munus illud defugerẽ, sed sine causa, in qua nullus esset ordinũ, nullus ap Defugere.
tus priuatorũ dolor. bonori autẽ erat aliquis, sed hebes, vt solet: & vt ipse sensissem, multitu
do, & infimus quisq; ppensis in alteram partẽ. Multi mutationis rerũ cupidi. Dixi ipsi me ni
hil susceturũ sine pfidio, & sine pecunia. Itaq; habuit nihil oĩno negotii, q̃ ab initio vidi, ni
hil quęri pręter fugam. Ean si nunc sequor, quonã? cũ illo non. ad quẽ cum essem profectus,
cognoui in his locis esse Cęsarẽ, vt tuto Luceriã venire nõ possẽ. Infero mari nobis ĩcerto cur
su, hyeme maxima nauigãdi est. Age iã cũ fratre, an sine? cũ filio? an quomodo? In vtraq;. n. re

Populare.

ſumma difficultas erit, ſumm⁹ animi dolor. Qui aũt ipetus illi⁹ erit in nos abſentes, fortunaſ q; noſtras! acrior, q̃ in cęterorũ: q; putabit fortaſſe in nobis violãdis aliqd ſe habere populare. Age iã has cõpedes, faſces inquã hos laureatos, hęc ferre ex Italia q̃ moleſtũ eſt! Qui aũt loc⁹ erit nobis tutus, vt iã placatis vtamur fluctib⁹, anteq̃ ad illũ venerim⁹! Qua aũt, aut quo, ni hil ſcimus. At ſi reſtitero, & fuerit nobis in hac parte locus, idẽ fecero, qđ in Cinnę dñatione, & Marii Tyrãnide Philippus, qđ L. Flaccus, qđ Q. Muti⁹, quoquo modo ea res huic qdẽ ceci dit: q tñ ita dicere ſolebat, ſe id fere videre, qđ factũ eſt, ſed hoc malle, q̃ armatũ ad patrię mœ nia accedere. Aliter Thraſibulus, & fortaſſe melius, ſed eſt certa q̃dã illa Mutii ratio, atq; ſen

Seruire tẽ pori, cũ ne ceſſe.

tẽtia, eſt etiã illa Philippi: & cũ ſit neceſſe, ſeruire tẽpori: & nõ amittere tps, cũ ſit datũ. Sed in hoc ipſo habẽt tñ iidẽ faſces moleſtiã. Sit. n. nobis amicus, qđ ĩcertũ ẽ: ſed ſit, deferet triũphũ, nõ accipere ne piculoſum ſit! an accipe inuidioſum ad bonos! O rẽ ings difficilẽ, & inexplica bilẽ. Atq explicãda ẽ. Qui. n. fieri põt! Ac ne me exiſtimaris ad manẽdũ eſſe ppẽſiorẽ, q; plura in ea parte verba fecerim, põt fieri, qđ fit in multis q̃ſtionib⁹, vt res verboſior hęc fuerit, illa verior. Quã ob rẽ vt maxima de re ęquo aĩo deliberãti, ita mihi des cõſiliũ velim. Nauis & in

Cęſar ad Corfi.

Caieta eſt parata nobis, & Brũduſii. Sed ecce nũcii ſcribẽte me hęc ipſa noctu in Caleno, ecce literę, Cęſarẽ ad Corfiniũ, Domitiũ Corfinii cũ firmo exercitu, & pugnare cupientẽ. nõ puto etiã hoc Cn. noſtrũ cõmiſſurũ, vt Domitiũ relinquat. etſi Brũduſiũ Scipionẽ cũ cohortibus duab⁹ pmiſerat, legionẽ Fauſto cõſcriptã ĩ Siciliã ſibi placere a Coſſ. duci, ſcripſerat ad Coſſ. Sed turpe Domitiũ erit deſerere implorãtẽ ei⁹ auxiliũ: & q̃dã ſpes mihi qdẽ nõ magna, ſed in his locis firma, Afraniũ in Pyreneo cũ Trebonio pugnaſſe, pulſum Treboniũ, etiã Fabiũ tuũ trãſiſſe cũ cohortib⁹, ſumma aũt, Afraniũ cũ magnis copiis aduẽtare. Id ſi eſt, ĩ Italia fortaſſe manebiť. Ego aũt, cũ eſſet incertũ iter Cęſaris, q; vel ad Capuã, vel ad Luceriã itur⁹ putabať, Leptã ad Põpeiũ miſi & literas: ipſe ne quo inciderẽ, reuerti Formias. Hæc te ſcire volui, ſcripſiq; ſedatiore aĩo, q̃ pxime ſcripſerã, nullũ meũ iudiciũ interponẽs, ſed exquirẽs tuũ. Vale.

T. P. ATTICO.

Dionyſium taxat.



Ionyſius quidẽ tuus, potius q̃ noſter, cui⁹ ego cũ ſatis cognoſſem mores, tuo tñ potius ſtabã iudicio, q̃ meo, ne tuũ qdẽ teſtimoniũ, qđ ei ſępe apud me de deras, veritus, ſuperbũ ſe pbuit in fortuna, quã putauit noſtrã fore: cuius for tunę nos quantũ humano cõſilio effici poterit, motũ ratione quadã guber nabim⁹. Cui q noſter honos! qđ obſequiũ! q̃ etiã ad cęteros cõtempti cuiuſdã hominis cõmẽdatio defuit! vt meũ iudiciũ reprehẽdi a Q. fratre, vulgoq; ab

Subdoceri.

oĩbus mallẽ, q̃ illũ nõ efferre laudib⁹: Ciceroneſq; noſtros meo potius labore ſubdoceri, q̃ me aliũ magiſtrũ q̃rere. Ad quẽ ego quas literas Dii immortales miſerã! quãtũ honoris ſignificã tes! quantũ amoris! Dicęarchũ mehercule, aut Ariſtoxenũ diceres accerſi, nõ vnũ oĩm loqua ciſſimũ, & minime aptũ ad docendũ. ſed eſt memoria bona, me decet eſſe meliorẽ. Quibus lite ris ita reſpõdit, vt ego nemini, cuius cauſam nõ reciperẽ (ſemp emſi potero, ſi ante ſuſcepta cauſa nõ impediar.) nũq̃ reo cuiq̃ tã humili, tã ſordido, tã nocent, tã alieno, tã pręciſe nega

Pręcidit. Ingratitudinis vitiũ.

ui, q̃ hic mihi, plane ſine vlla exceptione pcidit. Nihil cognoui ingratius, in quo vitio nihil mali nõ ineſt. Sed de hoc nimis multa. Ego nauẽ parauí: tuas literas tñ expecto, vt ſciã qd re ſpõdeant cõſultationi meę. Sulmone C. Acciũ Pelignũ aperuiſſe Antonio portas, cũ eſſent co hortes quinq;, Q. Lucretiũ inde effugiſſe, ſcis. Quo Cn. noſter! Brunduſium deſertũ. Confecta res eſt. Vale.

T. P. ATTICO.

Milliario.

CVm ante lucẽ. VIII. Cal. ad te literas dediſſem, veſperi eodem die ad nos ve nit ipſe Dionyſi⁹ auctoritate tua pmotus, vt ſupicor. Quid. n. putẽ aliud! etſi ſolet eũ, cũ aliqd furioſe fecit, pœnitere. nuiq̃ aũt certior fuit, q̃ in hoc negotio. nam qđ ad te nõ ſcripſerã, poſtea audiui, a tertio milliario tum eũ iſſe πολλὰ μαθεῖν, καὶ ξαθυμεῖν δ' ὄντα. Multa inqui mala cũ dixiſſet ſuo capite (vt aiunt) ſed mea manſuetudine coniecerã in faciſculũ vna cũ tua venien

Seruũ a pedibus.

tem ad illũ epiſtolã. hanc ad me referri volo, nec vllã ob aliã cauſam Pollucẽ ſeruũ a pedib⁹ meis Romã miſi. Eo aũt ad te ſcripſi, vt ſi tibi forte reddita eſſet, mihi curares referẽdã, ne in illius manus perueniret. Noui ſi quid eſſet, ſcripſiſſem. pẽdeo animi expectatione Corfiniẽſi, in qua de ſalute reip. decernit. Tu faciſculũ, qui eſt M. Decurionũ deſcriptus, velim cures ad eũ perferendum. Tironẽq; Curio commẽdes, vt ei ſi quid opus erit, in ſumptum roges. Vale.

Pendeo animi.

T. P. ATTICO.

OBſignata iam epiſtola, quã de nocte daturus erã, ſicut dedi (nã eã veſperi ſcripſerã), C. Soſius Pręin Formianũ venit ad M. Lepidũ vicinũ noſtrũ, cuius q̃ſtor fuit. Põpeii literarũ ad Coſſ. exẽplũ attulit. Literę mihi a. L. Domitio ad. VIII. Cal. Mar. allatę ſunt. earũ exemplũ infra ſcripſi. Nũc, vt ego nõ ſciebã mea ſponte intelligere, ſcio quãti reip. ſit oẽis copias in vnũ locũ primo quoq; tẽpore cõuenire. Tu, ſi tibi videbit, dabis operã, q̃ primum ad nos venias: p̃ſidii Capuę, quantũ cõſtitueris eſſe ſatis, relinquas. Vale. De nocte, Soſius.

Deinde ſuppoſuit exẽplũ epiſtolę Domitii, qđ ego ad te pridie miſerã. Dii immortales, q̃ me horror perfudit, q̃ ſum ſollicitus, quidnã futurũ ſit. hoc tñ ſpero, magnũ nomẽ imperatoris fore, magnũ in aduẽtu terrorẽ. Spero etiã, q̃m adhuc nihil nobis obfuit, nihil mutaſſe, nec tegẽtia hoc, qđ tũ fortiter, & diligẽter, tũ etiã mehercule. Modo etiã audiui quartanã a te diſceſſiſſe, moriar, ſi magis gauderẽ, ſi id mihi accidiſſet. Pylię dic, nõ eẽ ęquũ, eã diutius habere, nec id eſſe †noſtrę cõcordię. Tironẽ noſtrũ ab altera relictũ audio, ſed eũ video in ſumptũ ab aliis mutuatũ. Ego aũt Curiũ noſtrũ, ſi qd opus eſſet, rogarã. Malo Tironis verecundiã in culpa eſſe, q̃ illiberalitatẽ Curii. Vale. Horror perfudit. Quartana. †veſtrę.

T.P.ATTICO.

VNum etiã reſtat amico noſtro ad oẽ dedecus, vt Domitio nõ ſubueniat. At nemo dubitat, quin ſubſidio vẽturus ſit. Ego nõ puto. Deſeret igitur talẽ ciuẽ? & eos vna, quos is ſecũ habeat? p̃ſertim ex ipſo cohorteis trigẽta? Domitius (niſi me oĩa fallunt) de ſe incredibiliter pertimuit. nihil ſpectat, niſi fugã, cui tu (video eñ quid ſentias) me comitẽ putas debere eẽ. Ego vero quẽ fugiã, habeo: quẽ ſequar, nõ habeo. Qđ eñ tu meũ cõſiliũ laudas, & memorandũ dicis, malle q̃ dixerim, me cũ Pompeio vinci, q̃ cũ iſtis vincere? Ego vero malo, ſed cũ illo Põpeio, q̃ tũ erat, aut q̃ mihi eſſe videbat. Cũ hoc vero, q̃ ante fugit, q̃ ſciat quẽ fugiat, aut quo, qui noſtra tradidit, q̃ patriã reliquit, Italiã deſeruit, ſi malui, cõtigit tũc, victus ſum, quid ſupeſt? Nec iſta videre poſſum, q̃ nunq̃ timui ne viderẽ, nec mehercule iſtũ, ppter quẽ mihi nõ modo meis, ſed memetipſo carendũ eſt. Ad Philotimũ ſcripſi de viatico, ſiue a Moneta, nemo. n, ſoluit, ſiue ab Oppiis tuis cõtubernalibus. Cętera appoſita tibi mandabo. Vale. Domitio ſubueniendum eſſe. Pompeius non idem. A Moneta.

T.P.ATTICO.

QRem turpẽ, & ea re miſerã. Sic. n. ſentio: id demũ, aut potius id ſolũ eſſe miſerũ, qđ turpe ſit. Aluerat Cęſarẽ, eundẽ repẽte timere cœperat, cõditionẽ pacis nullã p̃barat, nihil ad bellũ pararat, Vrbẽ reliquerat. Picenũ amiſerat culpa. in Apuliã ſe cõpegerat. ibat in Greciã. omnes nos ἀπροσηγορήτους, expertes ſui tanti, ac tam inuſitati conſilii, reliquerat. ecce ſubito literę Domitii ad illum, ipſius ad Coſſ. fulſiſſe mihi videbat τὸ καλὸν ad oculos eius, & exclamaſſe ille vir, qui eſſe debuit πρεῖσθον ὄφελ' ἅμα καὶ ναλαμάσθων σὺν ἐμοὶ, καὶ τεκταινέσθων τὸ γὰρ εὖ, μετ' ἐμοῦ. at ille πρὸς χαίρω τῷ καλῷ dices, pergit Brunduſiũ. Domitium autẽ aiunt re audita, & eos qui vna eſſent tradidiſſe. O rem lugubrem. itaq; intercludor dolore. Quo ad te plura ſcribam, non habeo. tuas literas expecto. Vale. Miſerũ qđ turpe. Cõpegerat in Apuliã.

T.P.ATTICO.

EPiſtolã meã q̃ peruulgatã ſcribis eſſe, nõ fero moleſte. quin etiã ipẽ multis dedi deſcribẽdã. Ea. n. & acciderũt iã, & impẽdẽt, vt teſtatũ eẽ velim, de pace qđ ſenſerim. Cũ aũt ad eã hortarer eũ p̃ſertim hoiem, nõ videbar vllo modo facilius moturus, q̃ ſi id, ad qđ eũ hortarer, cõuenire ei⁹ ſapiẽtię dicerẽ. eã ſi admirabilẽ dixi, quo eũ ad ſalutẽ patrię hortabar, nõ ſum veritus, ne viderer aſſentari, cui tali in re libẽter me ad pedes abieciſſẽ. Qua aũt eſt, aliqd ĩpertias tpis, nõ vt de pace, ſed de me ipõ, & de meo officio vt aliqd cogitet. Nã q̃ teſtificor, me exptẽ belli fuiſſe, etſi id re pſpectũ eſt, tñ ea ſcripſi, quo in ſuadẽdo plus auctoritatis haberẽ, eodẽq; ptinet, q̃ cauſam ei⁹ p̃bo. Sed qd hęc nũc? vtinã aliqd p̃fectũ eſſet, ne ego iſtas literas in cõcione recitari velim. Siqdẽ ille ipe ad eũdẽ ſcribẽs in publico ppoſuit epiſtolã illã, in qua eſt, pro tuis reb⁹ geſtis ãpliſſimis, amplioribusve, q̃ meis, q̃ Africani. Ita tẽpus ferebat. ſiqdẽ etiã vos duos taleis ad quintũ milliariũ, qd ad hũc ipſum. vnde ſe recipiẽti, qd agẽti, qd acturo. quanto aũt ferocius ille cauſę ſuę cõfidet, cũ vos, cũ veſtri ſimiles nõ modo frequẽteis, ſed lęto vultu gratulãteis viderit? Nũ igit peccauim⁹? minime. vos qdẽ. Sed tñ ſigna cõturbant, q̃bus vo lũtas a ſimulatione diſtingui poſſet. Quę vero S. C. video? Sed apertius q̃ ppoſuerã. Ergo Ar

pini volo esse Pridie Cal. deinde circũ villulas nostras errare, quas me visurũ postea desperaui. εὐγενῆ tua cõsilia, & tñ pro tẽporibus nõ incauta mihi valde probant. Lepido quidẽ (nã fere συνδικημερεύομεν, qđ gratissimũ illi est) nunq̃ placuit ex Italia exire vllo modo. multo minus mouebant minę. Crebro em̃ illius literę ab aliis ad nos cõmeant. Sed me illorum sentẽtię minus mouebãt, minus multa dederãt illi reip. pignora. Tua mehercule auctoritas vehemẽter mouet. Affert. n. & reliq tpis recuperãdi rationẽ, & pſentis tuẽdi. Sed obsecro te, qd hoc miserius, q̃ alterũ plausus in fœdissima causa q̃rere! alterũ aũt offẽsiones in optima! alterũ existimari cõseruatorẽ inimicorũ! alterũ desertorẽ amicorũ! Et mehercule q̃is amem⁹ Cn. nostrũ vt & facim⁹, & debem⁹, tñ hoc q talib⁹ viris nõ subuenit, laudare nõ possum. nã siue timuit quid ignauius! siue vt quidã putãt, meliorẽ suã causam illorũ cęde fore putauit, qd iniusti⁹! Sed hęc omittamus. augemus em̃ dolorẽ retractando. VI. Calẽ. vesperi Balbus minor ad me venit, occultauit occurrens ad Lentulũ Cos. iussu Cęsaris, cũ literis, cũ mandatis, cũ promissione prouincię, Romã vt redeat. cui persuaderi posse non arbitror, nisi erit cõuentus. Idẽ aiebat, nihil malle Cęsarem, q̃ vt Pompeiũ assequereť: id credo. vt rediret in gratiã, id nõ credo, & metuo ne omnis hęc clementia ad vnã illam crudelitatẽ colligatur. Balbus quidem maior ad me scribit, nihil malle Cęsarẽ, q̃ principe Pompeio, sine metu viuere. Tu puto hęc credis! Sed cum hęc scribebam. V. Cal. Pompeius iam Brundusium poterat venisse. Expeditus enim anteceſſerat legiones. XI. Luceria. Sed hoc τέρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia est plenum. Quid futurum sit, nescio. Vale.

Pompe⁹ arguit.

Cęsaris postulata.

Plenũ cum ablatiuo.

T. P. ATTICO.

Dionysii simultas occulta.

Dionysius cũ ad me pręter opinionẽ meam venisset, locutus sum cum eo liberalissime. tẽpora exposui. rogaui vt diceret, quid haberet in animo: me nihil ab ipso inuito contẽdere. respondit se, qđ in nũmis haberet, nescire quo loci esset. alios nõ soluere, aliorum diem nondũ venire. Dixit em̃ alia quędã de seruulis suis, quare nobiscũ esse non posset. Morem gessi: dimisi a me, vt magistrũ Ciceronum non libenter: vt hominẽ ingratum, non inuitus. Volui te scire, quid ego de eius facto iudicarem. Vale.

T. P. ATTICO.

Moderator reipub. Lib. de rep. Diuinatio. Dñatio q̃sita.

Quod me magno animi motu perturbatũ putas, sum equidẽ: sed nõ tam magno, q̃ tibi fortasse videor. Leuatur em̃ ois cura, cũ aut cõsistit consiliũ, aut cogitando nihil explicať. lamentari autem licet. illud tamen totos dies: sed vereor, ne nihil cum proficiam, etiam dedecori sim. In studiis, ac literis nostris consumo omne tempus, considerans quanta vis sit illius viri, quem nostris libris satis diligenter (vt tibi quidẽ videmur) expressimus. Tenes ne igitur moderatorem illum reipu. quo referre volumus omnia! nam sic quinto, vt opinor, in libro loquitur Scipio. Vt enim gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria: sic huic moderatori reipu. beata ciuiũ vita proposita est, vt opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. Huius em̃ operis maximi inter hoīes, atq̃ optimi illũ esse effectorem volo. Hoc Cn. noster, cũ antea nunq̃, tum in hac causa minime cogitauit. Dominatio quęsita ab vtroq̃ est, non id actũ, beata, & honesta ciuitas vt esset. Nec vero ille Vrbẽ reliquit, q̃ eam tueri nõ posset, nec Italiã q̃ ea pelleretur, sed hoc a primo cogitauit: omneis terras, omnia mari amouere, Reges barbaros incitare, genteis feras armatas in Italiã adducere, exercitus conficere maximos. Genus illud Sullani regni iampridẽ appetitur multis, qui vna sunt, cupientibus. An censes nihil inter eos conuenire! nullam pactionem fieri potuisse! Hodie potest, sed neutri σκοπὸς est ille, vt nos beati simus. vterq̃ regnare vult. Hæc a te inuitatus breuiter exposui. Voluisti. n. me, quid de his malis sentirem, ostendere. προθεσπίζω igitur noster Attice, non ariolans vtilia, cui nemo credidit, sed coniectura prospiciens, iamq̃ maiora magno tumultu. non multo inquam secus possum vaticinari. tanta malorum impendet Ilias. Atq̃ hoc nostra grauior est causa, qui domi sumus, q̃ illorũ, qui trãsierunt: q̃ illi quidẽ alterum metuũt, nos vtrũq̃. Cur igitur inquis, remãsimus! vel tibi paruimus, vel nõ occurrimus, vel hoc fuit rectius. Cõculcari inquã miserã Italiam videbis proxima ætate ab vtriusq̃ mãcipiis ex omni genere collectis: nec tã irruptio pertimescẽda, q̃ Lucerię multis sermonibus denũciata est, q̃ vniuersę interitus. tãtas in obligãdo vtriusq̃ vires video futuras. Habes coniecturam meã. Tu aũt consolationis fortasse aliqd expectasti. Nihil inuenio, nihil fieri potest miseri⁹, nihil pœditius, nihil fœdius. Q. q̃ris, quid Cęsar ad me scripserit: qđ sępe, gratissimũ

Scopos.

Malorum Ilias.

Cęsar quid Ciceroni.

tibi esse,q̄ quierim,oratq̄ in eo vt perseuerē. Balbus minor hæc eadē mandata dat. iter autē eius erat ad Lentulū Cos. cū literis Cęsaris,pręmiorūq̄ promissis,si Romā reuertisset. Verū Reuertisset
cū habeo rationē dierū,ante puto transmissurū, q̄ potuerit cōuenirī. Epistolarū Pōpeii duarum,quas ad me misit,negligentiā,meāq̄ in rescribēdo diligentiā volui tibi notā esse.earum exēpla ad te misi.Cęsaris hic per Apuliam ad Brundusium cursus quid efficiat expecto. vtinam aliquid simile Parthicis rebus. Simulatq̄ aliqd audiero,scribā ad te:tu ad me velim.Bonorum sermones Romę frequentes esse dicunt.Scio equidē te in publicū non prodire,sed tñ audire te multa necesse est. Memini tibi librū afferrī a Demetrio Magnete. ad te missum scio περὶ ὁμονοίας.eum mihi velim mittas.Vides,quam causam mediter. Vale. Simulatq̄.

CN.POM.PROCONS.M.T.CICERO.IMPE.S.

QVintus Fabius ad me venit ad.IIII.Id.Feb.Is nunciat L. Domitiū cū suis cohortibus.XI.& cū cohortib⁹.XIIII.quas Vibullius adduxit,ad me iter habere:habuisse in animo proficiscī Corfinio,& ad.V.Id.Feb.C.Hirciū cū.V.cohortibus subsequi. Censeo ad nos Luceriā venias,nā te hic tutissime puto fore. Vale. Iter habere

M.T.C.CN.POM.PROCONS.S.

AD.XV.Calē.Martii Formiis accepi tuas literas, ex quibus ea, q̄ in agro Piceno gesta erant,cognoui cōmodiora esse multo, q̄ vt erat nobis nunciatū: Vibulliiq̄ virtutē,industriāq̄ libēter agnoui.Nos adhuc in ea ora, vbi præpositi sumus,ita fuimus,vt nauē paratā haberemus.ea em audiebam⁹, & ea verebamur,vt quodcūq̄ tu cōsiliū pcepisses, id nobis persequēdū putarem⁹. Nunc qm̄ auctoritate,& cōsilio tuo in spe firmiore sumus,si teneri posse putas Tarracinā,& oram maritimā,in ea manebo,etsi prędidia in oppidis nulla sunt.nemo enim nostrī ordinis in his locis est,p̄ter M.Oppiū,quē ego Minturnis esse volui,vigilantē hominē & industriū.nā L.Torquatū virū fortē,& cum auctoritate Formiis non habemus : ad te profectum arbitramur.Ego oīno,vt p̄xime tibi placuerat,Capuā veni eo ipso die, quo tu Theano Sidicino es p̄fectus.volueras em me cū M.Cōsidio Propręture illa negotia tueri.Cū eo venissem,vidi amplū delectū habere diligētissime,ab eo accipere Libonē summa itē diligētia, & in illa Colonia auctoritate.Fui Capuę,quoad Coss.iterū,vt erat dictū ab Coss.veni Capuā ad Non.Feb.Cū fuissem triduū,recepi me Formias. Nūc qd tuū consiliū, aut quæ ratio belli sit, ignoro.Si tenendā hanc orā putas,q̄ opportunitatē, & dignitatē habet, & egregios ciues,& vt arbitror,teneri potest,opus est esse,qui p̄sit.Sin oīa in vnū locū cōtrahenda sunt,non dubito,quin ad te statim veniā,quo mihi nihil optatius est, idq̄ tecū quo die ab Vrbe discessimus locutus sum.Ego si cui adhuc videor segnior fuisse,dū ne tibi videor,non laboro: & tñ si,vt video,bellū gerendū est,confido me oībus facile satisfacturū.M.Tullium meum necessariū ad te misi,cui tu,si tibi videretur,ad me literas dares. Vale. Accepi. Oppius. Torquat⁹. Theano Sidicino profectus.

CN.POM.PROCONS.M.T.CICERO.IMPE.S.

IVas literas libenter legi.Recognoui em tuā pristinā virtutem etiā in salute cōmuni.Coss.ad eū exercitum,quem in Apulia habui,venerunt.Magnopere te hortor pro tuo singulari,perpetuoq̄ studio in rēpu.vt te ad nos cōferas, vt cōmuni cōsilio reipu.afflictę opem,atq̄ consiliū feramus.Cēseo via Appia iter facias & celeriter Brundusium venias.Cura vt valeas. Via appia.

M.T.CICERO.CN.POMP.PROCONS.S.

IVm ad te literas misissem,q̄ tibi Canusii redditę sunt,suspitionē nullā habebam,te reip.causa mare transiturū,erāq̄ in spe magna,fore vt in Italia possemus aut concordiā constituere,qua mihi nihil vtilius videbat, aut remp. summa cū dignitate defendere.Interim nondū meis literis ad te perlatis,ex his mandatis,quę Dialio ad Coss.dederas,certior tui cōsilii factus,nō expectaui dū mihi a te literę redderent:cōfestimq̄ cū Q.fratre, & cū liberis nostris iter ad te in Apuliā facere cœpi.Cū Theanū Sidicinū venissem,C.Missius familiaris tu⁹ aliiq̄ cōplures attulerūt Cęsarē iter habere Capuam, & eo ipo die māsurū esse Eserniæ. sane sum cōmotus,q̄ si ita esset,nō modo iter meū itercluſum, sed me ipm plane exceptū putabā. Itaq̄ tū Cales p̄cessi,vt ibi potissimū cōsisterē,dū certū nobis ab Esernia de eo qd audierā,referret.At mihi,cū Calib⁹ essem,afferet literarū exēplū,quas tu ad Lentulū Cos.misisses.Hę sic scriptę erāt,literas tibi a L.Domitio ad.XIII.Cal. Martii allatas eē,earūq̄ exēplū subscripse-

ras, magnq; interesse reip. scripseras, omneis copias primo quoq; tpe in vnũ locũ cõuenire, & vt pfidii qđ satis esset, Capuę relinqueret. His ego literis lectis, in eadẽ opinione fui, qua reliq oẽis, te cũ oĩbus copiis ad Corfiniũ esse vẽturũ: quo mihi, cũ Cęsar ad oppidũ castra haberet, tutũ iter nõ arbitrabar. Cũ res in summa expectatione esset, vtrũq; simul audim9, & q̃ Corfinii acta essent, & te iter Brũdusiũ facere cœpisse. Cũq; nec mihi, nec fratri meo dubiũ esset, qn Brundusiũ contẽderemus, a multis, qui e Samnio Apuliaq; veniebãt, admoniti sum9, vt caueremus ne exciperemur a Cęsare, q; is in eadẽ loca, q̃ nos petebamus, profectus, celerius etiã q̃ nos possem9, eo quo intẽderat, vẽturus esset. Qđ cũ ita esset, nec mihi, nec fratri meo, nec cui q̃ amicorũ placuit cõmittere, vt temeritas nostra nõ solũ nobis, sed etiã reipu. noceret, cum psertim nõ dubitaremus, quin si etiã tutũ nobis iter fuisset, te tñ iam cõsequi non possemus. Inde primo accepim9 tuas literas Canusio ad. X. Cal. Martii datas, qbus nos hortaris, vt celerius Brũdusiũ veniam9. quas cũ accepissem9 ad. III. Cal. Martii, nõ dubitabam9, qn tu iã Brũdusiũ peruenisses, nobisq; iter illud omnino intercluſum videbat, neq; min9 nos esse captos, q̃ q Corfiniũ venissent. Neq; n. eos solos arbitrabamur capi, q in armatorũ man9 incidissent, sed eos nihilo minus, q regionibus excluſi, intra psidia, atq; ĩtra arma aliena venissent. Qđ cũ ita sit, maxime vellẽ primũ tecũ semp fuisse, qđ quidẽ tibi ostenderã, cũ a me Capuã reiiciebam. Qđ feci, non vitãdi oneris causa, sed q; videbã teneri illam vrbẽ sine exercitu non posse. Accidere autẽ mihi nolebã, qđ doleo viris fortissimis accidisse. Quoniã aũt, tecũ vt essem nõ cõtigit, vtinam tui cõsilii certior factus essem. nam suspitione assequi nõ potui, q; oĩa prius arbitrarus sum fore, q̃ vt hęc reip. causa in Italia nõ posset Duce te cõsistere. Neq; vero nũc cõsilium tuũ reprehendo, sed formã reip. lugeo. Nec si ego qd tu sis secutus nõ perspicio, idcirco min9 existimo, te nihil nisi summa ratione feciſse: meaq; semp fuerit sentẽtia, primũ de pace vel iniqua conditione retinẽda, deinde de Vrbe. nam de Italia quidẽ nihil mihi vnq̃ ostenderas, meminisse te arbitror. Sed mihi nõ sumo, vt meũ consiliũ valere debuerit: secutus sum tuũ, neq; id reip. causa, de qua desperaui, q̃ & nunc afflicta est, nec excitari sine ciuili pernicio sissimo bello potest: sed te quęrebã, tecũ esse cupiebam, neq; eius rei facultatẽ, siqua erit, prætermittã. Ego me in hac omni causa facile intellígebã pugnãdi cupidis hominibus nõ satisfacere. Primũ em̃ prę me tuli, me nihil malle, q̃ pacẽ, nõ quin eadẽ timerẽ, quę illi, sed ea bello ciuili leuiora ducebã. Inde suscepto bello, cũ pacis conditiones ad te afferri, atq; ad ea honorifice, & tarde responderi viderẽ, dixi meã tecũ rationẽ, quã tibi facile me probaturũ p tuo in me beneficio arbitrabar. Meminerã me esse vnũ, qui p meis maximis in rẽpu. meritis, supplicia miserrima, & crudelissima pertulisse m: me esse vnũ, qui si offendissem eius animũ cui tum cũ iam in armis essemus, cõsulatus tñ alter, & triũphus amplissimus deferebat, subiicerer eisdem pręliis, vt mea persona semp ad improborũ ciuiũ impetus aliquid videret habere popularе. Atq; hęc nõ ego prius sum suspicatus, q̃ mihi palã denunciata sunt: neq; ea tã ptimui, si subeũda essent, q̃ declinãda putaui, si honeste vitare possem. Q̃ breuẽ illius tẽporis, dũ in spe pax fuit, rationẽ nostrã vides: reliq facultatẽ res ademit. Iis aũt, qb9 nõ satisfacio, facile rñdeo. neq; em̃ ego amicior C. Cęsari vnq̃ fui, q̃ illi: neq; illi amiciores reip. q̃ ego. Hoc inter me, & illos interest, q; cũ & illi ciues & optimi sint, & ego ab ista laude non absim, ego cõditionibus qđ idẽ te intellexerã velle, illi armis disceptari maluerunt. quę qm̃ ratio omissa est, perficiã pfecto, vt neq; respu. ciuis a me animum, neq; tu amici desideres. Vale.

Perſona mea.

Prę me tuli

Ciuile bel. pernicioſiſ.

Miĥi non ſumo.

Captí qui.

T. P. ATTICO.

Mihi molestior lippitudo erat etiã, q̃ ante fuerat, dictare tñ hanc epistolã malui, q̃ Gallo Fabio amãtissimo vtriusq; nostrũ nihil ad te literarũ dare. nam pridie quidẽ quoquo modo potuerã, scripserã ipse eas literas, quarũ vaticinationem falsam esse cupio. Huius aũt epistolę nõ solũ ea causa est, vt nequis a me dies intermittat, quin dem ad te literas, sed etiã hęc iustior, vt a te impetrarẽ, vt sumeres aliqd tẽporis: quo qa tibi perexiguo opus est, explicari mihi tuũ cõsiliũ plane volo, vt penit9 intelligã. Oĩa sunt integra nobis: nihil ptermissum est, qđ nõ habeat sapientẽ excusationẽ, nõ modo pbabilẽ. Nã certe neq; tũ peccaui, cũ ĩparatã iã Capuã, nõ solũ ignauię delect9, sed etiã pfidię suspitionẽ fugiẽs, accipere nolui: neq; cũ post cõditiones pacis p L. Cęsarẽ, & Fabiũ allatas, cauí, ne animũ ei9 offenderẽ, cui Põpeius iã armatus armato consulatũ, triumphũq; deferret. Nec vero hęc extrema quisq̃ potest iure reprehendere, q; mare nõ transierim. id enim, etsi erat deliberationis, tñ obire nõ potui. Neq; n. suspicari

Líppitudo. Dictare. Vaticinatio.

Excuſatio Ciceronis.

debui,pſertim cũ ex ipſius Põpeii literis,idẽ qđ te video exiſtimaſſe,nõ dubitarim qn is Domitio ſubuẽturus eſſet.Et plane qd rectũ,& quid faciendũ mihi eſſet,diutius cogitare malui. Primũ igit hęc,qualia tibi eſſe videantur, etſi ſępius ſignificata ſunt a te,tñ accuratius mihi perſcribas,velim.Deinde aliquid etiã in poſterũ proſpicias:fingaſq;quẽ me eſſe deceat,& vbi me plurimũ prodeſſe reip.ſentias:ecquę pacifica pſona deſideret,an in bellatore ſint oĩa.Atq; ego q oĩa officio metior,recordor tñ tua conſilia:qbus ſi paruiſſem, triſtitiã illoq; tẽpoq; nõ ſubiiſſem.Memini qd mihi tum ſuaſeris p Theophanẽ Culeonẽ,idq; ſæpe ingemiſcens, ſum recordatus.Quare nũc ſaltẽ ad illos calculos reuertamur,quos tũ abiecimus:vt non ſolũ glorioſis conſiliis vtamur,ſed etiã paulo ſalubrioribus.Sed nihil pręſcribo: accurate velim perſcribas tuã ad me ſententiã.Volo etiã exquiras q̃diligẽtiſſime poteris (habebis autẽ p quos poſſis) quid Lentulus noſter,quid Domitius agat,quid acturus ſit: quẽadmodũ nunc ſe gerant:num quẽ accuſent,nũ cui ſuccenſeant, qđ dico num cui,id eſt num Pompęio. Omnino culpã omnẽ Pompęius in Domitium cõfert,qđ ipſius literis cognoſci poteſt, quarum exẽplũ ad te mitto.Hæc igitur videbis,& qđ ad te ante ſcripſi.Demetrii Magnetis librum quẽ ad te miſit de concordia,velim mihi mittas. Vale.

Perſonã pacifica.

Calculi.

Num cui.

Demetrii lib.de Cõcord.

CN.POM.MAG.M.MARCELLO,ET L.LENTVLO COSS.S.

IGo,q; exiſtimabã diſperſos nos,neq; reip.vtiles, neq; nobis pſidio eſſe poſſe, idcirco ad L.Domitiũ literas miſi, primũ vti ipſe cũ omni copia ad nos veniret,ſi de ſe dubitaret,& cohorteis. XIX. q̃ ex Piceno ad me iter habebãt, ad nos mitteret. Qđ veritus ſum,factũ eſt,vt Domitius implicaretur, neq; ipſe ſatis firmus eſſet ad caſtra faciẽda, q; meas.XIX.& ſuas.XII.cohorteis tribus in oppidis diſtributas haberet:nã partim Albę,partim Sulmone collocauit:neq; ſi vellet,expedire poſſet.Nũc ſcitote me eſſe in ſumma ſollicitudine:nã & tot,& tales viros periculo obſidionis liberare cupio,neq; ſubſidio ire poſſum,q; his duabus legionibus nõ puto eſſe cõmittendũ,vt illuc ducãtur.Ex quibus tñ non amplius.XIIII.cohortes cõtrahere potui,quas Brunduſiũ miſi:neq; Canuſiũ ſine pſidio,dũ abeſſem,putaui eſſe immittendũ.Duellio mandauerã,q; maiores copias ſperabã nos habituros,vt ſi vobis videret,alter uter veſtrũ ad me veniret:alter in Sicilią cũ ea copia,quã Capuæ,& circũ Capuã cõparaſtis, & cũ iis militibus,quos Fauſtus legit,proficiſceretur, Domitius cũ.XII.ſuis cohortibus eodem adiũgeretur, reliquę copiæ omnes Brunduſiũ cogerẽtur, & inde nauibus Dyrrhachiũ trãſportarẽtur.Nũc cũ hoc tẽpore nihilo magis ego,q̃ vos ſubſidio Domitio ire poſſim,ſeu per mõteis explicare,nõ eſt nobis cõmittendũ,vt has.XIIII.cohorteis,quas dubio animo habeo,hoſtis accedere,aut itinere me cõſequi poſſit.Quãobrẽ placitũ eſt mihi (aliter video cẽſeri Marcello,& cęteris noſtri ordinis,q hic ſunt) vt Brũduſiũ ducerẽ hãc copiã,quã ego habeo mecũ.Vos hortor,vt quodcũq; militũ cõtrahere poteritis,cõtrahatis,& eodẽ Brũduſiũ veniatis q̃primũ.Arma q̃ ad me miſſuri eratis, iis cẽſeo armetis milites, quos vobiſcũ habetis: quę arma ſuperabũt,ea ſi Brũduſiũ iumentis deportaueritis,vehemẽter reip.profueritis. De hac re vellem noſtros certiores faceretis.Ego ad P.Lupũ, & C.Coponiũ prętores miſi,vt ſe vobis coniungerent,& militũ qđ haberent,ad nos deducerent. Valete.

Copia.

Quodcũq; militum.

CN.POMPEIVS PROCOS.L.DOMITIO PROCOS.S.

MIror te ad me nihil ſcribere,& potius ab aliis,q̃ a te de rep.certiorẽ me fieri. Nos diſiecta manu pares aduerſariis eſſe nõ poſſumus:cõtractis noſtris copiis,ſpero nos & Reip.& ſaluti cõmuni prodeſſe poſſe.Quamobrẽ cũ conſtituiſſes,vt Vibullius mihi ſcripſerat,ad.V.Id.Feb.Corfinio ꝓficiſci cũ exercitu,& ad me venire,miror quid cauſę fuerit, quare cõſiliũ mutaris.Nã illa cauſa quã mihi Vibullius ſcribit,leuis eſt, te ꝓpterea moratũ eẽ q; audieris Cæſarẽ firmo ꝓgreſſu ĩ caſtrũ Truẽtinũ veniſſe.Quanto.n.magis appropiquare aduerſarius cœperat,eo tibi celerius agendũ erat,vt te mecũ coniũgeres,prius q̃ Cæſar aut tuũ iter impedire,aut me abs te excludere poſſet. Quamobrẽ etiã te rogo,& hortor,id qđ nõ deſtiti ſuperioribus literis a te petere,vt primo quoq; die Luceriã aduenires ante q̃ copiæ quas inſtituit Cæſar cõtrahere,in vnũ locum coactę,nos a nobis diſtrahant. Sed ſi erũt qui te impediãt,vt illas ſuas ſeruent,æquũ eſt me a te impetrare,vt cohortes quæ ex Piceno,& Camerino venerunt,quæ fortunas ſuas reliquerunt,ad me miſſum facias. Vale.

Sollicitũdo Põpeii.

Cohortes miſſum facias.

CN.POMP.L.DOMITIO PROCOS.S.

Epistol.ad T. P. Atticum

Literas abs te M.Calenius ad me attulit ad.XIIII.Cal.Mart. in quibus literis scribis tibi i aio esse obseruare Cęsarē: & si secūdū mare ad me ire cœpisset, cōfestim i Samniū ad me vēturū.Sin aūt ille circū isthęc loca cōmoraret, te ei,si ppius accessisset,resistere velle.Te aio magno,& forti istā rē agere existimo:sed diligētius nobis est vidēdū,ne distracti,pares aduersario eē nō possim9,cū ille magnas copias habeat,& maiores breui habitur9 sit. Nō.n.p tua
In psentia. prudētia debes illud solū aiaduertere,quot i psentia cohorteis cōtra te habeat Cęsar,sed quās tas breui tpe equitū & pditū copias cōtracturus sit.cui rei testimonio sunt literę,quas Busseuius ad me misit,in qb9 scribit id qđ ab illis quoq; mihi scribit,psidia Curionē,q̄ in Vmbria, & Tuscis erāt,cōtrahere,& ad Cęsarē iter facere. Quę si copię i vnū locū fuerit coactę,vt ps
Copia. exercit9 ad Balbū mittat,ps ad te accedat,vt nō pugnet,sed locis suis repugnet,hęrebis,neq; solus cū ista copia,tātā mlitudinē sustinere poteris,vt frumētatū eas. Quāobrē te magnope
Frumētatū hortor,vt q̄primū cū oīb9 copiis huc venias.Coss.cōstituerūt idē facere.Ego Verustileo ad
ire. te mādata dedi,puidēdū eē,ne duę legiones sine Picētinis cohortib9 i cōspectū Cęsaris cōmitterent.Quāobrē nolito cōmoueri,si audieris me regredi,si forte Cęsar ad me veniet.Cauēdū
Castra facere. em puto eē,ne iplicat9 hęreā: nā neq; castra ppter anni tēp9,& militū aios,facere possum:neq; ex oīb9 oppidis cōtrahere copias expedit,ne receptū amittā.Itaq; nō āpli9.XIIII.cohortes
Receptus. Luceriā coegi.Coss.psidia oīa deducturi sunt,aut i Siciliā ituri.nā aut exercitū firmū habere oportet,quo cōfidamus prūpere nos posse:aut regiones eiusmodi obtinere,e qb9 repugnemus.id qđ neutrū nobis hoc tpe cōtingit,q; & magnā ptē Italię Cęsar occupauit,& nos non
Copia. habem9 exercitū tā amplū,neq; tā magnū q̄ ille.Itaq; nobis puidēdū est,vt summā reip.rōnē habeam9.Etiā,atq; etiā te hortor,vt cū omni copia,q̄primū ad me venias. Possum9 etiā nūc rēp.erigere,si cōmuni cōsilio negotiū administrabimus:si distrahemur,infirmi erimus. mihi hoc cōstitutū est.His lris scriptis,Sica a te mihi literas attulit,& mādata.qđ me hortare, vt istuc veniā,id me facere nō arbitror posse,q; nō magnopere iis legionibus confido. Vale.

CN.POMP.L.DOMITIO.S.

Iterę mihi a te redditę sunt ad.XIIII.Cal.Mart.in qb9 scribis,Cęsarē apd Corfiniū castra posuisse,qđ putaui,& pmonui.Fit vt nec i pntia cōmittere tecū pliū velit,& oīb9 copiis cōductis,te iplicet,ne ad me iter expeditū tibi sit, atq; istas copias cōiūgere optimoq; ciuiū possis cū his legionib9, de quarū volūtate dubitam9:quo magis etiā tuis lris sum cōmot9. Neq; em eoq; mlitū,quos mecū habeo,volūtati satis cōfido,vt de oīb9 fortunis reip.dimicē.Neq; etiā q ex delectib9 cōscripti sunt a Coss.cōuenerūt.
Quare da operā,si vlla rōne etiā nūc efficere potes,vt te explices,& huc q̄primū venias,añ q̄
†omnes. oēs copię aduersarioq; cōueniāt.Neq;.n.celeriter huc†hoies cōuenire possūt: & si cōuenirēt, quātū iis cōmittēdū sit,q; iter se ne noti sunt,cōtra veteranas legiones,nō te pterit. Vale.

T.P.ATTICO.

Lippitudo Cic. Lippitudinis meæ signū tibi sit librarii man9,& eadē causa breuitatis. etsi nūc quidē qđ scriberē,nihil erat: oīs expectatio nostra erat in nūciis Brūdusinis.
Cæs.notat. si nactus hic esset Cn.nostrū,spes dubia pacis:sin ille ante trāsmisisset, exitio si belli metus.Sed vides ne in quē hominē inciderit resp.q̄ acutū!q̄ vigilātē! q̄ paratū!Si mehercule neminē occiderit,nec cuiq̄ quicq̄ ademerit,ab iis qui eū maxime timuerāt,maxime diligetur. multū mecū municipales homines loquuntur,multū rusticani: nihil prorsus aliud curant,nisi agros,nisi villulas, nisi nūmulos suos.Et vide q̄ conuersa res est.illū,quo antea cōfidebant,meruit:hūc amant,quē timebant. Id quantis nostris peccatis,vitiisq; venerit,nō possum sine molestia cogitare.Quæ autē impē dere putarem,scripseram ad te,& iam tuas literas expectabam. Vale.

T.P.ATTICO.

Epistolæ quotidianę NOn dubito,quin tibi odiosæ sint epistolæ quotidianæ,cū pertim neq; noua de re aliqua certiorē te faciā,neq; nouā deniq; iam reperiā scribendi vllā sententiā.Sed si dedita opa,cū causa nulla esset,tabellarios ad te cū inanibus epistolis mittere,facere inepte:euntibus vero domesticis pertim,vt nihil ad te dem literarū,facere nō possum: & simul (crede mihi) requiesco paululū in his miseriis,cū quasi tecū loquor.Cū vero tuas epistolas lego,multo etiam

magis omnino intelligo, nullū fuisse tēpus post has fugas, & formidines, qđ magis debuerit multū esse a literis, ꝓpterea ꝙ neq; Romę quicq̄ auditur noui, nec in his locis q̄ a Brūdusio absunt ꝓpius q̄ tu biduū, aut triduū. Brundusii aūt oē certamē vertit huius primi tēporis: qua qdē expectatione torqueor. sed oīa ante nos sciemus. Eodē em̄ die video Cæsarē a Corfinio post meridiē profectū esse, idest Feralibus, quo Canusio mane Pōpeiū. Eo modo aūt ambulat Cæsar, & his triariis militū celeritatē incitat, vt timeā, ne citius ad Brundusiū, q̄ opus sit, accesserit. Dices, Quid igit̄ ꝓficis, q anticipes eius rei molestiā, quā triduo sciturus scis? Nihil equidē, sed vt supra dixi, tecū plibēter loquor. & simul scito labare meū cōsiliū illud qđ iam satis fixū videbat: nō mihi satis idonei sunt auctores ii, q a te ꝓbātur. Quod em̄ vnq̄ eox̄ in rep. forte factū extitit? aut quis ab iis vllā rē laude dignā desiderat? Nec mehercule laudādos existimo, qui trans mare belli parandi causa ꝓfecti sunt. q̄q̄ hæc ferēda nō erant. Video enim quātū id bellū, & q̄ pestiferū futurū sit. sed me mouet vnus vir, cuius fugiētis, comes: remp. recuperantis, socius videor esse debere. Toties ne igitur sententiā mutas? Ego tecū, tāq̄ mecum loquor. Quis autē est, tanta quidē de re, quin varie secum ipe disputet? Simul & elicere cupio sentētiā tuā: si manet, vt firmior sim: si mutata est, vt tibi assentiar. Omnino ad id de quo dubito, pertinet me scire quid Domitius acturus sit, quid noster Lētulus. De Domitio varia audimus, modo esse in Tiburti, aut Lepidi, cū quo Lepidus accessisset ad Vrbē, qđ item falsum esse video. Sed em̄ Lepidus, cū nescio quo pœnetrasse itineribus occultandi sui causa, an maris adipiscendi, ne id quidē scit. ignorat em̄ de filio. Addit illud sane molestū, pecuniā Domitio satis grandē, quā is Coreni habuerit, nō esse redditam. De Lentulo autē nihil audimus. Hæc velim exquiras, ad meq; perscribas. Vale.

Feralia.

T. P. ATTICO.

AD. V. Non. Mart. epistolas tuas Aegypta reddidit. vnā veterē ad. IIII. Calen. quā te scribis dedisse Pinario, quē non vidimus, in qua expectas quidnā prę-missus agat Vibullius, q oīno nō est visus a Cæsare. In altera epistola video te scire ita esse, & quēadmodū redeūtē excipiā Cæsarē, quē oīno vitare cogito, & aut Hemonis fugā tēdis, cōmutationēq; vitę tuę, qđ tibi puto esse faciēdū: & ignoras, Domitius cū fascibus ne sit: qđ cū scies, facies vt sciamus. Habes ad primā epistolā. securę sunt duę prid. Cal. ambæ datę, quę me cōuellerūt de pristino statu, iam tñ, vt ante ad te scripsi, labantē. Nec me mouet qđ scribis μεμψίμοιρον. nā periculū in vtriusq; iracūdia positū est. Victoria aūt ita incerta, vt deterior causa paratior mihi esse videat. Nec me Coss. mouēt, qui ipsi pluma, aut folio facilius mouent. Officii mei deliberatio cruciat, cruciauitq; adhuc. Cautior certe est māsio. Honestior existimatur traiectio. Malo interdū multi me non caute, q̄ pauci nō honeste fecisse existiment. De Lepido, & Tullio qđ q̄-ris: illi vero nō dubitāt, qn Cæsari pręsto futuri, in Senatūq; venturi sint. Recētissima tua est epistola Cal. data, in qua optas cōgressum, pacē nō desperas. Sed ego, cū hæc scribebam, nec illos cōgressuros, nec si cōgressi essent, Pōpeiū ad vllā conditionē accessurū putabā. Q̄ videris nō dubitare, si Coss. transeant, qd nos facere oporteat, certe transeūt, vel quomodo nunc est, transierūt. Sed memēto ꝑter Appiū, neminē esse fere, qui nō ius habeat transeūdi: nā cum imperio sunt, vt Pōpeius, vt Scipio, Seronas, Fannius, Voconius, Sestius. Ipsi Coss. qbus more maiox̄ concessum est vel omnes adire prouincias, aut legati sunt eorum. Sed nihil desero. Quid placeat tibi, & qd propemodū rectū sit, intelligo. Plura scribērē, si ipse possem: sed vt mihi videor, potero biduo. Balbi Cornelii literarū exēplū, quas eodē die accepi quo tuas, misi ad te, vt meam vicem doleres, cum me derideri videres. Vale.

Cōuellerūt

Nō caute, q̄ non honeste.

L. COR. BALBVS. M. T. CICERONI IMP. S.

OBsecro te Cicero, suscipe curā & cogitationē dignissimā tuę virtutis, vt Cęsarē, & Pōpeiū perfidia hoīm distractos, rursus ī pristinā cōcordiā reducas. Crede mihi, Cæsarē nō solū in tua fore potestate, sed etiā maximū beneficiū te sibi dedisse iudicaturū, si te huc reiicis. Velim idē Pōpeius faciat: q vt adduci tali tēpore ad vllā conditionē possit, magis opto, q̄ spero. Sed cū cōsti terit, & timere desierit, tū incipiā nō desperare, & tuā auctoritatē plurimū apud eū valiturā. Q̄ Lentulū Cos. meū voluisti hic remanere, Cæsari gratū, mihi vero gratissimū mediusfidius feciſti. Nā illū tanti facio, qui nō Cęsarē magis diligā, qui si passus esset nos secum, vt consueueramus, loqui, & nō se totū etiā, & etiā ab sermone nostro auertisset,

In tua potestate.

minus miser q̃ sum,essem.Nã caue putes,hoc tempore plus me quẽq̃ cruciari,q̃ eum quem ante me diligo,video in cõsulatu quiduis potius esse,q̃ Cos. Qz si voluerit tibi obtẽperare, & nobis de Cæsare credere,& consulatũ reliquũ Romæ præragere,incipiã sperare, etiam consilio Senatus,auctore te,illo relatore,Põpeiũ,& Cæsarẽ coniũgi posse.Qđ si factũ erit,me satis vixisse putabo.Factũ Cæsaris de Corfinio totũ me probaturũ sciet:& quomodo in huiusmodi re cõmodius cadere nõ potuit,q̃ vt res sine sanguine cõficeretur.Balbi me,illiusq̃ aduẽtu delectatũ esse valde gaudeo.Is quęcũq̃ tibi de Cæsare dixit,quæq̃ Cęsar scripsit,†scio tibi p babit,quæcunq̃ fortuna eius fuerit,†bellissime. Vale.

†si re tibi.

†velis sum me scripsisse.

T.P.ATTICO.

OMnia mihi prouisa sunt pter occultũ metũ.Iter ad mare superũ.hoc enim mari vti non possumus hoc tẽpore anni.Illuc autẽ,quo spectat animus,& quo res vocat,qua veniã! Cedẽdũ em̃ celeriter est,ne forte qua in re impediar,atq̃ alliger.Nec vero ille me ducit,qui videt:quẽ ego hominẽ ἀπλικώτατον omniũ iã ante cognorã,nũc vero etiã ἀστρατηγικώτατον. Nõ me igitur is ducit,sed sermo hominũ,q̃ ad me a Philotimo scribit. Is.n.me ab optimatibus ait conscindi. quibus optimatibus Dii boni! qui nũc quomodo occurrũt ! quo modo autẽ se †vẽditãt Cæsari! Municipia vero adeũt,nec simulãt,vt cũ de illo ægroto vota faciebant. Sed plane qcqd mali hic Pisistratus nõ fecerit,tã gratũ est,q̃ si aliũ facere,phibuerit.Hũc propitiũ spĕrant:illũ iratũ putant.Quas fieri censes ἀποστάσεις ex oppidis! quos honores! Metuũt,inquies. Credo.Sed mehercule illũ magis.Huius insidiosa clemẽtia delectant. illius iracũdiam formidant.Iudices.DCCCL.qui pcipue Cn.nostro delectabant,ex qbus quotidie aliquẽ video,nescio quas eius Lucerias horrent . Itaq̃ q̃ro,qui sint isti optimates, q̃ me exturbent,cũ ipsi domi maneant.Sed tamẽ quicunq̃ sunt, ἀιδέομαι πρῶτος. Etsi qua spe proficiscar video,cõiũgoq̃ me cũ homine magis ad vastãdũ Italiã,q̃ ad vincẽdũ parato.† domitũ quẽ expecto! Et quidẽ cũ hæc scribebam.IIII.Non.iam expectabam aliquid a Brundusio.quid aũt aliqd! q̃ inde turpiter fugisset,& victor hic qua se referret,& quo.Qđ vbi audissem,si ille Appia veniret,ego Arpinum cogitabam. Vale.

Optimates †vẽdicant.

Hic Pisistratus.

Iudices dcccl.

†domũ.

M.T.CICERONIS EPISTOLARVM AD T.POMPONIVM ATTICVM LIBER NONVS.

T.P.ATTICO.

ETSI,cũ tu has literas legeres,putabã fore,vt scirẽ iã qd Brundusii actũ esset: nã Canusio.VIII.Cal.profectus erat Cn.hæc autẽ scribebã prid.Non.XIIII.die postq̃ ille Canusio mouerat:tamen angebar singularũ horarũ expectatione:mirabarq̃ nihil allatũ esse, ne rumoris qdẽ. nã erat mirũ silentiũ.Sed hæc fortasse κενόσπουδα sunt,quę tamẽ iã sciantur,necesse est.Illud molestũ,me adhuc inuestigare nõ posse,vbi P.Lentulus noster sit,vbi Domitius.Quęro autẽ,quo facilius scire possim quid acturi sint, iturine ad Põpeiũ: et si sint,qua, quãdove iturí sint. Vrbẽ quidẽ iam refertã esse optimatium audio: Sosiũ,& Lupũ,quos Cn.noster ante putabat Brũdusiũ vẽturos esse q̃ se,ius dicere.Hinc vero vulgo vadunt,etiã M.Lepidus,quocũ diem cõterere solebam,cras cogitabat.Nos autẽ in Formiano morabamur,quo citius audiremus. Deinde Arpinũ volebamus.inde iter q̃maxime ἀναπάυτατον esset ad mare superũ, remotis,siue omnino missis lictoribus.Audio.n.a bonis viris,qui & nũc,& sæpe antea magno psidio reip.fuerũt,hanc cunctationẽ nostrã nõ probari,multaq̃ in me,& seuere in cõuiuiis tẽpestiuis quidẽ disputari. Cedamus igitur:& vt boni ciues simus,bellũ Italiæ terra,mariq̃ inferamus,& odia improborũ rursus in nos,quę iã extincta erant,incẽdamus,& Luceii cõsilia,ac Theophani persequamur. nam Scipio vel in Syriã proficiscitur sorte,vel cũ genero honeste, vel Cæsarẽ fugit iratum. Marcelli quidẽ,nisi gladiũ Cæsaris timuissent,manerẽt.Appius est eodẽ timore,& inimicitiarũ recentiũ,& tñ pter hũc,& C.Cassiũ reliqui legati,ppe ego vnus cui vtrũuis liceret.frater accesserit,quẽ sociũ huius fortunæ esse nõ erat æquũ:cui magis etiã Cæsar iratscetur:sed ipe trare nõ possum,vt maneat.Dabimus hoc Põpeio,qđ debem9: nã me qdẽ alius nemo mouet. non sermo bonorũ,qui nulli sunt:non causa,q̃ acta timide est,aget improbe, vni vni hoc da-

Refertam optim.

Quocum.

Boni nulli

mus,nec id quidem roganti,nec ſuam cauſam,vt ait,agenti,ſed publicam. Tu quid cogites de tranſeundo in Epeirum,ſcire ſane velim. Vale.

T.P.ATTICO.

TSi Non.Martiis,die tuo (vt opinor) expectabã a te epiſtolã longiorẽ tamẽ ad eã ipſam breuẽ,quã.III.Non.Martii ὑπὸ τὴν δείλην dediſti,reſcribẽdũ putaui.Gaudere ais te,mãſiſſe me,& ſcribis ĩ ſententia te manere. mihi aũt ſuperioribus literis videbare nõ dubitare, qn cederẽ ita ſi & Cn. bene comitatus cõſcẽdiſſet,& Coss.trãſiſſent.vtrũ hoc tu parũ meminiſti?an ego nõ ſatis intellexi?an mutaſti ſententiã?Sed aut ex epiſtola,quã expecto, perſpiciã qd ſentias,aut alias abs te epiſtolas eliciã.Brũduſio nihildũ erat allatũ. Orẽ difficilẽ,planeq; pditã, †q̃q̃ nihil ptermittis in cõſilio dãdo,†tñ nihil,qđ tibi ipſi placeat,explicas. Non eſſe me vna cũ Põpeio gaudes:ac pponis,q̃ ſit turpe me adeſſe,cũ qd de illo detrahat,nefas eſſe approbare.Certe,cõtra igit?Dii,inqs,ſauertruncent.Quid igit fiet?ſi in altero ſcelus eſt,in altero ſupplicĩũ?Impetrabis,inqs,a Cęſare,vt tibi abeſſe liceat,& eſſe otioſum. Supplicãdũ igit?miſerũ. Quid ſi nõ ĩpetraro?Et de triũpho erit,inqs,integrũ.Quid ſi hoc ipo premar?accipiã? qd fœdius?negem? repudiari ſe totũ,magis etiã q̃ olim in† Quinqueuiratu putabit: ac ſolet,cũ ſe purgat,in me cõferre omnẽ illoq; tẽpoq; culpã:ita me ſibi fuiſſe inimicũ, vt ne honorẽ qdẽ a ſe recipere vellẽ,quãto nũc hoc idẽ accipiet aſperius?tãto ſcilicet, quãto & honor hic illo eſt amplior,& ipſe robuſtior.Nã qđ negas te dubitare, qn magna in offenſa ſim apud Pompeiũ hoc tẽpore,nõ video cauſam cur ita ſit,hoc qdẽ tẽpore.Qui em amiſſo Corfinio deniq; certiorẽ me ſui cõſilii fecit,is q̃reť Brũduſiũ me nõ veniſſe,cũ inter me,& Brũduſiũ Cęſar eſſet? Deinde etiã ſcit ἀπαξέχσιασον eſſe in ea cauſa q̃relã ſuã.Me putat de municipioq; imbecillita te,de delectibus,de pace,de vrbe,de pecunia, de Piceno occupãdo plus vidiſſe q̃ ſe. Sin cũ potuero,nõ venero,tũ erit inimicus.Qđ ego nõ eo vereor,ne mihi noceat,(Quid.n.faciet τίς δ' ἔστι δόλῳ, τὸ δαιμὲν ἄφρονα ὧνις) ſed quia ingrati animi crimen horreo.Cõfido igit aduẽtũ noſtrũ illi,quoquo tpe fuerit,vt ſcribis,ἀσμενέστερον fore. Nã qđ ais,ſi hic tẽperãtius egerit, cõſideratius conſiliũ te daturũ,q hic poteſt ſe gerere nõ perdite?vita, mores,ante facta, ratio ſuſcepti negotii,ſocii,vires bonoq;?aut etiã conſtãtia? Vixdũ epiſtolam tuã legerã, cũ ad me currens ad illum Poſthumus Curtius venit,nihil niſi claſſeis loquens,& exercitus. eripiebat Hiſpanias. tenebat Aſiã,Siciliã,Aphricã,Sardiniã: cõfeſtim in Græciã perſequebat.Eundum igitur eſt,nec tã vt belli,q̃ vt fugę ſocii ſimus.Nec.n.ferre potero ſermones iſtoq; qcũq; ſunt. non ſunt.n.certe,vt appellãtur, boni.ſed tñ id ipſum ſcire cupio qd loquant: idq; vt exqras, meq; certiorẽ facias,te vehementer rogo.Nos adhuc qd Brunduſii actũ eſſet,plane neſcieba mus:cũ ſciemus,tum ex re,& ex tẽpore conſilium capiemus,ſed vtemur tuo. Vale.

†q̃ nihil.
† q̃ tñ nih.
†annuerũt

Quinqueuiratus.
†Vigintiuiratu.

Vtemur tuo.

T.P.ATTICO.

DOmitii filius trãſiit Formias.VIII.Id.currẽs ad matrẽ Neapolim, mihiq; nũciari iuſſit,patrẽ ad vrbẽ eſſe,cũ ex eo curioſe q̃ſiſſet ſeruꝰ noſter Dionyſius. Nos aũt audieramus eũ pfectũ ſiue ad Põpeiũ,ſiue in Hiſpaniã: id cuiuſmodi ſit,ſcire ſane velim.nã ad id qđ delibero,pertinet.Si ille certe nuſq̃ diſceſſit,intelligeret Cn.nõ eſſe facileis nobis ex Italia exitus,cũ ea tota armis, pſi diiſq; teneatur,hyeme pſertim.Nã ſi cõmodius anni tempus eſſet,vel infero mari liceret vti:nũc nihil poteſt niſi ſupero tranſmitti,quo iter intercluſum eſt. Queres igit & de Domitio,& de Lẽtulo. A Brũduſio nulla adhuc fama venerat, & erat hic dies.VII.Id. quo die ſuſpicabamur,aut pridie Brũduſiũ veniſſe Cæſarẽ:nam Calẽd.Arpis manſerat.ſed ſi Poſthumũ audire velles,perſecuturus erat Cn.Tranſiiſſe em iã putabat coniectura tẽpeſtatũ, ac dierũ.Ego nautas eũ nõ putabã habiturũ.Ille cõfidebat,& eo magis,q; audita nauicularĩis hominis liberalitas eſſet. ſed tota res Brũduſina iã quomodo habeat ſe, diutius neſcire non poſſum.Ego etſi tãdiu reqeſco,q̃diu aut ad te ſcribo,aut tuas literas lego,tñ & ipſe egeo argumẽto epiſtolarũ,& tibi idẽ accidere certe ſcio.Quę.n.ſoluto aĩo familiariter ſcribi ſolẽt, ea tẽporibus his excludunť:q̃ aũt ſunt horũ tẽpoq;,ea iã cõtriuimus.Sed tñ ne me totũ ægritudini dedã,ſumpſi mihi quaſdã tãq̃ θέσεις,quę & politicę ſunt,& tẽpoq; hoq;,vt & abducã animũ ab q̃relis,& in eo ipſo,de quo agitur,exercear. Hæ ſunt hmõi. Εἰ μᾶλλετέον ἐν τῇ παρῥησίᾳ τυραννουμένης δὲ αὐτῆς. εἰ πάντῃ τρόπῳ τυραννίδι καταλυσιμ πρακτέον,κἂν μέλλῃ διὰ τοῦτο πᾶσι τοῖς ὅλως ἡ πόλις κινδυνεύειν. Εἰ ἐνλαβητέον τὸμ καταλύοντα, μὴ αὐτὸς ὑπ πάθῃ, ἢ πρατέον ἀρήγειμ τῇ

Naũiculariĩ.

παῖδί τυραννομιῦ μᾶλλον ἢ ἐν πολέμῳ. εἰ πολίτικὸν τὸ ἡσυχάζειν ἀναχωρήσαντά πρὸ τοῦ παῖδος τυραννομιῦς, ἢ διὰ παντὸς κινδυνώδη ἰτέον ἐπὶ ἐλευθερίας ὥρᾳ. εἰ πόλεμον ἐπακτέον τῇ χώρᾳ, καὶ πολίτικτέον ταύτῃ τυραννομιῦ. εἰ καὶ μὴ δοκιμάζοντα τὸν διὰ πολέμου κατάλυσιν τ τυραννίδος, σωφρονεστέον ὅμως τοῖς ἀρίστοις, ἢ τοῖς εὐεργέταις, καὶ φίλοις συγκινδυνευτέον ἐν τοῖς πολίτικοῖς, κἂν μὴ δοκῶσιν ἓν βεβουλεῦσθαι περὶ τῶν ὅλων. εἰ ὁ μεγάλα τὸν παῖδα εὐεργετήσας, δι' αὐτὸ δὲ τοῦτο ἀνήκεσα παθὼν, καὶ φθονηθεὶς, κινδυνεύσειεν ἂν ἐθελοντὴς ὑπὲρ τοῦ πατρίδος, ἢ ἀφετέον αὐτῷ ἑαυτοῦ τε, καὶ τῶν οἰκείων αὐτοῦ πρόνοιαν ἀφαιρῶ τὰς πρὸς τοὺς ἰσχύοντας διαπολιτείας. In his ego me cōsultationibus exercens,& dissérens in vtrāq; partē,tum Græce,tū latine,& abduco parūper animū a molestiis, & τῶν περισπασμῶν delibero.Sed vereor,ne tibi ἄκαιρος sim.Si em recte ambulauit is,qui hanc epistolam tulit,in ipsum tuū diem incidit. Vale.

Vereor ne intēpestiu? sim.

T.P.ATTICO.

Natalis Attici.

NAtali die tuo scripsisti epistolā ad me plenā cōsilii, summęq; tū beneuolētię, tū etiā prudētię. Eā mihi Philotimus postridie q̄ accepat,reddidit.Sūt ista quidē,q̄ disputas,difficillima.iter ad supērum,& nauigatio infero: discessus Arpinū,ne hūc fugisse:mansio Formiis, ne obtulisse nos gratulationi videa mur.Sed miserius nihil,q̄ ea videre,quę tū iā,iam inquā vidēda erunt.Fuit apud me Posthumius. scripsi ad te,q̄ grauis.Venit ad me etiam Q.Fusius, quo vultu,quo spiritu properans Brundusiū,scelus accusans Pōpęii,leuitatē & stultitiā Sena tus.Hęc q in mea villa nō feram,cur tū in Curia potero ferre!Age finge me,q̄is εὐσομάχως hęc ferētē.Quid illa!dic M.Tulli,quē habebūt exitū!Et omitto causam reipu.quā ego amis sam puto cū vulneribus suis,tū medicamētis his q̄ parant. De Pōpęio qd agā!cui plane (qd em negē!)succensui.Semp em causæ euentorū magis mouēt,q̄ ipsa euenta.Hęc igit mala,q bus maiora esse q̄ possunt! cōsiderās,vel potius iudicās eius opa accidisse,& culpa,immitior erā huic,q̄ ipsi Cæsari.Vt maiores nostri funestiorē diē esse voluerūt Alliēnsis pugnę, q̄ vrbis captę,ꝙ hoc malū ex illo: itaq; alter religiosus etiā nūc dies,alter in vulgus ignotus: sic ego decē annoꝝ pęccata recordās,in qbus inerat ille etiā annus,q nos hoc defendēte,ne dicā gra uius,afflixerat,p̄sentisq; tēporis cognoscens temeritatē,ignauiā,negligētiā,succēsebā.Sed ea iā mihi exciderūt: beneficia eiusdē cogito,cogito etiā dignitatē.intelligo serius eqdē,q̄ vellē propter epistolas,sermonesq; Balbi: sed video plane nihil aliud agi,nihil actū ab initio,q̄ vt hūc occideret.Ego igit si quis apud Homerū,cū ei,& mater,& dea dixisset, νῶϊ δ' ἅμα τ' ὠκὺ μοχθῶ, μὴ ὀϊζυρὸς πρὶν πάντων ἔπλεο.matri ipse respōdit.αὐτίκα τεθναίην,ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἐμελλον ἑταίρῳ κτεινομένῳ ἐπαμῦναι. qd si nō ἑταίρῳ solū,sed etiā εὐεργέτῃ; Adde tali viro,talē cām agēti, & ego vero hęc efficiā,& ei cādida vita,puto.Optimatib⁹ vero tuis nihil cōfido, nihil iā ne inseruio qdē: video vt se huic dent,vt daturi sint. Quicq̄ tu illa putas fuisse de valetudine decreta municipioꝝ,præ his de victoria gratulationibus!timēt,inquies.at ipsi tū se timuisse dicūt.Sed videamus quid actū sit Brundusii, ex eo fortasse mea cōsilia nascētur,alięq; literę. Nos adhuc Brūdusio nihil.Roma scripsit Balbus,putare iā Lentulū Cos. trāsmississe me,nec eū a minore Balbo cōuentū,ꝙ is hoc iā Canusii audisset:ide ad se eū scripsisse,cohorteis sex, quæ Albę fuissent,ad Curiū in via Munitia transiisse.Id Cæsarē ad se scripsisse,& breui tēpo re eū ad vrbem futurū.Ergo vtar tuo consilio,neq; me in Arpinū hoc tēpore abdam. etsi Ci ceroni meo togam puram cū dare Arpini vellem, hanc erā ipsam excusationē relicturus ad Cæsarem.Sed fortasse in eo ipso offendet: cur nō Romæ potius! Sed tamē si est cōueniēdus, hic potissimū.tum reliqua videbimus, idest,& quo,& qua,& quando.Domitius,vt audio,in Cosano est quidē,vt aiūt,paratus ad nauigādū.Si in Hispaniā,nō probo:si ad Cn.laudo.quo uis potius certe,q̄ vt Cęsarē videat,quē ego prorsus aspicere nō possum.Quid alios! sed opi nor quiescamus,ne nostram culpā coarguamus,qui dum Vrbem, idest patriā amamus,dūq; rem conuenturā putamus,ita nos gessimus,vt plane intercluſi,captiq; simus.Scripta iam epi stola,Capua literæ sunt allatę hoc exēplo.Pōpęius mare transiit cū oībus militib⁹, quos secū habuit: hic numerus est hominū millia.XXX.& Coss.duo,& Tri.Pl. Senatores q fuerāt cū eo,omnes cū vxoribus,& liberis.conscendisse dicitur ad.III.Non.Mart.Ex ea die fuere Septē triones venti:naues qbus vsus nō est,omneis aut p̄cidisse,aut īcēdisse dicūt.De hac re literæ L.Metello Tr.Pl.Capuā allatæ sunt ab Clodia socru,quę ipsa trāsiit.Ante sollicitus erā,& an gebar,sicut res scilicet ipsa cogebat,quo vti consilio possem:nūc autē postq̄ Pompęius & con sules ex Italia exierunt,non angor,sed ardeo dolore. οὐδέ μοι ἦτορ ἔμπεδον, ἀλλὰ ἀλάλημαι.

Euentorū causę &c.

Toga pura.

Pōpęii exer citus.

Non ſum inquã (mihi crede) mẽtis cõpos:tãtũ mihi dedecoris admiſiſſe videor,me nõ primũ cũ Põpeio qualicũq; cõſilio vſum,deinde cũ bonis eſſe,q̃uis cauſa temere inſtituta: præſertim cũ ii ipſi,quoꝝ ego cauſa timidius me fortunę cõmittebã,vxor,filia,Cicerones pueri, me illuc ſequi mallẽt,hoc turpe,& me indignũ putarẽt. Nã Quintus qdẽ frater quicqd mihi placeret,id rectũ ſe putare aiebat,id animo æquiſſimo ſequebaꝫ. Tuas nũc epiſtolas a primo lego.Hæ me paulũ recreant:primę monẽt,& rogãt,ne me proiiciã:proximę te gaudere oſtendũt,me remãſiſſe: eas cũ lego,minus mihi turpis videor,ſed tãdiu,dũ lego. Deinde emergit rurſum dolor, ἀιχρᾶ φαντασία. Quãobrẽ obſecro te mi Tite,eripe mihi hũc dolorẽ, aut mi nue ſaltẽ aut cõſolatione,aut cõſilio,aut quacũq; re potes. Quid tu aũt poſſis! aut qd homo quiſq̃! vix iã deus.Eqdẽ illud molior,qđ tu mones,ſperaſq; fieri poſſe,vt mihi Cęſar cõcedat, vt abſim,cũ aliqd in Senatu cõtra Cn.agatur,ſed timeo ne nõ impetrẽ.Venit ab eo Furnius, vt quidẽ ſcias quos ſequamur,qui Titinii filiũ cũ Cæſare eſſe nũciat,& illum maiores mihi gratias agere,q̃ vellem.Quid autẽ me roget! paucis ille quidẽ verbis,ſed ἐν δυνάμῃ cognoſce ex ipſius epiſtola. Me miſerũ,q; tu nõ valuiſti:vna fuiſſemus,cõſiliũ certe nõ defuiſſet οὐκ ἂν νῦν ἐρχομαι. Sed acta ne agamus,reliqua paremus. me adhuc hęc duo fefellerũt: initio ſpes cõpoſitionis,qua facta volebã,vt populari,vt ea ſollicitudine ſenectutẽ noſtrã liberari: deide bellũ crudele,& exitioſum ſuſcipi a Põpeio intelligebã.Melioris mediuſſidius ciuis,& viri putabam,quouis ſupplicio affici,q̃ illi crudelitati non ſolũ preeſſe,verũ etiam intereſſe.videbaꝫ vel mori ſatius fuiſſe,q̃ eſſe cũ iis.Ad hæc igitur cogita mi Attice,vel potiꝰ excogita:quẽuis euentum fortius feram,q̃ hunc dolorem. Vale.

Vix iam deus.

Acta agere

C.CAESAR M.T.CICERONI.S.

Epla Cæſa. ad Cic.

CVm Furniũ noſtrũ tãtũ vidiſſem,neq; loqui,neq; audire me cõmode potuiſſet properantẽ,atq; eſſem in itinere pmiſſis iã legionibus, pterire tñ nõ potui,qn & ſcriberẽ ad te,& illũ mitterẽ,gratiaſq; agerẽ. etſi hoc officiũ ſæpe, & ſępius mihi factuꝰ videor:ita de me mereris.In primis a te peto,quoniã confido me celeriter ad Vrbẽ vẽturũ,vt te ibi videã,vt tuo cõſilio, gratia, dignitate,opę oĩm rerũ vti poſſim.Ad propoſitũ reuertar:feſtinationi męę, breuitatiq; literarum ignoſces,reliqua ex Furnio cognoſces. Vale.

T.P.ATTICO.

Celeripes.

SCripſeram ad te epiſtolã quã darẽ.IIII.Id. ſed eo die is cui dare volueram, nõ eſt pfectus.Venit aũt eo ipſo die ille Celeripes,quẽ Saluius dixerat,attulit vberrimas tuas literas,q̃ mihi quiddã,quo ſtarẽ,inſtillarũt.Recreatũ eñ me nõ queo dicere,ſed plane ἀ σωέχοι effeciſti.Ego enim non iam id ago (mihi crede) vt proſperos exitus cõſequar.Sic eñ video, nec duobus iis viuis,nec hoc vno,nos vnq̃ rẽp.habituros:ita neq; de otio noſtro ſpero iã,nec vllam acerbitatẽ recuſo. Vnũ illud extimeſcebã,ne qd turpiter facerẽ, vel dicã iã effeciſſem. Sic ergo habeto:ſalutareis te mihi literas miſiſſe,neq; ſolũ has lõgiores,qbus nihil poteſt eſſe explicatius,nihil perfectius,ſed etiã illas breuiores,in qbus hoc mihi iucũdiſſimũ fuit,cõſiliũ factũq; noſtrũ ab Sexto probari. pergratũq; mihi tu feciſti,a quo diligi me, & qd rectũ ſit,intelligi ſcio.Lõgior vero tua epiſtola nõ me ſolũ,ſed meos oẽis ægritudine leuauit.Itaq; vtar tuo cõſilio,& ero in Formiano,ne aut ad Vrbẽ ἀπάντησις mea aĩaduertaꝫ:aut ſi nec hic,nec illic eũ videro,deuitatũ ſe a me putet.Qđ aũt ſuades,vt ab eo petã,vt mihi concedat, vt idẽ tribuã Põpeio,qđ ipſi tribuerim,id me iãpridẽ agere intelliges ex literis Balbi, & Oppii,quarũ exẽpla tibi miſi,niſi etiã Cæſaris ad eos ſana mẽte ſcriptas literas. quomodo in tãta inſania! Sin mihi Cęſar hoc nõ cõcedat,video tibi illud placere,me πολίτθυμα de pace ſuſcipere, in quo nõ extimeſco periculũ:cũ eñ tot impendeãt,cur nõ honeſtiſſimo depaciſci velim! Sed vereor,ne Põpeio quid oneris imponã,μή μοι γοργείλιω κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου intorqueat.Mirandũ eñ in modũ Cn.noſter Sullani regni ſimilitudinẽ cõcupiuit. εἰδόσι λέγω. nihil inquã ille minus obſcure tulit.Cũ hoc ne igitur,inquies,eſſe vis! beneficiũ ſequor (mihi crede) nõ cauſam,vt in Milone,vt ĩ M.Sed hactenus.Cauſa igit̃ nõ bona eſt! immo optima, ſed agetur (memẽto) fœdiſſime.Conſiliũ primũ eſt,ſuffocare vrbẽ, & Italiã fame,deinde agros vaſtare, vrere,pecuniis locupletũ nõ abſtinere.Sed cũ eadẽ metuã ab hac pte, ſi illinc beneficiũ nõ ſit, rectius putẽ qduis domi ppeti. Sed ita meruiſſe illũ de me puto,vt ἀχαριστίας crimen ſubire nõ audeã,q̃q̃ a te eius quoq; rei iuſta defenſio eſt explicita.De triũpho tibi aſſentior,quẽ qdẽ

Salutareis literę.

Syllani regni ſimilitudo.

Ingratitudinis crimẽ

totũ facile,& libẽter abiecero.egregie probo fore,vt dũ agamus ὅπως ὡραῖος obrepat.Si mõ do,inqs,satis ille erit firmus.est firmior etiã,q̃ putamus.De isto licet bene spæres:pmitto tibi si valebit,tegulã illũ in Italia nullã relicturũ.Te ne igit socio!Cõtra mehercule meũ iudiciũ, & cõtra omniũ antiquoꝝ auctoritatẽ.nec tã vt illa adiuuẽ,q̃ vt hæc ne videam,cupio discedere.Noli enim putare tolerabiles horũ insanias,nec vniusmodi fore.etsi quid te hoꝝ fugit, legibus,iudiciis,Senatu sublato,libidines,audacias,sumptus,egestates tot egentissimoꝝ hominũ,nec priuatas posse res,nec rẽp.sustinere! Abeamus igit inde qualibet nauigatiõe,etsi id quidẽ,vt tibi videbit.sed certe abeamus.Sciemus eñ id qđ expectas, quid Brundusii actũ sit. Bonis viris q̃ ais pbari q̃ adhuc fecerimus, sciriq̃ ab iis nõ pfectis,valde gaudeo,si est nunc vllus gaudẽdi locus.De Lẽtulo inuestigabo diligẽtius,id mãdaui Philotimo homini forti,ac nimiũ optimati. Extremũ est,vt tibi argumẽtũ ad scribẽdũ fortasse iã desit. Nec.n.alia de re nũc vlla scribi põt, & de hac qd iã amplius inueniri põt!Sed qñ & ingeniũ suppeditat(dico mehercule vt sentio) & amor,quo & meũ ingeniũ incitat, perge,vt facis,& scribe quãtũ potes.In Epeirũ q̃ me nõ inuitas comitẽ,nõ molestũ.subirascor.sed vale. Nã vt tibi ambulãdũ, & vngendũ,sic mihi dormiendũ.Etenim literæ tuę mihi somnũ attulerunt.

Tegulam nullam relict.

Pessime suspicatur de Cæsare.

Lr̃æ tuæ som.at.

T.P.ATTICO.

Oenantibus prid.Id.nobis,ac noctu qdẽ, Stathius a te epistolã breuẽ attulit. De L.Torquato qui modo q̃ris!nõ modo Lucius,sed etiã Paulus pfectus est. Alios multos de Reatinoꝝ corona,qđ scribis,moleste fero.In agro Sabino sementẽ fieri pscriptionis,Senatoꝝ nullos esse Romæ,nos quoq̃ audieramus. Et qd potes dicere,cur exierint! In his locis opinio est cõiectura magis q̃ nũcio,aut literis,Cęsarem Formiis ad.XI.Cal.April.fore.Hic ego vellẽ habere Homeri illã Mineruã simulatã Mentoris,cui dicerẽ.μέντορ πῶς τ' ἄρ' ἴω, πῶς τ' ἄρ προσπτύξομαι αὐτόν;Nullã rẽ vnq̃ difficiliorẽ cogitaui,sed cogito tamẽ,nec ero,vt in malis,imparatus.Sed cura vt valeas.puto enim diem tuum heri fuisse.

Semẽtis pscriptionis

Minerua Mentoris,

C.CAESAR C.OPPIO,ET L.CORNELIO BALBO.S.

Audeo mehercule vos significare literis,q̃ valde probetis ea quę apud Corfiniũ sunt gesta. cõsilio vestro vtar libẽter,& hoc libẽtius,q̃ mea sponte facere cõstituerã,vt q̃leniss̃imũ me præberẽ, & Põpeiũ darẽ operã vt reconciliarẽ.Tẽtemus hoc modo,si possum⁹ oĩm volũtates recuperare,& diuturna victoria vti:quãdo reliqui crudelitate odiũ effugere nõ potuerũt , neq̃ victoriã diutius tenere,pter vnũ L.Sullã,quẽ imitaturus nõ sum.Hęc noua sit ratio vincẽdi,vt misericordia,& liberalitate nos muniamus.Id.n.quẽadmodũ fieri possit, nõ nulla mihi ĩ mẽtẽ veniũt,& multa repiri possunt. De his reb⁹ rogo vos,vt cogitationẽ suscipiatis.Cn.Magiũ Põpeii prẽfectũ depẽdi:sed & meo instituto vsus sum,& eũ statim missum feci.Iã duo prẽfecti fabrũ Põpeii,in meã potestatẽ venerunt, & a me missi sunt.Si volẽt grati esse,debebũt Pompeiũ hortari,vt malit mihi esse amicus,q̃ iis qui & illi, & mihi semp fuerũt inimicissimi:quorũ artificiis effectum est,vt resp.in hunc statum pꝛueniret. Vale.

Vincẽdi ratio noua.

Missum feci.

Præfecti fabrum.

L.COR.BALB.M.T.CICERONI.S.

Vb posteaq̃ literas cõmuneis cũ Oppio ad te dedi,ab Cęsare epistolã accepi, cuius exẽplũ tibi misi,ex qb⁹ pspicere poteris q̃ cupiat cõcordiã, & Põpeiũ recõciliare,& q̃ remotus sit ab oĩ crudelitate:qđ eũ sentire,vt debeo, valde gaudeo.De te,& tua fide,& pietate idẽ mehercule mi Cicero sentio,qđ tu, nõ posse tuã famã,& officiũ sustinere,vt cõtra eũ arma feras, a quo tãtũ beneficiũ te accepisse pdices.Cęsarẽ hoc idẽ pbaturũ,exploratũ, pro singulari eius humanitate,habeo:eiq̃ cumulatissime satisfacturũ te certe scio,cũ nullã ptẽ belli cõtra eũ suscipias,neq̃ socius eius aduersariis fueris.Atq̃ hoc nõ solũ ĩ te tali,& tãto viro satis habebit,sed etiã mihi ipse sua cõcessit bonitate,ne ĩ iis castris eẽm,q̃ cõtra Lẽtulũ,aut Põpeiũ futura eẽnt,quoꝝ bñficia maxima haberẽ:sibiq̃ satis eę dixit,si togatus vrbana officia sibi pstitissem,q̃ ẽt illis vellẽ pstare,si possem.Itaq̃ nũc Romę oĩa negotia Lẽtuli pcuro,sustineo,meũ q̃ officiũ,fidẽ,pietatẽ iis psto.Sed mehercule rursus tã abiectã cõpositiõis spem nõ desperatissimã esse puto,qñ Cæsar est ea mẽte qua optare debemus. hac re mihi placet,si tibi videt,te ad eũ scribere,& ab eo psidiũ petere, vt petisti a Põpeio me qdẽ approbãte tpib⁹ Milonianis. Prestabo(si Cęsarẽ bene noui)eũ pri⁹ tuę dignitatis q̃ suę vtilitatis rõnẽ habiturũ.Hęc q̃ pru

Sub postea

Certe scio.

Cæsarẽ si bene noui.

denter tibi scribã,nescio:sed illud certe scio, me ab singulari amore ac beneuolẽtia q̃cũq; scribo,tibi scribere, q; te(ita incolumi Cęsare moriar) tanti facio, vt paucos æque ac te charos habeã.De hac re cũ aliquid cõstitueris,velim mihi scribas,nã non mediocriter laboro vtriq; vt vis,tuã beneuolentiã pręstare possis,quã mehercule te pręstaturũ confido.Fac valeas. Certe scio. Pręstaturũ.

L.COR.BAL.ET C.OPPIVS M.T.CICERONI.S.

NEdum hominũ humiliũ,vt nos sumus,sed etiã amplissimorũ virorũ consilia ex euentu,nõ ex volũtate a plerisq; probari solẽt,tñ freti tua humanitate,qđ verissimũ nobis videbit̃ de eo,qđ ad nos scripsisti,tibi consiliũ dabimus:qđ si nõ fuerit prudẽs,at certe ab optima fide, & optimo animo proficiscet̃. Nos nisi id qđ nostro iudicio Cęsarẽ facere oportere existimam⁹,vt simulac Romam venerit, agat de reconciliatione gratię suæ,& Põpeii, id eũ facturum, ex ipso cognouissem⁹,te hortari desinerem⁹,vt velles his reb⁹ interesse,quo facili⁹,& maiore cũ dignitate p te,qui vtriq; es cõiunctus,res tota cõficeret:aut si ex cõtrario putaremus Cęsarem id nõ facturũ,& eũ velle cũ Põpeio bellũ gerere sciremus,nũq̃ tibi suaderemus cõtra hominem optime de te meritũ arma ferres,sicuti te semp orauimus, ne cõtra Cęsarẽ pugnares. Sed cũ etiam nunc quid facturus Cęsar sit,magis opinari,q̃ scire possimus,nisi hoc:nõ videri eã tuã esse dignitatẽ,neq; fidem oĩbus cognitã,vt contra alterutrũ, cũ vtriq; sis maxime necessarius,arma feras:& hoc nõ dubitamus,quin Cęsar pro sua humanitate maxime sit probaturus.Nos tñ(si tibi videbit̃)ad Cęsarẽ scribem⁹,vt nos certiores faciat, quid in hac re actu rus sit:a quo si erit nobis rescriptũ,statim quę sentiemus,ad te scribemus,& tibi fidẽ faciem⁹ nos ea suadere,quę nobis videtur tuę dignitati,nõ Cęsaris rationi esse vtilissima. Et hoc Cæsarem,pro sua indulgẽtia in nos,probaturũ putamus. Vale. Cõsilia probari ex euẽtu. Cõficeret. Si tibi videbitur.

T.P.ATTICO.

LEgis epistolas tuas accepi postridie Id.erãt autẽ illę tertię pridie Id.datę. Igitur antiquissimę cuiq; primũ respõdebo.Assentio tibi, vt in Formiano potissimũ cõmorer,& iã de supero mari perlabor,vt antea ad te scripsi , & quonã modo possem volũtati ei⁹ nullã reip.partẽ attingere.Q; laudas,quia obliuiscí me scripsi antefacta,& dicta nostri amici,ego vero ita facio:quin ea ipsa,q̃ ante cõmorant̃,secus ab eo in me ip̃m facta esse nõ memini: tãto plus apd me valere beneficii gratiã,q̃ iniurię dolorẽ volo.Faciamus igit̃,vt cẽses,colligamusq; nos.festino em̃ simillimus decurro,atq; cursu θέσεως meas cõmẽtari nõ desino.sed sunt q̃dam earũ p difficiles ad iudicãdũ.De optimatib⁹,sit sane ita,vt vis,sed nosti illud Διονύσιος ἐν κορίνθῳ. Tinii filius apud Cęsarẽ est.Q; aũt quasi vereri videris,ne mihi tua cõsilia displiceãt,me vero nihil delectat aliud,nisi cõsiliũ,& literę tuę.Quare fac vt ostendis,ne destiteris ad me quicqd tibi in mentẽ venerit, scribere:mihi nihil põt esse gratius.Venio ad alterã nunc epistolã. Recte non credis de numero militũ ipso:dimidio plus scripsit Clodia,falsum etiam de corruptis nauibus.Q; Coss.laudas,ego quoq; animũ laudo,consiliũ reprehendo. disperssione em̃ illorũ actio de pace sublata est,quã quidẽ ego meditabar.Itaq; postea Demetrii librũ de cõcordía tibi remisi,& Philotimo dedi.Nec vero dubito,quin exitiosum bellũ impẽdeat,cuius initiũ ducere t a fame:& me tñ doleo nõ itereſſe huic bello,in quo tãta vis sceleris futura est, vt cũ parẽteis nõ alere nefariũ sit,nostri principes antiqssimã,& sanctissimã parentẽ patriã fame necãdã putẽt.Atq; hoc nõ opinione timeo,sed iterfui sermonibus.Oĩs hęc classis,Alexãdria, Colchis,Tyro,Sidone,Andro,Cypro,Pãphylia,Lycia,Rhodo,Chio,Byzãtio,Lesbo,Smyrna,Mileto,Coo,ad intercludendos cõmeatus Italię,& ad occupandas frumẽtarias prouincias cõparat̃,ad quã veniet iratus,& iis quidẽ maxime,qui eũ maxime saluũ volebãt, quasi relictus ab iis,quos reliqt.Itaq; mihi dubitãti qd me facere par sit,permagnũ pondus affert beneuolẽtia erga illũ:qua dẽpta perire meli⁹ esset in patria,q̃ patriã seruãdo euertere.De Septẽtrione plane ita est.Metuo ne vexet̃ Epirus.Sed quẽ tu locũ Grecię nõ direptũ iri putas?p̃dicat.n.palã & militib⁹ ostẽdit,se largitiõe ipsa supiorẽ, q̃ hũc fore.Illud me p̃clare admones, cũ illũ videro,ne nimis indulgẽter,& vt cũ grauitate poti⁹ loquar.plane sic faciendũ.Arpinũ cũ eũ cõuenero,cogito,ne forte aut absim cũ veniet,aut cursẽ huc illuc via deterria.Bibulũ(vt scribis) audio venisse,& redisse prid.Id.Philotimũ(vt ais epl'a tertia)expectabas. At ille Id. a me p̃fectus est:eo seri⁹ ad tuã epl'am,cui ego stati rescripserã,reddite sunt meę literę.De Domitio vt scribis,ita opinor eẽ,vt & in Cosano sit,& cõsiliũ ei⁹ ignoret̃.Iste oĩm turpissim⁹ & sordi- Tertię. Antiquissimę cuiq;. Assentio. Dionysius Corinthi. Dimidio plus. Parẽteis nõ alere. Patriam fame necare. Illud me admones.

dissimus,q̄ cōsularia comitia a Prętore ait haberi posse,est idē,q̄ semp in rep.fuit. Itaq; nimirū hoc illud est,qđ Cęsar scribit in ea epistola,cui⁹ exēplū ad te misi, se velle vti cōsilio meo. Age esto hoc cōmune,est gratia ineptū id qdē,sed(puto)hoc simulat ad quasdā Senatorū sē tētias,dignitate fortasse sentētia cōsularis.Illud extremū ē ope oīm rerū: id ego suspicari cœpi ex tuis literis,aut hoc ipm esse,aut nō multo secus:nā pmagni ei⁹ interest rē ad iterregnū nō venire.Id assequet,si p Prę.Coss.creant.Nos aūt in libris habem⁹ nō modo Coss.a Prę,sed ne ptores qdē creari ius esse,idq; factū esse nusq̄.Coss.eo nō esse ius,q; mai⁹ imperiū a minore rogari nō sit ius.Prętores aūt,cū ita rogent,vt collegę Coss.sint,quoꝝ est maius imperiū,abe rit nō lōge,quin hoc a me decerni velit,neq; sit cōtētus Galba,Scęuola,Cassio,Antonio.τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών.Sed quāta tēpestas impēdeat,vides.qui trāsierint Senatores scribā ad te, cū certū habebo.De re frumētaria recte intellígis,q̄ nullo modo administrari sine vectigalib⁹ pōt:nec sine causa,& eos,q̄ circū eū illū sunt oīa postulātes,& bellū nefariū times. Trebatium nostrū,etsi(vt scribis)nihil bene spērat,tñ videre sane velim.quē fac horteris, vt pperet. opportune.n.ad me āte aduētū Cęsaris venerit.De Lanuuino statim vt audiui Fameā mortuū, optaui,si modo esset futura resp.vt id aliqs emeret meorū.Neq; tñ de te,q̄ maxime meus, cogitaui.Scribā.n.de quoto anno,& quantū in solo solere q̄rere nō solū Romę, sed etiā delitiū dígāma videre. Verūtamē ego illud,q̄q̄ est bellū,minoris ęstimo,q̄ ęstimabat Marcellino Cos. cū ego istos hortulos ppter domū antiquā,quā habebā,iucūdiores mihi fore putabā,& minore impēsa,q̄ si Tusculanū refecissem.volui N.S.& cū Q.egi p pdē ille daret, antiquū habe ret venale:noluit.Sed nūc oīa ista iacere puto ppter nūmorū caritatē:mihi qdem erit aptissimū,vel nobis potius,si tu emeris.Sed ei⁹ demētias caue contēnas:valde est venustū, q̄q̄ mihi ista oīa iā addicta vastitati vident.Respōdi epistolis trib⁹,sed expecto alias.nā me adhuc tuæ literę sustentarunt.Vale.

Interregnū

Imperium maius a m. r.i.nō est.

Delitiū digamma.

Hortuli.

Nummorū caritas.

T.P.ATTICO.

Liberalia.

DE Liberalib⁹ nihil habebā qđ scriberē:neq;.n.noui quicq̄ audierā, & ad tuas oēis rescripserā pridie.Sed cū me ęgritudo nō solū somno priuaret, verū ne vigilare qdē sine summo dolore paterer,tecū vt quasi loquerer, in quo vno acquiesco,hoc nescio qd nullo argumēto ppposito scribere instituí.Amēs mihi fuisse videor a principio,& me vna hęc res torquet,q; nō oībus in rebus labentē,vel potius ruentē Pōpeiū tanq̄ vnus manipularis secutus sim. Vidi hominē.XIIII.Cal.Feb.plenū formidinis.illo ipso die sensi,qd ageret.Nunq̄ mihi postea placuit,nec vnq̄ aliud in alio peccare destitit.nihil interim ad me scite, nihil nisi fugā cogitare. Quid quęris?Sicut ὧν τοῖσ ἐρωμένοισ alienant immūdę insulis,nudę decore,sic me illius fugæ, negligētięq; deformitas auertit ab amore.nihil.n.dignū faciebat, quare eius fugę comitē me adiungerē.Nunc emergit amor,nūc desideriū ferre nō possum,nūc mihi nihil libri, nihil literę,nihil doctrina ppdest.Itaq; dies & noctes tāq̄ auis illa mare pspecto,euolare cupio.dedo pœnas temeritatis meę. etsi q̄ fuit illa temeritas! qd feci nō cōsideratissime! Si.n.nihil pter fugā quęrerer,fugissem libētissime:sed genus belli crudelissimi,& maximi, qđ nondū vident hoīes quale futurū sit,phorrui.Quę minę municipiis!q̄ noīa etiā viris bonis! q̄ deniq; oībus,qui remansissent!q̄ crebro illud,Sulla potuit,ego nō potero!Mihi aūt hęserūt illa. Male Tarquini⁹ qui Porsenā,qui Octauiū Manliū cōtra patriā,impie Coriolanus,q̄ auxiliū pętiit a Volscis.recte Themistocles,q̄ mori maluit.nefarius Hippias Pisistrati fili⁹,q̄ in Marathonia pugna cecidit,arma cōtra patriā ferēs.At Sulla,& Marius,& Cinna recte,īmo iure fortasse. sed qd eorū victoria crudeli⁹!qd funesti⁹!Huius belli genus fugi,& eo magis,q; crudeli⁹ etiā cogitari, & parari videbā.me,quē nōnulli cōseruatorē istius Vrbis,quē parētē esse dixerūt,Getarū,& Armeniorū,& Colchorū copias ad eā adducere:me meis ciuib⁹ famē,vastitatē inferre Italię.nūc me primū mortalē esse,deinde etiā multis modis posse extingui cogitarā.Vrbē aūt,& populū nostrū seruandū ad īmortalitatē,quātū in nobis esset,putabā.Et tñ spēs q̄dā me obtētabat, fore,vt aliquid cōueniret potius,q̄ aut hic tantum sceleris,aut ille tantū flagitii admitteret. Alia res nunc tota est,alia mēs mea.Sol(vt est in tua quadā epistola)excidisse mihi e mundo vidēt. Vt ęgroto,dū anima est,spēs esse dicit,sic ego,quoad Pōpeius in Italia fuit, spērare nō destiti.Hęc me fefellerunt,&(vt verū loquar)ętas iā a diuturnis laborib⁹ deflexa ad otiū domesticarū me rerū delectatione molliuit.Nūc sine pęriculo experiundū erit:experiar certe, vt hinc auolem.Ante oportuit fortasse,sed ea quę scripsisti,me tardarunt,& auctoritas maxime tua.Nam cum ad hunc locū veníssem,euolui volumen epistolarū tuarum, quod ego sub si-

Pōpeii formido,& abiectus animus.

Infulę.

Sulla potuit,ego nō potero! In patriam pii & īpii.

Marathonia pugna.

Sol excidisse e mundo videtur.

Epistolę Atti. sub signo habitę.

gno habeo,seruoq; diligentissime.Erat igit in ea quã.X.Cal.Feb.dederas,hoc modo.Sed vi-
deamus & Cn.qd agat,& illius rationes quorsum fluant.q; si iste Italiã relinquet,faciet oĩno
male,&(vt ego existimo)ἀλογίστως.sed tum demum consilia nostra commutãda erunt. Hoc
scribis post diem quartũ,q̃ ab vrbe discessimus.Deinde.VIII.Calen.Feb. tantummodo. Cn.
noster ne,vt vrbem ἀλογίστως reliquit,sic Italiam relinquat?Eodem die das alteras literas, qui
bus mihi cõsulenti planissime respondes.est em̃ sic. Sed venio ad consultationẽ tuam.Si Cn.
Italia cedit,in vrbem redeũdum puto.Qui em̃ finis peregrinationis?Hoc mihi plane hęsit.& nunc ita video infinitum bellum iunctũ miserrima fuga,quã tu peregrinationem ὑποκορίζῃ appellas.Sequit χρησμός.VI.Cal.Feb.Ego,si Pompeius manet in Italia,nec res ad pactionẽ ve
nit,longius bellũ puto fore:sin Italiã relinquit,ad posterũ bellum ἄσπονδον strui existimo.Hu
ius igitur belli ego particeps,& socius,& adiutor esse cogor,qd & ἄσπονδον est cum ciuibus.
Deinde.VI.Id.Feb.cum iam plura audires de Pompeii consilio,concludis epistolã quandam
hoc modo.Ego quidẽ tibi nõ sum auctor,si Pompeius Italiã relinquit,te quoq; profugere.Sũ
mo.n. periculo facis,nec reip.proderis,q; quidẽ posterius poteris prodesse,si manseris.Quem
φιλόπατριν,καὶ πολιτικὸν,hominis prudẽtis, & amici tali admonitu,non moueret auctoritas?
Deinde.III.Id.Feb.iterũ mihi respondes cõsulenti sic.Qd queris a me,fugã ne fidam,an mo-
ram deserendã vtiliorem putem,ego vero in pręsentia subitum discessum,& pręcipitẽ profe-
ctionẽ tum tibi, tum ipsi Cn.inutilẽ,& periculosam puto,& satius esse existimo vos disperti
tos,& in speculis esse.Sed mediusfidi9 turpe nobis puto esse de fuga cogitare.Hoc turpe Cn.
noster biennio ante cogitauit,ita Sullaturit animus eius,& pscripturit iandiu.Inde, vt opi- Syllaturit
nor,cum ad me quędam ἀξιοπικώτερον scripsisses,& ego mihi te quędam significari putassem, animus ei9
vt Italia cederem,detestaris hoc diligenter.XI.Calenda.Mart. Ego vero nulla epistola signi- proscriptu
ficaui,si Cn. Italia cederet, vt tu vna cederes. aut si significaui, non dico fui inconstans, sed ritq;.
demens. In eadem epistola alio loco. Nihil relinquitur nisi fuga, cui te socium neutiq̃ puto
esse oportere,nec vnq̃ putaui. Totam autem hanc deliberationem euoluis accuratius in li-
teris.VIII.Calend.Mart.datis.Si M.Lepidus,& L.Volcatius remanent, manendum puto:ita
vt,si saluus sit Pompeius,& constiterit alicubi,hanc ἢ ἐκεῖνα relinquas,& te in certamine vin
ci cũ illo facilius patiaris,q̃ cũ hoc in ea,quę perspicit futura colluuie,regnare.Multa dispu-
tas huic sententię conuenientia.Inde ad extremũ.Si,inquis,Lepidus,& Volcatius discedunt,
plane ἀπορῶ.Qd euenerit igit,& qd egeris,σκεπτέον id putabo.si tum dubitares, nũc certe nõ
dubitas istis manẽtibus.Deinde in ipsa fuga.V.Cal.Mar.Interea non dubito,quin in Formia
no mansurus sis Commodissime em̃ τὸ μέλλον καταδοκήσας ad.VI.Calẽ.Mar.cum ille quintũ
iam diem Brundusii esset.tum poterimus deliberare,non scilicet in integra re,sed certe min9
infracta,q̃ si vna proieceris te.Deinde.IIII.Non.Mar.ἐν ἀπολογίᾳ quidem cum breuiter scriberes, Infracta.
tamen ponis hoc,Cras scribam plura,& ad omnia.Hoc tñ dicam,non pœnitere me cõsilii de
tua mansione:& q̃q̃ magna sollicitudine,tamẽ quia minus mali puto esse,q̃ in illa profectio-
ne,maneo in sententia,& gaudeo te mansisse.Cum vero iam angerer, & timerẽ ne quid a me
dedecoris esset admissum.III.Non.Mar.Tamen te non esse vna cũ Pompeio, nõ fero molestẽ.
postea si opus fuerit,nõ erit difficile:& illi quoquo tempore fiet,erit ἄσμενον.Sed hoc ita dí-
co,si hic qua ratione initium fecit,eadem cętera aget syncere,temperate,prudenter, valde vi
dero.consideratius vtilitati nostrę consuluero.VII.Id.Mar.scribis Pęduceo quoq; nostro pro
bari, q; quierim,cuius auctoritas multũ apud me valet.His ego tuis scriptis me cõsolor, vt
nihil a me adhuc delictum putem.Tu modo auctoritatem tuã defendito : aduersus me nihil
opus esse,conscius ego aliis.ego si nihil peccaui,reliqua tuebor.Ad ea tute hortare,& me o-
mnino tua cogitatione adiuua. Hic nihildum de reditu Cęsaris audiebatur. Ego his literis
hoc tamen profeci,perlegi omneis tuas,& in eo acquieui.Lentulum nostrũ scis Puteolis esse, Viator.
qd cum e viatore quodam esset auditum,qui se diceret,eũ in Appia via,cum is paulum lecti
cam aperuisset,cognosse, etsi vix verisimile videbatur,misi tamen Puteolos pueros, qui per-
uestigarent,& ad eum literas.inuentus est vix in hortis suis occultãs, literasq; mihi remisit,
mirifice gratias agens Cęsari.De suo autem consilio C.Cælio mandata ad me dedisse.eũ ego
hodie expectabam,idest.XIIII.Calen.Aprilis.Venit etiam ad me Matius Quinquatribus,ho Quinqua-
mo mehercule,vt mihi visus est,temperatus,& prudens.existimatus quidẽ est semper auctor tria festa.
otii.q̃ ille hęc non probare mihi quidem visus est:q̃ illã νεκυίαν(vt tu appellas)timere! Huic
ego in multo sermone epistolam ad me Cęsaris ostendi,eam,cuius exemplũ ad te antea misi, Exemplũ.

rogauiq; vt interpretaretur, quid esset, qđ ille scriberet, consilio meo se uti velle, gratia, dignitate, ope rerum omniũ. Respondit se nõ dubitare, quin & opem & gratiam meã ille ad pacificationem quęreret. Vtinam aliquod in hac miseria reip. πολιτικόν opus efficere, & nauare mihi liceat. Matius quidem & illum in ea sententia esse confidebat, & se auctorem fore pollicebatur. Cura vt valeas.

Nauare.

T. P. ATTICO.

Crassipes.

PRidie autẽ apud me Crassipes fuerat, qui se pridie Nonarũ Martii Brũdusio profectũ, atq; ibi Pompeiũ reliquisse dicebat. qđ etiã qui. VIII. Iduũ illinc profecti erant, nunciabãt. Illa vero omnes, in quibus etiã Crassipes, qui prudẽtia potius attendere sermones minaceis, inimicos optimatiũ, municipiorũ hosteis, meras proscriptiones, meros Sullas, quę Luceiũ loqui, quę totã Greciã, quę vero Theophanẽ. & tamen omnis spes salutis in illis est, & ego excubo animo, nec partem vllã capio quietis: & vt aspectus effugiã, cum dissimillimis nostris esse cupio. Quid. n. tu illuc Scipionẽ? quid Emagiũ? quid Libonẽ prętermissurũ sceleris putas? quorũ creditores cõuenire dicunt. Quid eos autẽ, cũ vicerint, in ciues effecturos? quam vero putas μικροψυχίαν nũc nostri esse? nunciant Aegyptũ, & Arabiã εὐδαίμονα cogitare, Hispaniam abiecisse, monstra narrãt, q̃ falsa esse possunt. sed certe & hęc pdita sunt, & illa nõ salutaria. Vale. Tuas literas iam desidero: post fugam nostrã nunq̃ iam nostrũ earũ interuallũ fuit. Misi ad te exemplũ literarũ mearũ ad Cęsarem, quibus me aliquid profecturum puto. Vale.

Excubo animo.

M. T. CICERO. C. CAESARI. S.

VT legi tuas literas, quas ab Furnio nostro acceperã, quibus mecum agebas, vt ad Vrbem essem, te velle vti cõsilio, & dignitate mea, minus sum admiratus. De gratia, & de opę quid significares, mecũ ipse quærebã: spẽ in deducebar ad eã cogitationẽ, vt te pro tua admirabili, ac singulari sapientia, de otio, de pace, de concordia ciuiũ agi velle arbitrarer, & ad eã rationẽ existimabã satis aptã esse naturã, & personã meã. Qđ si ita est, & siqua de Põpeio nostro tuẽdo, & tibi, ac reip. recõciliando, cura te attingit, magis idoneũ, q̃ ego sum, ad eam causam profecto reperies neminẽ, qui & illi semper, & Se natui cũ primũ potui, pacis auctor fui. Nec sumptis armis belli vllam partẽ attigi, iudicauiq; te eo bello violari, contra cuius honorẽ Po. Ro. beneficio cõcessum, inimici, atq; inuidi niterẽtur. Sed vt eo tempore non modo ipse auctor dignitatis tuę fui, verũ etiã cęteris auctor ad te adiuuandũ, sic me nũc Põpeii dignitas vehemẽter mouet. Aliquot em̃ sunt anni, cũ vos duos elegi, quos pręcipue colorẽ, & quib9 esse m, sicut sum, amicissimus. Quãobrẽ a te peto, vel potius precibus omnibus oro, & obtestor, vt in tuis maximis curis aliqd impertias tẽporis huic quoq; cogitationi, & tuo beneficio bonus vir, gratus, pius deniq; esse in maximi beneficii memoria possim. Quę si tantũ ad me ipsum pertinerẽt, sperarem me a te tñ impetraturũ: sed vt arbitror, & ad tuã fidem, & ad rẽpu. pertinet, me & pacis vtriusq; vestrũ, & ad ciuiũ concordiam, per te, q̃accõmodatissimũ cõseruari. Ego cũ antea tibi de Lentulo gratias egissem, cum eius saluti, qui mihi fuerat, fuisses, tamen eius literis lectis, quas ad me gratissimo animo de tua liberalitate, beneficioq; misit, eandẽ me salutẽ a te accepisse putaui, quã ille. In quẽ si me intelligis esse gratũ, cura obsecro, vt etiã in Pompeiũ esse possim. Vale.

Postulata Cic. a Cęsa.

T. P. ATTICO.

EGebam tuas literas. XIII. Cal. cũ mihi epistola affert̃ a Lepta, circũuallatum esse Pompeiũ, ratibus etiã exitus portus teneri. Nõ mediusfidius prę lachrymis possem reliqua nec cogitare, nec scribere, misi ad te exemplum. Miseros nos, cur nõ omnes fatum illius vna executi sum9? Ecce eadẽ a Matio, & Trebatio, quibus Minturnis obuii Cęsaris Tabellarii. torqueor infelix, vt iam ille Mutianum exitũ exoptẽ. At q̃ honesta, at q̃ expedita tua consilia? q̃ euigilata tuis cogitationibus, qua itineris, qua nauigationis, qua cõgressus, sermoniq; cũ Cęsare? omnia tum honesta, tum cauta. In Epeirũ vero inuitatio q̃ suauis? q̃ liberalis? q̃ fraterna? De Dionysio sum admiratus, qui apud me honoratior fuit, q̃ apud Scipionẽ Panętius, a quo impurissime hæc nostra fortuna despecta est. Odi hominẽ, & odero. Vtinam vlcisci possem. sed illũ vlciscentur mores sui. Tu quęso nunc vel maxime quid agendũ nobis sit, cogita. Populi Ro. exercitus Cn. Pompeium circunsidet, fossa & vallo septum tenet, fuga phibet. Nos viuiq

Illũ vl. mo. sui.

Pompeii obsessio.

mus,& ſtat Vrbs iſta! Prętores ius dicũt! Aediles ludos parant! viri boni vſuras perſcribũt! ego ipſe ſedeo! Coner illuc ire vt inſanus! implorare fidẽ municipiorũ! boni nõ ſequent, leues irridebunt, rerũ nouarũ cupidi victores pręſertim,& armati, vim & manus afferẽt. Quid cẽſes igit! & quidnã eſt tui conſilii ad finẽ huius miſerrimę vitę! nunc doleo, nũc torqueor, cũ quidẽ, aut ſapiens videor, ꝙ vna nõ ierim, aut felix fuiſſe: mihi cõtra. Nunq̃ em̃ illius victorię ſocius eſſe volui, calamitatis mallẽ fuiſſe. Quid ego nunc tuas literas! quid tuã prudentiã, aut beneuolentiã implorem! actũ eſt. Nulla re iam poſſum iuuari, qui ne quid optẽ quidẽ iam habeo, niſi vt aliqua inimici miſericordia liberer. οὐκ ἐς ἔτυμος λόγος (vt opinor) ille de rationibus. Quid em̃ eſt, ꝙ Dolobella his literis, quas. III. Id. Mar. a Brunduſio dedit, hanc εὐημερίαν Cęſaris quaſi ſcriberet, Pompeium in fuga eſſe! eũq; primo vento nauigaturũ! qđ valde diſcrepat ab his epiſtolis, quarum exempla antea ad te miſi. Hic quidẽ mera ſcelera loquuntur: ſed nec erat recentior auctor, nec huius rei quidem melior Dolabella. Vale.

T.P.ATTICO.

IVas. XI. Cal. accepi literas, quibus oĩa cõſilia differs in id tẽpus, cũ ſcierim⁹ quid actum ſit, & certe ita eſt: nec interim poteſt nõ modo ſtatui, ſed nec cogitari quidẽ. q̃q̃ hę mihi literę Dolabellę, iubent ad priſtinas cogitationes reuerti. Fuit em̃ pridie Quinquatriis egregia tẽpeſtas, qua ego illum vſum puto. σωσπωγὴ cõſiliorũ tuorum nõ eſt a me collecta ad querelam, ſed magis ad conſolationem meã. Nec em̃ me tã hęc mala angebant, q̃ ſuſpitio culpę, ac teritatis meę, eam nullã puto eſſe, qm̃ cum conſiliis tuis mea & facta, & conſilia cõſentiunt. Qz mea pdicatione factũ eſſe ſcribis magis q̃ illius merito, vt tantũ ei debere viderer, eſt ita. ego illum extuli ſemper, & eo quidẽ magis, ne quid ille ſuperiorũ meminiſſe me putaret: quę ſi maxime meminiſſem, tñ illius tẽporis ſimilitudinẽ iã ſequi deberẽ. nihil me adiuuit, cũ poſſet, & poſtea fuit amicus, & tã valde, & quã ob cauſam, plane ſcio. Ergo ego quoq; illi. qn etiã illud par in vtroq; noſtrũ, ꝙ ab eiſdẽ dilecti ſumus. ſed vtinã tantũ ego ei prodeſſe potuiſſem quãtũ ille mihi potuit. mihi tñ qđ fecit, eſt gratiſſimũ. nec ego eũ nũc iuuare qua re poſſum, ſcio: nec ſi poſſem, cũ tã peſtiferũ bellũ pararet, adiuuandũ putarẽ. tantũ offendere aĩm ei⁹ hic manẽs nolo. nec mehercule iſta videre, quę tu potes iam aĩo prouidere, nec intereſſe iſtis malis poſſem. Sed eo tardior ad diſcedendũ fui, ꝙ difficile eſt de diſceſſu voluntario ſine vlla ſpe reditus cogitare. Nã ego hũc ita paratũ video pęditatu, equitatu, claſſibus, auxiliis Gallorũ, quos Matius σαλπίζειν (vt puto) ſed certe dicebat peditũ, equitũ ſe polliceri ſumptu ſuo annos decẽ. ſed ſit hoc πλάσμα, magnas habet certe copias, & habebit nõ ille vectigal, ſed ciuiũ bona. Adde cõfidentiã hoĩs, adde imbecillitatem bonorũ virorum: qui quidẽ, ꝙ illum ſibi merito iratum putãt, oderũt, vt tu ſcribis, ludũ: ac vellem. Scribis, quiſnã hęc ſignificaſſet! ſed & iſte, quia plus oſtenderat q̃ fecit, & vulgo illũ, qui amarũt, nõ amãt. Municipia vero, & ruſtici Romani illũ metuũt, hunc adhuc diligũt. Quare ita paratus eſt, vt etiã ſi vincere nõ poſſit, quomodo tñ ipſe vinci poſſit, nõ video. Ego aũt nõ tam τακτείαν huius timeo, q̃ παθαναγκίαν. αἱ γὰρ τυράννων δυνάμεις, inquit πλάτων, οὐδὲν ὅλως μεμιγμέναι ἀνάγκαις εἰσίν. Video tibi non probari, q̃ ne mihi quidẽ placebãt, ſed habebam in illis, & occulte ſic oẽm, & ὑπαρεσίαν, fidelẽq; ſi mihi Brũduſii ſuppetãt, mallẽ. ſed ibi occultatio nulla eſt. Verũ (vt ſcribis) cũ ſcim⁹, viris bonis me nõ nimis excuſo. Quas eo. n. cœnas & facere, & obire ſcripſit ad me Seſtus, q̃ lautas, q̃ tẽpeſtiuas! Sed ſint q̃ uis boni, nõ ſunt meliores q̃ nos. mouerẽt me ſi eſſẽt fortiores. De Lanuuino Phamea erraui, Troianũ ſomniauerã id ego, voluiq;, ſed pluris ẽ iſtuc, tñ me cupere memor eſt, nullã ſpem fruendi, vt de re in nos, q̃ mõſtra quotidie intelligamus exilio libelli, q in epiſtolam coniectus eſt. Lẽtulus noſter Puteolis eſt ἀδημονῶν, vt Cęcius narrat. quid agat! δια ξοπὴν Corfinienſem reformidat: Pompeio nunc putat fatisfactum. beneficio Cæſaris mouet, ſed tamen mouetur magis proſpectare, nec hęc poſſe ferre. Omnia miſera, ſed hoc nihil miſerius. Pompeius Maium de pace miſit, & tñ oppugnatur, qđ ego nõ credebã. Sed habeo a Balbo literas, quarũ ad te exemplũ miſi. lege quęſo & illud infimũ caput ipſi⁹ Balbi optimi. Cui Cn. noſter locũ vberẽ, vt hortos ędificaret, dedit, quẽ cui noſtrũ non ſępe prętulit! Itaq; miſer torquet. ſed ne bis eadem legas, ad ipſam te epiſtolã reiicio. ſpem autẽ pacis habeo nullã. Dolabella ſuis literis Id. Mar. datis, merũ bellũ loquitur. Maneamus ergo in illa eadẽ ſentẽtia miſera, & deſperata, quando hoc miſerius eſſe nihil poteſt. Vale.

Tempeſtas Quinquat. Synagoga conſiliorũ. Plaſma. Cõfidẽtia. Phamea. Merũ bellũ loquitur.

L.COR.BAL.M.T.CICERONI IMPE.S.D.

Literę Cęsaris. CAesar nobis literas pbreues misit, quarũ exẽplũ subscripsi. breuitate epistolę scire poteris eũ valde esse distẽtũ, q̃ tãta de re tã breuiter scripserit. Si qd p̃ terea noui fuerit, statim tibi scribã. Cæsar Oppio, Cornelioq; .S. Ad. VII. Id. Mar. Brũdusiũ veni. ad murũ castra posui. Põpei⁹ ẽ Brũdusii, misit ad me Cn. Magiũ de pace. q̃ visa sunt, respõdi. Hoc vos statim scire volui. cũ in spẽ venero de cõpositione aliqd me cõficere, statim vos certiores faciã. Valete. Quomodo me nũc putas mi Cicero torqueri, postq̃ rursus in spẽ pacis veni, nequa res cõpo sitionẽ eor̃ impediat! Nãq; qd absens facere possum, opto: q; si vna essem, aliqd fortasse pficere possem. Nunc expectatione crucior. Vale.

T. P. ATTICO.

Literę Cęsaris. MIseram ad te. VIII. Cal. exẽplũ epistolę Balbi ad me, & Cęsaris ad eũ. Ecce tibi eodẽ die Capua literas accepi ab Q. Pedio, Cęsarẽ ad se pridie Id. Mar. missas se literas hoc exẽplo. Põpeius se oppido tenet. nos ad portas castra habem⁹. conamur opus magnũ, & multorũ dierum propter altitudinẽ maris: sed tñ nihil est, qd potius faciamus. Ab vtroq; portus cornu moleis iacim⁹, aut vt illũ q̃primũ traiicere qd habet Brũdusii copiarũ cogam⁹, aut exitu phibeamus. Vale. Vbi est illa pax, de qua Balbus scripserat torqueri se! Et quid acerbius! & quid crudelius! Atq; eũ loqui quiddã ἀυθεν ἁκῶσ narrabat, Cn. Carbonis, M. Bruti se pœnas psequi, oĩmq; eorũ, in quos Sulla crudelis hoc socio fuisset. nihil Curione se duce facere, qđ non hic Sulla duce feciſſet. Ad ambitionẽ, quibus exilii pœna superioribus legibus non fuisset, ab illo patrię pditores de exilio reductos esse. queri de Milone per vim expulso. Neminẽ tñ se violaturum, nisi qui arma hęc cõtra se mouerũt. Bebius quidã a Curione. III. Id. profectus, homo nõ infans, sed quis vlli nõ dicat! plane nescio quid agã. illinc quidẽ Cn. profectũ puto. Quicqd est, biduo sciemus. A te nihil ne ante prorsus quidẽ quid literarum, nec mirum. Quid eñ est qd scribamus! Ego tamẽ nullum diem prętermitto. Scripta epistola, literę mihi ante lucem a Lepta Capuæ reddite sunt, Id. Mar. Pompeium a Brundusio cõscendisse, at Cęsarem ad. VII. Calen. Aprilis Capuę fore. Vale.

Sulla.

T. P. ATTICO.

Spectare. CVm dedissem ad te literas, vt scires Cęsarẽ Capuę. VII. Cal. fore, allatę mihi sunt literę, eũ in Albano apud Curionẽ. V. Cal. fore. Eũ cũ videro, Arpinum pergã. Si mihi veniã, quã peto, dederit, vtar cõditione: sin minus, impetrabo aliqd a me ipso. Ille, vt ad me scripsit, legiones singulas posuit Brũdusii, Tarenti, Siponti. claudere mihi videt maritimos exit⁹, & tñ Greciã spectare potius q̃ Hispanias, sed hę lõgius absunt. Me aũt nũc & cõgressus huius stimulat (is vero adest) & primas ei⁹ actiones horreo. Volet. n. (credo) S. C. facere. volet Augurũ decreta. rapiemur, aut absẽtes vexabimur, vel vt Coss. roget Prętor vel Dictatorẽ dicat, quorũ neutrũ ius ẽ. & si Sulla potuit efficere, ab interrege vt dictator diceret, & magister eqtũ, cur hic nõ possit! Nihil expedio, nisi vt aut ab hoc tanq̃ Q. Mutius, aut ab illo tanq̃ L. Scipio. Cũ tu hęc leges, ego illũ fortasse cõuenero ne illud qdẽ nostrũ ppriũ. Erit. n. spes ppinqui redit⁹, erit hoĩm q̃rela: nũc exire cupimus, qua spe reditus, mihi qdẽ nũq̃ in mentẽ venit. Nõ modo aũt nulla q̃rela est municipaliũ hoĩm, ac rusticorũ, sed cõtra metuũt, vt crudelẽ, iratũ. Nec tñ mihi qcq̃ est miserius, q̃ remãsisse, nec optati⁹, q̃ euolare, nõ tã ad belli, q̃ ad fugę societatẽ. Sed tu oĩa cõsilia differebas in id tps, cũ scirem⁹, q̃ Brũdusii acta essent. scim⁹ nẽpe. hęremus nihilo minus. vix. n. spero mihi hũc veniã daturũ, etsi multa affero iusta ad impetrandũ. sed tibi oẽm illius, meũq; sermonẽ oĩbus verbis expressum, statim mittã. tu nũc oĩ amore enitere, vt nos cura tua, & puidentia iuues. Ita subito accurrit, vt ne Trabiliũ qdem, vt cõstituerã, possim videre. oĩa nobis imparatis agẽda. ἄλλα μὲν ἀυτὸς vt ait ille, ἄλλα δὲ κραὶ δαίμων ὑποθή σεται. Sed tñ quicqd egero, cõtinuo scies. Mãdata Cęsaris ad Coss. & ad Põpeiũ quę rogas, nulla habeo. q̃ descripta attulit, illa e via misi ad te, e qbus mãdata puto itelligi posse. Philippus Neapoli est, Lẽtulus Puteolis. De Domitio, vt facis, sciscitare vbi sit, quid cogitet. Q; scribis aspęri⁹ me, q̃ mei patiant mores, de Dionysio scripsisse, vide q̃ sit antiquorũ hoĩm. te mediusfidius hãc rẽ grauius putaui laturũ esse, q̃ me. Nã pterq̃ q; te moueri arbitror oportere iniuria, q̃ mihi a quoq̃ facta sit, pterea te in sum quonãmodo hic violauit, cũ in me tã iprob⁹ fuit! Sed tu id quãti ęstimes, tuũ iudiciũ est, nec tñ in hoc tibi qcq̃ oneris ipono. ego aũt illũ male sanũ semp putaui, nũc etiã ipurũ, & sceleratũ puto, nec tñ mihi imitiorẽ, q̃ sibi. De Philargy-

Interrex.

Ad impetrandum.

Dionysii iusta taxatio.

Impurus.

ro bene cauſam certe habuiſti,& verã,& bonã:relictũ eſſe me potius,q̃ reliquiſſe.Cũ dediſſem iã literas ad.VIII.Cal.quos pueros cũ Matio,& Trebatio miſerã,epiſtolã mihi attulerũt hoc exẽplo. Matius,& Trebati⁹ Ciceroni ĩperatori S.Capua cũ exiſſem⁹,in itinere audiuim⁹ Põ peiũ Brũdufio ad.XVI.Cal.Apri.cũ oĩbus copiis,quas habuerat,pfectũ eſſe. Cęſarẽ poſtero die in oppidũ introiſſe,cõcionatũ eſſe,inde Romã cõtẽdiſſe,velle ante Cal.eſſe ad vrbẽ,& pau culos dies ibi cõmorari,deide in Hiſpanias ꝓficiſci.Nobis nõ alienũ viſum eſt, qm̃ de aduẽtu Cęſaris ꝓ certo habebamus,pueros tuos ad te remittere,vt id tu q̃primũ ſcires. Mãdata tua nobis curę ſunt,eaq; vt tẽpus poſtularit,agem⁹.Trebati⁹ Scęuola facit, vt antecedat. Epĩa cõ ſcripta,nunciatũ eſt nobis,Cęſarẽ ad.VIII.Cal.Capuę,ad.VII. ¡Sinueſſę. hoc ꝓ certo putauimus. Vale. Brunduſiũ captũ.

T.P.ATTICO.

CVm quid ſcriberẽ ad te nihil haberẽ,tm̃ ne quẽ diẽ intermitterẽ, has dedi literas.Ad.VII.Cal.Cęſarem Sinueſſę mãſurũ nũciabãt.ab eo mihi literę reddite ſunt ad.VI.Cal.quibus iã opes meas, nõ vt in ſuperioribus literis,opẽ expectat.Cũ ei⁹ clemẽtiã Corfiniẽſem illã per literas collaudauiſſem, reſcripſit hoc exẽplo. Cęſar imperator Ciceroni ĩperatori S.Recte auguraris de me(bene.n.tibi cognit⁹ ſum)nihil a me abeſſe lõgius crudelitate. Atq; ego cũ ex ipſa re magnã capio voluptatẽ,tũ meũ factũ probari abs te triũpho,& gaudeo.Neq; illud me mouet,ꝙ ii q a me dimiſſi ſunt,diſceſſiſſe dicunt,vt rurſus mihi bellũ inferrẽt. Nihil em̃ malo,q̃ & me mei ſimilẽ eſſe,& illos ſui.Tu velim ad Vrbẽ mihi pſto ſis,vt tuis conſiliis, atq; opibus(vt cõſueui)in oĩbus reb⁹ vtar.Dolabella tuo nihil ſcito mihi eſſe iucũdius. hãc adeo habeo gratiã illi,neq; em̃ aliter facere poterit.tãta eius humanitas,is ſenſus,ea in me eſt beneuolentia.Vale. Cęſaris reſcriptio. Me mei ſi, & il.ſui.

T.P.ATTICO.

TRebatium.XI.Cal.quo die has literas dedi,expectabã.ex eius nũcio Matiiq; literis meditabar,quomodo cũ illo loquar.O tẽpus miſerũ.nec dubito,quin a me cõtẽdat,ad Vrbẽ veniã.Senatũ em̃ Cal.velle ſe frequentẽ adeſſe, etiam Formiis ꝓſcribi iuſſit.Ergo ei negandũ eſt?Sed quid ꝓcipiat,ſentiã,& ſtatim ad te perſcribam oĩa.ex illius ſermone ſtatuã,Arpinũ ne mihi eundum ſit,an quo alio.Volo Ciceroni meo togã purã dare.iſtic puto.Tu quęſo cogita,quid deinde.nam me hebetẽ moleſtiæ reddiderunt.A Curione velim ſcire & quid ad te ſcriptum ſit de ¡Tirone.Ad me em̃ ipſe Tiro ita ſcripſit,vt verear,quid agat.Qui aũt veniũt inde,id modo nunciant.Sane in magnis curis etiã hęc me ſollicitant,in hac em̃ fortuna perutilis eius,& opera,& fidelitas eſſet. Vtrunq; ex tuo conſilio : nam & oratio fuit ea noſtra, vt bene potius ille de nobis exiſtimaret,q̃ gratias ageret:& in eo mãſimus,ne ad Vrbem. illa fefellerũt,facilem ꝙ putaram⁹,nihil vidi minus.damnari ſe noſtro iudicio:tardioris fore belli,ꝙ cum iis Sinueſſam non venerimus.Dicere ego, diſſimilem illorum eſſe cauſam.tum multa.Veni igitur,& age de pace.meo ne inquã arbitratu!An tibi,inquit,ego ꝓſcribam!Sic inquam agam,Senatui non placere in Hiſpanias iri,nec exercitus in Græciam trãſportari,multaq; inquam digna eo deplorabo.Tum ille.Ego vero iſta dici nolo.Ita putabam inquam: ſed ego eo nolo adeſſe,ꝙ aut ſic mihi dicẽdum eſt,multaq;,quę nullo modo poſſem ſilere, ſi adeſſem,aut non veniendum.Summa fuit,vt ille quaſi exitum quęrens vt deliberarem,nõ fuit rogandum.ita diſceſſimus.Credo igitur hunc me non amare.At ego me amabo,qđ mihi prídẽ vſu non venit.Relíqua o Dii,q̃ comitatus!quæ,vt tu ſoles dicere,νεκυία, in qua erat area ſcelerum!O rem perditam.o copias deſperatas.Quid S.Seruii filius!quot in his caſtris fuerunt, quibus Pompeius circunſederetur!ſex legiones.multum vígílat, audet, nullum video finem mali.Nunc certe promenda tibi ſunt cõſilia.Hoc fuerat extremum.illa tamen κατάλγιον illius eſt odioſa,quam pene pręterii:ſi ſibi conſiliis noſtris vti non liceret,vſurum quorum poſſet, ad omniaq; eſſe diſceſſurum.Vidiſti igitur virũ,vt ſcripſeras!ingemuiſti!certe.cedo relíqua. Quid!cõtinuo ipe in Puteolanum,ego Arpinum.inde expecto quidem,ἀλλὰ πελέαω illã tuam. Tu,mallem,inquies,actum ne agas.etiam illum ipſum,quem ſequimur,multa fefellerunt.ſed ego tuas literas expecto.Nihil eſt enim iam,vt antea videamus hoc quorſum euadat.Extremum fuit de congreſſu noſtro,quo quidem non dubito,quin iſtum offenderim:eo maturius agendum eſt.Amabo te,epiſtolam πολιαλλώ.Valde tuas literas nunc expecto. Vale. Toga pura Amabo me Area ſceleꝛum. Circũſedeꝛetur. Actum ne agas.

T.P.ATTICO.

Toga pura

EGo meo Ciceroni, quoniã Roma caremus, Arpini potissimũ togã purã dedi: idq; municipibus nostris fuit gratũ: etsi oẽis, & illos, & qua iter feci, mœstos, afflictosq; vidi. tã tristis, & tã atrox est ἀναθεώρησις huius ingẽtis mali. Delectus habet, in hyberna deducunt. Ea, quę etiã cũ a bonis viris, tũ iusto in bello cũ modeste fiunt, tñ ipsa per se molesta sunt, q̃ cẽses acerba nunc esse, cũ a perditis in ciuili nefario bello pętulantissime fiant! Caue aũt putes quẽq̃ hoiem in Italia turpẽ esse, qui hinc abſit. Vidi ipse Formiis vniuersos: neq; mehercule vnq̃ hoies putaui, & norã omneis, sed nunq̃ vno loco viderã. Pergamus igit quo placet, & nostra oia relinquamus. Proficiscamur ad eũ, cui gratior noster aduẽtus erit, q̃ si vna fuissem9. tum em̃ eram9 in maxima spe: nũc ego qdẽ in nulla, nec pter me quisq̃ Italiã gessit, nisi q hũc inimicũ sibi putaret. Nec mehercule hoc facio reip. causa, quã funditus deletã puto, sed ne qs me putet ingratũ in eũ, qui me leuauit iis incõmodis quibus idẽ affecerat: & simul q̃ ea, quę fiũt, aut q̃ certe futura sunt, videre nõ potero. Etiam

Volcatii sententia.

equidẽ Sena. Consul. facta q̃dã iã puto: vtinã in Volcatii sentẽtiã. sed qd refert! etem̃ vna sententia oim. Sed erit iniustissimus Seruius, qui filiũ misit ad affligẽdũ Cn. Pompeiũ, aut certe capiendũ cũ Pontio Titiniano. etsi hic quidẽ timoris causa, ille vero nõ. Sed stomachari desinamus, & aliqñ sentẽtiã terminem9, vt nihil noui, nisi id qd vellẽ, minimũ spiritũ reliquũ eẽ.

Mare superũ & iferũ.

Nos, q̃m superũ mare obsideт, infero nauigabim9: & si Puteolis erit difficile, Crotonẽ pętem9, aut Thurios, & boni ciues amãtes patrię mare infestũ habebim9. Aliã rationẽ huius belli gerendi nullã video. in Aegyptũ nos abdimus. exercitu pares esse nõ possum9. pacis fides nulla est. sed hęc satis deplorata sunt. Tu velim literas Cephaloni des de oĩbus rebus actis, deniq; etiã de sermonib9 hoim, nisi sane obmutuerũt. Ego tuis consiliis vsus sum, maxime q̃ & grauitatẽ in cõgressu nostro tenui, quã debui, & ad vrbẽ vt nõ accederẽ, perseueraui. Qd supest,

Quod supest.

scribe queso q̃accuratissime (iam em̃ extrema sunt) qd placeat, quid censeas. & si iã nulla dubitatio est, tamen si quid, vel potius quicquid veniet in mentẽ, scribas velim. Vale.

M. T. C. EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER DECIMVS.

T. P. ATTICO.

Salvere.

TErtio Nonarũ, cũ in Laterium fratris venissem, accepi literas, & paulum respiraui, qd post has ruinas mihi nõ acciderat. Per em̃ magni ęstimo tibi firmitudinẽ animi nostri, & factũ nostrũ p̃bari. Sexto. n. nostro q̃ scribis probari, ita lętor, vt me, quasi patris ei9, cui semper vni tribui plurimũ, iudicio cõprobari putẽ: qui mihi, qd sæpe soleo recordari, dixit olim Nonis illis Decemb. cũ ego, Sexte, quidnã ergo! quid! ille, ἀλλὰ μέγα ἔξεις, τὴν ἡμῖν ἐωσμένοισι πυθέσθαι. Eius igit mihi viuit auctoritas, & simillimus ei9 filius eodẽ est apud me pondere, quo fuit ille: quẽ saluere velim iubeas plurimũ. Tu tuũ consiliũ, etsi nõ in longinquũ tẽpus differs: iã em̃ illũ emptũ pacificatorẽ peroras se puto, iam actũ aliqd esse in consessu Senatorũ: tñ suspensum me detines, sed eo minus, q̃ nõ dubito, qd nobis agẽdũ putes. Quid. n. Flauio legionẽ, & Siciliã dari scribis! & id iã fieri! q̃ tu

Lex Solonis Attici popularis.

scelera partim parari, & iã cogitari, partim ex tẽpore futura cẽses! Ego vero Solonis popularis tui, &, vt puto, etiã mei, legẽ negligã, qui capite sanxit, si quis in seditione non alterutrius partis fuisset: nisi tu aliter censes: & hinc abero, & filii. sed alterũ mihi est certius, nec p̃ripiã tñ, expectabo tuũ consiliũ, & eas literas, nisi alias iam dedisti, quas scripsi, vt Cephaloni dares. Qd scribis, nõ quo aliunde audieris, sed te ipsum putare, me attractũ iri, si de pace agat: mihi oĩno nõ venit in mẽtẽ, q̃ possit actio eẽ de pace, cũ illi certissimũ sit, sese posse expoliare exerci

Sũmarius.

tu, & p̃uincia Põpeiũ, nisi forte iste summarius ei põt p̃suadere, vt dũ oratores cantẽt, rideãt, quiescãt, nihil video qd sperẽ, aut quid iã putẽ fieri posse. Sed tñ hois hoc ipm p̃bi est, & magnũ sit, τῶν πολιτικωτάτων σκέμματα, veniendũ ne sit in cõsiliũ Tyranni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit. Quare, si quid eiusmodi euenerit, vt accersamur, qd eqdẽ nõ curo. quid em̃ essem de pace dicturus, dixi. ipse valde repudiauit. sed tñ si qd acciderit, qd censeas mihi faciẽ

Trebatius.

dum, vtiq; scribito. Nihil. n. mihi adhuc accidit, qd maioris cõsilii esset. Trebatii boni viri, & ciuis verbis te gaudeo delectatum, tuaq; ista crebra ἐπιφωνήσεις τέρπει, me sola adhuc delecta-

uit.Literas tuas veheměter expecto,quas qdē credo iā datas esse.Tu cū Sexto seruasti grauitatē eandē,quā mihi pcipis.Celer tuus disertus magis est,q̄ sapiens. De iuuenibus,q̄ ex Tullia audisti,vera sunt.M.Antonii istud qđ scribis,nō mihi videť tā re esse triste,q̄ verbo.hæc est ἄλωσις,in qua nūc sum⁹ mortis instar.aut.n.mihi libere inter malos πολιτεύεσθαι fuit,aut vel periculose cū bonis:aut nos temeritatē bonoꝝ sequamur,aut audaciā improboꝝ insectemur.vtrūq; periculosum est.At hoc qđ agimus,nec turpe,nec tñ tutū. Istū,q filiū Brūdusiū de pace misit.De pace idē sentio,qđ tu,simulationē eē apertā: parari aūt bellū acerrimū. Me legatū iri non arbitror,cuius adhuc(vt optaui)mentio facta nulla sit: eo mín⁹ habeo necesse scribere,aut etiam cogitare,quid sim facturus,si acciderit,vt legarer. Vale. Disert⁹ magis q̄ sapiēs Halosis.

T.P.ATTICO.

EGo cū accepissem tuas literas Nonis April.quas Cephalio attulerat, essem q; Minturnis postridie māsurus,protinus sustinui me in Arcano fratris, vt dū aliqd certius afferreť,occultiore in loco essem⁹,agerēturq; nihilo mín⁹, q̄ sine nobis agi possunt.Iā adest,& animus ardet,nec est quicq̄ quo,& qua. sed hęc nostra erit cura,& pēritorū.Tu tñ,qđ poteris , vt adhuc fecisti,nos cōsiliis iuuabis.Res sunt inexplicabiles.Fortunę sunt cōmittēda oīa:sine spe conamur vlla.Melius si qd acciderit,mirabimur.Dionysiū nolim ad me profectū, de quo ad me Tullia mea scripsit.sed & tempus alienum est,& homini non amico nostra incommoda, tanta præsertim,spectaculo esse nollem,cui te meo nomine inimicum esse nolo.Vale. Arcanum. Dionysius inimicus Ciceronis.

T.P.ATTICO.

CVm qd scriberē,plane nihil haberē,hęc aūt reliqua essent,q̄ scire cuperē,p fectus ne esset:quo in statu vrbē reliquisset:in ipa Italia,quē cuiq; regioni, aut negotio pfecisset:& q essent ad Pōpeiū,& ad Coss.ex S.C.de pace legati.Vt igiť hæc scirē,dedita opera has ad te literas misi.Feceris igiť cōmode,mihiq; gratū,si me de his rebus,& si qd erit aliud,qđ scire opus sit,feceris certiorē.Ego in Arcano opperior,dū ista cognosco.Ad.VII.Iduū alterā tibi eodē die epistolā dictaui,& pridie dederā mea manu lōgiorē.Visum te aiunt in Regia, nec reprehēdo,qppe cū ipse istā reprehēsionē nō fugerim.sed expecto tuas literas. Neq; iā sane video,quid expectē:sed tñ etiā si nihil erit,id ipsum ad me velim scribas.Cęsar mihi ignoscit p literas,q; nō venerim,seseq; in optimā ptē id accipe dicit.Facile patior,qđ scribit,secū Tullū,& Seruiū questos esse,qa nō idē quoq; sibi,qđ mihi remisisset.homines ridiculos,q cū filios misissent ad Cn.Pōpeiū circūsedēdū,ipsi in Senatū venire dubitarent.Sed tñ exēplū misi ad te Cæsaris literarum.Vale. Arcanum. Visus in regia Attic⁹. Ridículos homines.

T.P.ATTICO.

MVltas a te accepi literas eodē die,oēis diligēter scriptas.Ea vero q̄ voluminis instar,erat sępe legēda,sicuti facio:in qua nō frustra laborē suscepisti,mihi qdē pgratū feciſti.Quare,vt id quoad licebit,idest quoad scies vbi sum⁹, q̄ sæpissime facias,te veheměter rogo.At deplorādi quidē,qđ quotidie facimus,sit iā nobis,aut finis oīno,si pōt,aut moderatio q̄dā,qđ profecto pōt. Nō em̄ quā dignitatē,quos honores,quē vitę statū amiserim,cogito,sed qd cōsecutus sim,quid præstiterim,qua in laude vixerim : his deniq; in malis qd interfit inter me,& istos,quos ppter oīa amisimus.Hi sunt,qui nisi me ciuitate expulissent,obtinere se nō posse putarūt licētiā cupiditatū suarū:quorū societas,& sceleratę cōsensionis fides,quo eruperit vides. Alter ardet furore,& scelere,nec remittit aliqd,sed in dies īgraueſcit.modo Italia expulit,nūc alia ex parte psequi,ex alia prouincia spoliare conať: nec iā recusat,sed quodāmodo postulat,vt quēadmodū est,sic etiā appelleť Tyrānus.Alter is, q nos sibi quōdā ad pedes stratos ne subleuabat:qui se quidē nihil cōtra huius volūtatē aiebat facere posse,elapsus e soceri manib⁹,ac ferro,bellū terra,& mari cōparat,nō iniustū ille quidē, sed tū piū,tū etiā necessariū,suis tñ ciuib⁹ exitiabile,nisi vicerit:calamitosum etiā,si vicerit. Horꝝ ego sūmorū imperatorꝝ nō modo res gestas nō antepono meis,sed ne fortunā quidē ipsam,qua illi florētissima,nos duriore cōflictati videmur.Quis.n.pōt aut deserta p se patria,aut oppressa beatus esse!Etsi(vt nos a te admouemur)recte in illis libris dixim⁹,nihil esse bonū,nisi qđ honestū:nihil malū,nisi qđ turpe sit.certe vterq; istorꝝ est miserrimus,quorꝝ vtriq; semp patrię salus,& dignitas posterior sua dñatione,& domesticis cōmodis fuit.Pręclara igiť cōsciētia sustētor,cū cogito me de rep.aut meruisse optime,cū potuerim:aut certe nunq̄ nisi de ea Vísus in regia Attic⁹. Volumínis instar. Licentia. Tyrannus. Ne subleuabat. Ille quidē. Exitiabile bel.Pom.

diuine cogitasse:eaq; ipsa tẽpestate euersam esse remp.quã ego.XIIII.annis ante pspexerim. Hac igit cõsciẽtia comite,pficiscar,magno equidẽ cũ dolore,nec tã id ppter me, aut ppter fratrẽ meũ,quoꝝ iã acta ętas,q̃ ppter pueros,qbus iterdũ videmur pstare etiã rẽp.debuisse, quoꝝ quidẽ alter nõ tam,quia maiore pietate est,me mirabiliter excruciat:alter(o rem misere,nihil em̃ mihi accidit in omni vita acerbi9) indulgentia videlicet nostra deprauat9,eo p gressus est,quo nõ audeo dicere.Et expecto tuas literas.scripsisti em̃ te scripturũ plurima,cũ ipsum vidisses. Oñe meũ obsequiũ in illũ fuit cũ multa seueritate:neq; vnũ eius,nec paruũ, sed multa magna delicta cõpressi.Patris aũt lenitas amãda potius ab illo,q̃ tã crudeliter negligẽda.Nã literas eius ad Cęsarẽ missas ita grauiter tulimus,vt te qdẽ celaremus,sed ipsi9 videmus vitã insuauẽ reddidisse.Hoc vero eius iter,simulatioq; pietatis,qualis fuerit,nõ audeo dicere.Tãtũ scio,post Hirciũ cõuẽtũ,accersitũ ab Cęsare cũ eodẽ eo animo ab suis rationibus alienissimo,& cõsilio relinquendi Italiã.Et hęc ipsa timide. sed nulla nostra culpa est. Natura metuẽda est,hæc Curionẽ,hæc Hortẽsii filiũ nõ patrũ culpa corrupit.lacet in mœrore meus frater,neq; tã de sua vita,q̃ de mea metuit.huic tu malo affer cõsolationes,si vlas potes:maxime quidẽ illam velim,ea q̃ ad nos delata sint,aut falsa esse,aut minora; q̃ si vera sint,quid futurũ sit in hac fuga,nescio. Nã si haberem9 remp.cõsiliũ mihi nõ deesset nec ad seueritatẽ,nec ad diligentiã.Nũc siue iracũdia,siue dolore,siue metu pmotus,graui9 scripsi,q̃ aut tuus in illum amor,aut meus postulãbat. Si vera sunt,ignosces:si falsa,me libente eripies mihi hũc errorẽ.Quoquo modo vero se res habeat, nihil assignabis nec patruo,nec patri.Cũ hęc scripsissem,a Curione mihi nũciatum est,eũ ad me venire. Venerat.n.is in Cumanũ vesperi pridie,id est Idibus.Si qd eius igit sermo eiusmodi attulerit,qđ ad te scribendum sit,id in literis adiũgam.Præteriit Villã meã Curio,iussitq; mihi nũciari mox se vẽturum,cucurritq; Puteolos,vt ibi cõcionaret.cõcionat9 est.rediit,fuit ad me sane diu.o rẽ fœdã,nosti hoiem,nihil occultauit:in primis nihil esse certius,q̃ vt oẽs,qui lege Pompeia condemnati essent,restituerent.itaq; se in Sicilia eorũ opa vsurũ.De Hispaniis nõ dubitabat, qn Cęsaris essent.inde ipm cũ exercitu,vbicũq; Põpei9 esset:ei9 interitu finẽ illi fore,†ppi9 factũ esse nihil.eũ plane iracũdia elatũ,voluisse Cęsarẽ occidi Metellũ Trib.pl.qđ si eẽt factũ,cædẽ magnã futurã esse.pmultos hortatores esse cędis:ipsũ aũt nõ volũtate,aut natura nõ eẽ crudelẽ,sed q; putaret populare esse clemẽtiã:q; si populi studiũ amisisset,crudelẽ fore,eũq; ptur batũ,q; intelligeret,se apud ipsum legẽ offendisse de ęrario.Itaq; ei cũ certissimũ fuisset,ante q̃ pficiscereť,cõcionẽ habere,ausum nõ esse,vehemẽterq; aio pturbato pfectũ. Cũ aũt ex eo q̃rerẽ,qd videret,qđ exẽplũ,quã rẽp.plane fatebať nullã spem reliquã.Põpeii classem timebat: q̃ si esset,se de Sicilia abiturũ.Quid iquã isti sex tui fasces!si ab Senatu,cur laureati!si ab ipo, cur sex!Cupiui inquit ex S.C.surrepto.nã aliter nõ poterat.At ille impẽdio nũc magis odit Senatũ,a me inqt oia pficiscenť.Sex aũt,qa duodecim nolui:nã licebat. Tũ ego,q̃ vellẽ iquã pętiisse ab eo,qđ audio Philippũ impętrasse.Sed verit9 sum,quia ille a me nihil impetrabat. Libẽter,inqt,tibi cõcessissem.verũ puta te impętrasse.Ego em̃ ad eũ scribã,vt tu ipse voles,de ea re nos inter nos locutos.Quid aũt illi9 interest,qm̃ in Senatũ nõ venis,vbi sis! q nũc ipm miníme offendisses,ei9 causa si ĩ Italia nõ fuisses.Atq; ego me recessurũ,& solitudinẽ q̃rere, maxime q; lictores haberẽ.laudabat cõsiliũ.quid ergo inquã!nã mihi cursus in Greciã p tuã puĩciã est,qm̃ ad mare superũ milites sunt.Quid mihi inqt optatius!Hoc loco multa plibe raliter.ergo hoc qdẽ verũ est pfecto,vt nõ mõ tuto,verũ etiã palã nauigarem9.reliq̃ in poste rũ diẽ distulit,ex qb9 scribã ad te,si qd erit epistola dignũ.Sũt aũt,q̃ pterii,interregnũ ne eẽt expectaturus,an quo mõ dixerim.ille qdẽ. sed deferri consulatũ,sed se nolle in pximũ annũ. & alia sunt,q̃ exqrã.Iurabat ad summã,q; nullo negotio faceret,amicissimũ mihi Cæsarẽ esse debere.Quid enim vnq̃ scripsit ad me Dolobella!dico qd affirmabat,cũ scripsisset,q; me cuperet ad vrbẽ venire!illum quidẽ gratias agere maximas,& nõ modo probare,sed etiam gaudere,atq; iubebat.Quid quæris!Est enim suspitio illa domestici mali,& sermonis Hirciani. q̃ cupio illum dignum esse nobis,& q̃ ipse me inuito,quæ pro illo sit suspicandum.sed opus fuit Hircio conuento. Est profecto nescio quid,quod velim q̃minimo. & tamen eum nondum redisse miramur.Sed hæc videbimus,tu optimos Terentiæ dabis.iam enim Vrbis vnũ periculum est.Me tamen consilio iuua,pedibus ne Rhegyum,an hinc statim in nauem,& cætera,quoniam commoror.Ego ad te statim habebo qđ scribã,simul vt videro Curionẽ. De Tirone cura quæso,qđ facis,vt sciã,quid is agat. De tota mea cogitatiõe scripsi ad te antea

Indulgẽtia deprauat9 filius.

Cic.Iunioris ad Cęs. literæ.

Natura puersa.

Metuit de &c.

Sermo Curionis.

†propeius.

Cæsar crudelis.

Fasces sex laureati Cęs.

Duodecim nolui.

Nos inter nos.

Interregnũ

Quid q̃ris!

ſatis,vt mihi viſus ſum,diligẽter.de die nihil ſane poteſt ſcribi certi p̃ter hoc,non ante lunã nouã.Curionis ſermo poſtridie eandẽ habuit fere ſentẽtiã:niſi q̃ apertius ſignificauit,ſe earũ rerũ exitũ non videre.Q̃d mihi mãdas de quodam regẽdo ἀπραξίαν tñ nihil p̃termittã, atq; vtinam tu,ſed modeſtior non per epiſtolam,ad Veſtoriũ ſtatim de Tullia:ac valde requirere ſolebat.Cõmodi⁹ tecũ Vectinus eſt locutus,q̃ ad me ſcripſerat:ſed mirari ſatis hoĩs negligentiam non queo.cũ mihi enim Philotimus dixiſſet,ſeſe.CCL.emere de Canuleio diuerſoriũ illud poſſe,minoris etiam empturum,ſi Vectinum rogaſſem, rogaui,vt ſi quid poſſit, ex ea ſũma detraheret,p̃miſit:ad me nup ſe HS.XXX.emiſſe,vt ſcriberẽ cui vellẽ addici.diẽ p̃cunię Idibus Nouembris eſſe.reſcripſi & iſta Madio,ſi vis,cũ ioco tñ familiari. Nunc,q̃m agit liberaliter,nihil accuſo hominẽ:ſcripſiq; ad eũ,me a te certiorem eſſe factũ. Tu de tuo itinere quid,& quando cogites,velim me certiorem facias. Vale. Non ante lunã nouã.

T.P.ATTICO.

AD vndecimũ Cal.Martii me adhuc nihil p̃ter tẽpeſtatẽ morat. Aſtute nihil ſum acturus,fiat,vt in Hiſpania quidlibet,& tñ recitet. meas cogitationes omneis explicaui tibi ſuperioribus literis.quocirca hę ſunt breues:& tamẽ, quia feſtinabã,erãq; occupatior de Q.fratre,ita me quidẽ ſedulo. ſed noſti reliqua.Q̃ me mones,& amice,& prudẽter memoras, ſed erũt oĩa facilia,ſi ab vno illo cauero.Magnũ opus eſt.mirabilia multa.nihil ſimplex,nihil ſyncerũ.vellẽ ſuſcepiſſes iuuenẽ regẽdũ.pater em̃ nimis indulgẽs:quicqd ego aſtrinxi,relaxat:ſi ſine illo poſſem,regerẽ,q̃d tu potes,ſed ignoſco.magnũ inquã opus eſt.Pompęiũ p̃ certo habemus p Illyricũ p̃ficiſci in Galliã,ego nũc qua,& quo videbo.Ego vero Apuliam,& Siponti,& tergiuerſationẽ iſtã p̃bo,nec tuã rationẽ eãdẽ eſſe duco,quã meã:nõ qn̄ in rep.rectũ idẽ ſit vtriq; noſtrũ,ſed ea nõ agit.Regnandi cõtẽtio eſt,in qua pulſus eſt modeſtior Rex,& probior,& integrior,& is,qui niſi vincit,nomẽ populi Roma.deleat neceſſe eſt.ſin aũt vicit,Sullano more,exẽploq; vincet.Ergo hac in cõtẽtione neutrũ tibi palã ſentiẽdũ,& tẽpori ſeruiẽdum eſt.Mea cauſa aũt alia eſt,q̃ beneficio vinctus,ingrat⁹ eſſe nõ poſſum:nec tñ in acie,ſed militia,aut alio in loco,ſiue in oppidulo futurũ puto.Nihil,inquies,iuuas eũ,in quẽ ingrat⁹ eſſe nõ vis!immo minus fortaſſe voluiſſet.ſed de hoc videbimus.Exeamus mõ,q̃d vt meliore tẽpore poſſimus,facit Adriatico mari Dolabella,Cretenſi Curio.Iniecta aũt mihi ſpes q̃dã eſt,velle mecũ Ser.Sulpitiũ colloqui,ad eũ miſi Philotimũ libertũ cũ literis:ſi vir eſſe volet,det clara Synodia:ſin aũt,erimus nos,qui ſolemus.Curio mecũ vixit iacere Cæſarẽ putans offenſione populari,Siciliæq; diffidẽs,ſi Põpeius nauigare cœpiſſet.Quintũ puerũ accepi,vehemẽter auaritiã video fuiſſe,& ſpem magni Cõgiarii. Magnũ hoc malũ eſt:ſed ſcelus illud,q̃d timueram⁹,video nullũ fuiſſe.hoc aũt vitiũ puto te exiſtimare nõ noſtra indulgentia,ſed a natura p̃fectũ,quẽ tñ nos diſciplina regim⁹. De Oppiis Velẽſib⁹ qd placeat,cũ Philotimo videbis.Epeirum noſtrã putabamus,ſed alios curſus videbamur habituri.Vale. Explicaui. Indulgens pater. Rex p̃bior. Synodia. Cõgiariũ.

T.P.ATTICO.

ET res ipſa monebat,& tu oſtenderas,& ego videbã de his rebus,quas intercipi periculoſum eſſet,finẽ inter nos ſcribendi fieri tempus eſſe.Sed cum ad me ſępe mea Tullia ſcribat,orans,vt qd in Hiſpania gerat,expectẽ,& ſemper aſcribat idẽ videri tibi,idq; ipſe etiã ex tuis literis intellexerim,nõ puto eſſe alienum me ad te,quid de ea re ſentiã ſcribere. Cõſiliũ iſtud tũc eſſet prudẽs,vt mihi videt,ſi noſtras rationes ad Hiſpaniẽſem caſum accõmodaturi eſſemus,q̃d fieri dicitis oportere.neceſſe eſt em̃ aut,id qd maxime velim,pelli iſtũ ab Hiſpania,aut trahi id bellũ,aut iſtũ,vt cõfidere videt,apprehendere Hiſpanias.Si pelleť,q̃ gratus, aut q̃ honeſtus tũ erit ad Pompęiũ noſter aduẽtus,cũ ipſum Curionẽ ad eũ trãſiturũ putẽ! ſi trahiť bellũ,qd expectẽ!aut q̃diu!relinquiť,vt ſi vincimur,in Hiſpania quieſcamus. id ego cõtra puto.Iſtũ em̃ victorẽ magis relinquẽdũ puto,q̃ victũ,& dubitantẽ magis,q̃ fidẽtẽ ſuis rebus.nam cædẽ video,ſi vicerit,& impętũ in priuatorũ pecunias,& exulũ reditũ,& tabulas nouas,& turpiſſimorum honores,& regnum,non modo Romano homini,ſed ne Perſę quidẽ cuiq̃ tolerabile. Tacita eſſe poterit in id dignitas mea!Pati poterũt oculi,me cũ Gabinio ſniam dicere!& qdẽ illũ rogari pri⁹!p̃ſto eſſe cliẽtẽ tuũ Chlœliũ Catelli, Plaguleiũ,cæteros! Sed cur inimicos colligo! q meos neceſſarios a me defenſos nec videre in Curia ſine dolore, nec verſari iter eos ſine dedecore potero.Quid ſi ne id qdẽ eſt exploratũ fore,vt mihi liceat!

Scribũt em̃ ad me amici ei⁹,me illi nullo mõ satisfecisse,q̃ ĩ Senatũ nõ venerim.Tñ ne dubite mus an & nos etiã cũ pericul vẽdicemus,qui cũ cõiunctione,tũ p̃mio quidẽ nolumus esse. Deinde hoc vide,nõ esse iudiciũ de tota cõtẽtiõe in Hispaniis,nisi forte his amissis,arma Põ peiũ abiecturũ putas,cuius om̃e cõsiliũ Themistocleũ est.Existimat em̃,q̃ mare teneat,eũ ne esse rerũ potiri.Itaq̃ q̃ nunq̃ egit,vt Hispanię p̃ se tenerent,naualis apparat⁹ ei semp antiqs sima cura fuit.Nauigabit igit̃ cũ erit tẽpus,maximis classib⁹,& ad Italiã accedet,in qua nos sedẽtes qd erimus?Nã medios esse iã nõ licebit.classib⁹ aduersabimur igit̃?qd malum maius scilicet tãtũ?deniq̃ quid turpius?An,ni valde hic in absentia solus,tuli scelus eiusdẽ, cũ Põ peio,& cũ reliquis principibus nõ ferã?Q̃ si iam misso officio periculi ratio habẽda est,ab il lis est periculũ,si peccaro:ab hoc,si recte fecero:nec vllũ in his malis consiliũ periculo vacuũ inueniri põt:vt nõ sit dubiũ,q̃n cũ periculo fugiamus,qd fugeremus etiã cũ salute.nõ simul cũ Põpeio mare trãsierimus,nõ oĩno potuimus.Extat ratio dierũ,sed tñ(fateamur em̃ quod est)ne condamus quidẽ,vt possumus:fefellit ea res,q̃ fortasse nõ debuit,sed fefellit,q̃ pacem putaui fore:quæ si esset,iratũ mihi Cæsarẽ esse,cũ idẽ amicus esset Põpeio,nolui. Senserã em̃ q̃ iidẽ essent:hoc veritus in hãc tarditatẽ incidi.sed assequar omnia,si p̃pero: si cũctor,amit to.Et tñ mi Attice auguria quoq̃ me incitãt quadã spe non dubia,nõ hęc Collegii nostri ab Platonis de tyrãnis au guria. Attico,sed illa Platõis de Tyrãnis,nullo em̃ mõ posse video stare istũ diuti⁹,q̃n ipe p se etiã lãguẽtibus nobis cõcidat.quippe qui florenteis ac nouos vt vti diebus ipsi illi egenti ac per ditę multitudini in odiũ acerbissimũ veniret:q̃ duarũ rerũ simulationẽ tã cito amiserit,mã suetudinis in Metello,diuitiarũ in Afranio.Iam quib⁹ vtaṫ vel sociis,vel ministris, si ii p̃uin cias,si remp.regẽt,quoq̃ nemo duos mẽses potuit patrimoniũ suũ gubernare? Non sunt oĩa colligẽda,q̃ tu acutissime prospicis,sed tñ ea pene ante oculos iã intelliges,id regnũ vix se mestre esse posse. Qd si me fefellerit,ferã,sicut multi p̃clarissimi hoies in rep.excellẽtes tule rũt.nisi forte me Sardanapali vice in suo lectulo mori malle cẽsueris,q̃ exilio Themistocleo: Thucydi des. q cũ fuisset,vt ait Thucydides,τῶν τε πραχθέντα σφῖν ἐλαχίστης θυλῆς κρᾶτος γνώμων, ἢ τὰ μελλόν των ἐπὶ πλεῖστον τοῦ χρησομένου ἄρτιος εἰκαστής,tamen incidit in eos casus,quos vitasset, si is eum nihil fefellisset.Etsi erat(vt ait idẽ)q̃ τὸ ἄμεινον καὶ τὸ χέρσον ὧν τοῖς ἀφανέσιν προεώρα μά λιστα, tamen non vidit,nec quomodo Lacedæmoniorũ,nec quomodo suorũ ciuium inuidiã effugeret,nec quid Artaxerxi pollicereṫ.Non fuisset & illa nox tam acerba Aphricano sapiẽ tissimo viro,nõ tã dirus ille dies Sullan⁹,callidissimo viro C.Mario,si nihil vtrũq̃ eoq̃ fe fellissset.Nos tamen hoc cõfirmamus illo augurio,qd diximus.Nec nos fallit, nec aliter acci dit.corruat iste necesse est,aut per aduersarios,aut ipse p se,q̃ quidẽ sibi est aduersarius vnus Vita perpe tua. acerrimus.id spero viuis nobis fore.q̃q̃ tempus est nos de illa perpetua iã,nõ de hac exigua vita cogitare.Sin quid acciderit maturius,haud sane mea multũ interfuerit,vtrũ factũ fue rit:videam,an futurũ esse multo ante viderim.Quæ cũ ita sint,nõ est cõmittẽdũ,vt iis parea mus,quos cõtra me Senat⁹,ne qd resp.detrimẽti acciperet,armauit.Tibi sũt oĩa cõmẽdata,q̃ cõmẽdatiõis meę,pro tuo in nos amore,nõ idigẽt.ne hercule q̃dẽ reperio,qd scribã:sedeo.n. πλεῖστοδοκῶν.etsi nihil vnq̃ tã fuit scribendũ,q̃ nihil mihi vnq̃ ex plurimis tuis iucũditatibus grati⁹ accidisse,q̃ q̃ meã Tulliã suauissime,diligẽtissimeq̃ coluisti.valde eo ipa delectata est, ego aũt nõ min⁹.cui⁹ quidẽ virt⁹ mirifica,quomodo illa fert publicã cladẽ,quomodo dome sticas tricas.quãtus autẽ animus in discessu nostro sit,σοργῆς sit summa σύντηξις, tñ nos recte Audire be ne. facere & bñ audire vult.sed hac sup re nimis,ne meã ipse iam euocẽ.tu si qd Eclipsis. de Hispaniis certi⁹,& si qd aliud,dũ adsum⁹ scribes:& ego fortasse discedẽs dabo ad te aliqd eo etiã magis,q̃ Tullia te nõ putabat ex Italia hoc tẽpore. Cũ Antonio itẽ est agẽdũ,vt cũ Curione Melitę me velit esse.huic bello nolo interesse.eo velim tam facili vti possem,& tam bono in me,q̃ Curio.Is ad Missenũ.VI.Nonarũ vẽturus dicebaṫ,id est hodie. Sed p̃misit mi hi odiosas literas hoc exẽplo. M.ANT.TR.P.R.M.T.CICERONI IMP.S.

Epistola M. Antonii.



Si te valde amarẽ,& multo quidem plus,q̃ tu putas,nõ extimuissem rumo rem,qui de te prolatus est,cum præsertim falsum esse existimarem:sed quia te nimio plus diligo,non possum dissimulare infamiam quoq̃,q̃uis sit falsa. Tullia. Nauigio esse te iturum trans mare,credere non possum,cũ tãti facias Do labellã,& Tulliã tuã fœminã lectissimã,tantiq̃ ab omnibus nobis fias:qui bus mehercule,dignitas,amplitudoq̃ tua pene charior ẽ,q̃ tibi ipsi.Sed ta men non sum arbitratus esse amici nõ cõmoueri etiã improborum sermone.atq̃ eo feci stu-

diosius,ꝙ iudicabã duriores parteis mihi impositas esse ab offensione nostra,q̃ magis a ζηλο τυπία mea,q̃ ab iniuria tua nata est.Sic.n.volo te tibi persuadere,mihi neminẽ esse chariorẽ te,excepto Cęsare.Cęsarẽ maxime ĩ suis M.Ciceronẽ reponere.Quare mi Cicero te rogo, vt tibi oĩa integra seruesːeius fidẽ improbes,qui tibi,vt beneficiũ daret, prius iniuriã fecit: cõtra eũ ne profugias,qui te, etsi nõ amabit(qđ accidere nõ põt)tñ saluũ,amplissimũꝙ esse cupiet.Dedita opera ad te Calpurniũ familiarissimũ meũ misi,vt mihi magnę curę tuã vitã, ac dignitatẽ esse scires.Vale.Eodẽ die a Cęsare Philotimus literas attulit hoc exẽplo.

CAESAR IMP.M.T.CICERONI IMP.S.

Si te nihil temere,nihil imprudẽter facturũ iudicarã,tñ permotus hominũ fama,scribẽdũ ad te existimaui,& ꝑ nostra beneuolẽtia petẽdũ,ne quo ꝓgredereris inclinata iã re,qua integra etiã ꝓgrediendũ tibi nõ existimasses.Nãꝙ & amicitię grauiorẽ iniuriã feceris, & tibi minꝰ cõmode cõsulueris,qđ minus placet,si nõ fortunæ obsecutus fueris,vt debesːoĩa eñ secũdissima nobis,aduersissima illis accidisse videntːnec causam secutus:eadem eñ tum fuit,cũ ab eoꝝ cõsiliis abesse iudicastiːsed meũ aliqđ factũ cõdemnasse,quo mihi grauiꝰ abs te nil accidere põt.Qđ ne facias,pro iure nostrę amicitię a te peto.Postremo quid viro bono,& quieto,& bono ciui magis cõuenit,q̃ abesse a ciuilibus cõtrouersiisːQđ nõnulli cũ probarẽt,periculi causa sequi nõ potuerũtːtu explorato & vitæ meę testimonio,& amicitię iudicio,neꝙ tutius,neꝙ honestiꝰ reperies qcq̃,q̃ ab oñi contentione abesse.Vale. Cæsar ad Cice. Viro bono cõueniens,

T.P.ATTICO.

Vintodecimo Cal.Maii,ex itinere aduẽtꝰ Philotimi (at cuius hoĩs,q̃ insulsi,& q̃ sępe ꝓ Põpeio mẽtiẽtis)exanimauit omneis,q mecũ erãt.Nã ipse obdurui,dubitauitꝙ nostrũ nemo,quin Cęsar itinera repressissetːvolare dicitur.Petreius,cũ Afranio cõiũxisseːnihil affert eiusmodi.Quid q̃risːetiam illud erat psuasum,Põpeium cũ magnis copiis iter in Germaniã per Illyricũ fecisse.id eñ ἀυθενλικῶς nũciabaťMelitã igiť opinor capessemus,dum qđ in Hispania:qđ quidẽ ꝑmodũ videor ex Cæsaris literis ipsius volũtate facere posse,qui negat neꝙ honestiꝰ,neꝙ tutius mihi qcq̃ esse,q̃ ab omni cõtẽtione abesse.Dices, vbi ille ergo tuus animus,quẽ ꝓximis literisːadest,& idem est.Sed vtinã meo solũ capite decernerẽ.lachrymæ meorum me interdũ molliunt ꝓcantiũ , vt de Hispaniis expectemus.M.Cælii quidẽ epistolã scriptam miserabiliter,quæ hoc idem obsecraret,vt expectarem,ne fortunas meas , ne vnicã filiã,ne meos oñeis tam temere proderẽ,nõ sine magno fletu legerũt pueri nostri. etsi meus quidẽ est fortior,eoꝙ ipso vehemẽtius cõmouet,nec quicq̃ nisi dedignatione laborat.Melitã igiť,deinde qđ videbiť.Tu tñ etiã nũc mihi aliquid literarũ,& maxime si qd ab Afranio.Ego si cũ Antonio locutus ero,scribã ad te,quid actũ sitːero tñ in credendo,vt mones,cautꝰ. Nã occultãdi ratio tũ difficilis,tũ etiã periculosa est.Seruiũ expecto ad Nonas,& adiicit a Posthumia.Sed & Seruii filii quartanã leuiorẽ esse gaudeo.Misi ad te Cælii etiam literarũ exemplum.Vale. Philotimꝰ. Melitam capessemus.

CAELIVS M.T.CICERONI IMP.S.

Xanimatus tuis literis,quibus te nihil nisi triste cogitare ostendistiˊ,neꝙ id, qđ esset,ꝑscripsistiˊ,neꝙ non tñ quale esset,qđ cogitares,aperuistiˊ,has ad te illico literas scripsi.Per fortunas tuas Cicero,ꝑ liberos te oro, & obsecro,ne qd grauius de salute,& incolumitate tua cõsulas.Nã deos,hominesꝙ,amici tiãꝙ nostrã testificor,me tibi ꝑdixisse,neꝙ temere monuisse:sed postq̃ Cęsarẽ cõuenerim,sentẽtiãꝙ eius,qualis futura esset parta victoria,cognorim,te certiorẽ fecisse.Si existimas eãdẽ rationẽ fore Cęsaris in dimittẽdis aduersariis,& cõditionibus ferẽdis,errasːnihil nisi atrox,& sæuũ cogitat,atꝙ etiã loquiťːiratus Senatui existiť. his intercessionibus plane incitatus est.nõ mehercule erit deprecationi locus.Quare si tibi tu,si filius vnicus,si domus,si spes tuæ reliquę tibi charę sunt,si aliqd apud te nos,si vir optimus gener tuꝰ,valemus,eoꝝ fortunã nõ debes velle cõturbare,vt eã cãm,in cuius victoria salus nostra est,odisse,aut relinquere cogamur,aut impiã cupiditatẽ cõtra salutẽ tuã habeamus. Deniꝙ illud cogita,quot offensę fuerint,in ista cunctatione te subesse.nunc te cõtra victorẽ Cęsarẽ facere,quẽ dubiis rebus lędere noluistiˊ,& ad eos fugatos accedere,quos resistẽteis se qui noluerisˊ,summæ stultitiæ est.Vide,ne dũ pudet te parum optimatẽ esse,parũ diligenter qđ optimũ sit,eligas.Qđ si totũ tibi psuadere nõ possum,saltẽ,dũ quid de Hispaniis agamꝰ, Testificor. Depcatio. Optimatẽ esse.

scitur,expecta:q̃s tibi nũcio aduẽtu Cęsaris fore nostras.Quã ísti spem habeãt amissis Hispaniis,nescio.Qđ porro tuũ cõsiliũ sit,ad desperatos accedere,nõ mediussidi9 reperio.Hoc qđ tu nõ dicẽdo mihi significasti,Cæsar audierat:ac simulatq; habuit,mihi dixit.statim, qd de te audisset,exposuit.Negaui me scire,tñ ab eo petiui,vt ad te literas mitteret,quibus maxime ad remanẽdũ cõmoueri posses.Me secũ in Hispaniam ducit.Nã nisi ita faceret, ego pri9, ad vrbẽ q̃ accederẽ,vbicũq; tu esses,ad te pcurrissem,& hoc a te pśens cõtẽdissem, atq; omni vi te retinuissem.Etiã atq; etiã Cicero cogita,ne te,tuosq; omẽis fundit9 euertas,nec te sciens,prudẽsq; eo demittas,vnde exitũ vides nullũ esse.Q; si te,aut voces optimatium cõmouent,aut nõnullorũ hoim insolẽtiã,& iactationẽ ferre nõ potes,eligas cẽseo aliqđ oppidum vacuum a bello,dum hęc decernunt,q̃ iam erũt confecta.Id si feceris,ego te sapienter fecisse iudicabo,& Cæsarem non offendes.Vale. T.P.ATTICO.

Optimatiũ

Me cęcum.

ME cæcum,qui hęc ante nõ viderim.Misi ad te epistolã Antonii:& cũ ego sæpissime scripsissem,nihil me cõtra Cęsaris rationes cogitare: meminisse me generi mei,meminisse amicitię:potuisse,si aliter sentirem,esse cũ Põpeio:me aũt,quia cũ lictorib9 inuitus cursarẽ,abesse velle,nec id ipsum certũ etiam nũc habere:vide q̃ ad hæc tuũ consiliũ,q̃ verũ est.Nam qui se medíũ esse vult,in patria manet:q pficiscit,aliqd de alterutra parte iudicare videt.Sed is ego nõ sum,qui statuere debeã,iure quis pficiscat,nec ne.Parteis mihi Cęsar has imposuit,ne quẽ oĩno discedere ex Italia paterer.quare parui refert,me pbare cogitationem tuã,si nihil tñ tibi remittere possum.Ad Cæsarẽ mittas,cẽseo,& ab eo hoc petas:non dubito quin impetraturus sis,cũ pśertim te amicitię nostrę rationẽ habiturũ esse pollicearis. Habes σκυτάλιν λακωνικήν.oĩno excipiã hoiem.Erat aũt.V.Nonarũ vẽturus vesperi,ídest hodie.Cras igit ad me fortasse veniet,tẽtabo,audeã nihil properare,missurũ ad Cæsarẽ clamabã,cũ paucissimis alicubi occultabor.Certe hinc istis inuitissimis euolabo,atq; vtinã ad Curionem.magn9 dolor accessit,efficiet aliquid dignũ nobis. Tua mihi valde molesta, medere amabo,dum est ἀρχή.De Massiliẽsibus gratę tuę mihi literę,quæso vt sciã, quicqd audieris. Sullã cupẽrẽ,si possem.palã qd a Curione effecerã.Hic ego Seruiũ expecto. Rogor em̃ ab ei9 vxore,& filio,& puto opus esse.Hic tñ Citharidam secũ lectica aperta portat,altera vxorẽ. Septẽ pterea cõsũctæ lecticę amicarũ,hę sunt amicoꝝ.Vide q̃ turpi lecto pereamus.Et dubitari põt,qn ille seu victus,seu victor redierit,cædẽ facturus sit!Ego vero vehiculo , si nauis nõ erit,eripiã me ex istoꝝ parricidio.Sed plura scribã,cũ illũ cõuenero. Iuuenem nostrũ nõ possum nõ amare,sed ab eo nos nõ amari plane intelligo.Nihil ego vidi tã ἀνηθορίκτου,tam auersum a suis.tñ scio quid cogitas,vim incredibilẽ molestiarũ.sed erit curę,& est,vt regat. mirum est em̃ ingenium. ἤθους ἐπιμελητέον. T.P.ATTICO.

Citharida.

Lecto.

OBsignata iã epistola supiore,nõ placuit ei dare,cui cõstituerã,q; erat alien9. itaq; eo die data nõ est.Interim venit Philotimus,& mihi a te literas reddidit:quib9 q̃ de fratre meo scribis,sunt ea quidẽ parũ firma,sed habẽt nihil ὕπουλον, nihil fallax,nihil flexibile nõ ad bonitatẽ,nihil qđ non quo velis, vno sermone possis pducere.ne multa,omneis suos,etiã quibus irascit crebri9,tñ charos habet,me qdẽ se ipso chariorẽ.Qđ de puero aliter ad te scripsit,& ad matrẽ de filio,nõ reph̃edo.De itinere,& de sorore,q̃ scribis,molesta sunt,eoq; magis,q; ea tẽpora nostra sunt,vt ego eis mederi nõ possim.Nã certe mederer: sed quibus ĩ malis,& qua in desperatiõe rerũ simus,vides.Illa de ratione nũmaria nõ sunt eiusmodi. Sępe.n. audio ex ipso,vt non cupiat tibi prędstare,& in eo laboret.Sed si mihi, in hac mea fuga,HS. XIIII.nõ reddit,q̃ dedi eius filio mutua,& vtit excusatione tẽporis,Si Lepta,Si cęteris:soleo mirari de nescio queis HS.XX.cũ audio exilio se vrgeri.vides.n.pfecto angustias,curari tñ ea tibi vbiq; iubet.An existimas illũ in isto genere Lentulũ!aut restrictũ!nemo est minus.De fratre satis.de eius filio:indulsit illi quidẽ suus pater semp:sed nõ facit indulgentia mendacẽ,aut auarũ,aut nõ amãtẽ suoꝝ:ferocẽ fortasse,ac arrogãtẽ,& infestũ facit. Itaq; habet hæc quoq; quę nascunt ex indulgẽtia,sed ea sũt tolerabilia.Quid em̃ dicã de hac iuuẽtute! Ea vero,q̃ mihi qdẽ,qui illũ amo,sunt his ipsis malis in queis sumus,miseriora,nõ sunt ab obsequo nostro,nõ habent suas radices,quas tñ euellerẽ pfecto,si liceret.Sed ea oĩa mihi sunt patienda. Ego meũ facile teneo.nihil est em̃ eo tractabilius.cui9 quidẽ misericordia,lãguidiora ad huc cõsilia cepi:& quo ille me fortiorẽ vult eẽ,eo magis timeo,ne ĩ eũ existã crudelior. Sed

Lẽtulũ aut Restrictũ.

Indulgẽtia

In queis sumus.

Existam.

Antonius venit heri veſperi,iã fortaſſe ad me veniet,aut ne id qdẽ,qm̃ ſcripſiſti, quid fieri vellet.Sed ſcies cõtinuo qd actũ ſit.Nos iã,niſi occulte,nihil.De pueris quid agã? Paruo ne nauigio committam?Quid mihi animi in nauigando cẽſes fore?Recordor em̃ æſtate cũ illo Rhodiorum ἀφρᾶκτῳ nauigans,q̃ fuerim ſollicitus.Quid duro tempore anni actuaria fo- Aphractus
re cẽſes?O rẽ vndiq; miſerã.Trebatius erat mecũ,vir plane,& ciuis bonus, q̃ ille mõſtra Dii Actuaria.
immortales?etiã ne Balbus in Senatũ venire cogitet?ſed ei ipſi cras ad te literas dabo.Vulteium mihi amicũ,vt ſcribis,ita puto eſſe:cũ eo,qđ θυμικώτερον ad me ſcripſerit,de nũmis
curãdis erit.id tu,ſi ille aliter acceperit,ac debuit,lenies †moneo.Talia aũt aſcripſi,q; †Monetali
ille ad me Proconſulem.ſed quoniã eſt homo,& nos diligit,ipſe quoq; a nobis diligat.Vale. autem.

T.P.ATTICO.

OVidnam mihi futurũ eſt?aut qs me nõ ſolũ infelicior, ſed iã etiã turpior? Noiatim de me ſibi impetratũ dicit Antonius,nec me tñ ipſe adhuc vide- Noiatim.
rat,ſed hoc Trebatio narrauit.Quid agã nũc,cui nihil ꝓcedit,cadũtq; ea q̃ diligẽtiſſime ſunt cogitata,teterrime?Ego em̃ Curionẽ nactus,oĩa me cõſe
cutũ putabo:is de me ad Hortẽſiũ ſcripſerat. Regin⁹ erat rot⁹ noſter.huic nihil ſuſpicabamur em̃ hoc †mare negotii fore.Quo me nũc vertã? vndiq; †mari.
cuſtodior.ſed ſatis lachrymis. igit & occulte ĩ aliquã onerariã correpẽdũ: nõ cõmit Correpẽdũ
tendũ,vt etiã cũ pacto ꝓhibiti videamur.Sicilia ꝑtẽda:quã ſi nacti erimus,maiora q̃dã con
ſequemur,ſit modo recte in Hiſpaniis.q̃q̃ de ipſa Sicilia vtinã ſit verũ,ſed adhuc nihil ſecũ di.Cõcurſus Siculorũ ad Catonẽ dicit factus,oraſſe,vt reſiſteret,oĩa pollicitus,cõmeatũ illũ, delectũq; habere cœpiſſe:nõ credo,vt eſt luculẽtus auctor:potuiſſe certe tenere illã Prouinciã ſcio.Ab Hiſpaniis aũt iã audiet.Hic nos C.Marcellũ habem⁹ eadẽ de re cogitãtẽ,aut be-
ne ſimulãtẽ.q̃q̃ ipſum nõ viderã,ſed ex familiariſſimo ei⁹ audiebã.Tu q̃ſo,ſi qd habebis no-
ui,ego,ſi qd moliti erim⁹,ad te ſtatim ſcribã.Q.Fratrẽ ſeuerius adhibebo.vtinã ꝓficere poſ-
ſem.Tu tamen eas epiſtolas,qb⁹ aſperius de eo ſcripſi,aliquãdo cõcerpito,nequãdo qd ema-
net,ego itẽ tuas.Seruiũ expecto,nec ab eo qcq̃.Scies qd erit.ſine dubio erraſſe nos confiten-
dũ eſt.at ſemel?at vna in re?immo oĩa quo diligẽtius cogitata,eo facta ſunt imprudẽti⁹.ἀλλὰ
τὰ μὲν προτετύχθαι,ἐάσομεν ἀχνύμενοί περ,in reliqs modo ne ruamus.Iubes em̃ profectionẽ me
am ꝓuidere.Quid ꝓuideã?ita patẽt oĩa,q̃ accidere poſſunt,vt ea ſi vitẽ,ſedẽdũ ſit cũ dedeco
re,& dolore:ſi negligã,periculũ eſt ne in man⁹ incidã perditorũ.Sed vide quãtis ĩ miſeriis ſi
mus.optãdũ interdũ videtur,vt aliquã accipiamus ab iſtis acerbã quãuis iniuriã, vt Tyrã-
no in odio fuiſſe videamur. Q; ſi nobis is curſus,quem ſperarã,pateret,effeciſſem aliqd ꝑ-
fecto,vt tu optas,vt hortaris,dignũ noſtra mora.ſed mirificẽ ſunt cuſtodiæ.et qdẽ ipſe Cu-
rio ſuſpectus.Quare vi,aut clã agendũ eſt:& ſi vi,forte & cũ tẽpeſtate:clã aũt cũ iſtis.in quo
ſi qđ σφάλμα,vides q̃ turpe eſt: trahimur,nec fugiendũ,ſi qd violẽtius. De Cælio ſæpe mecũ
agito,nec ſi qd habuero tale,dimittã.Hiſpanias ſpero firmas eſſe.Maſſilienſiũ factũ tũ ipſum Maſſilienſi
ꝑ ſe luculentũ eſt,tũ mihi argumẽto eſt,recte eſſe in Hiſpaniis.Minus.n.auderẽt, ſi aliter eſ- factum.
ſet,& ſcirẽt.Nã & iuncti,& diligẽtes ſunt. Odiũ aũt recte aĩaduertis ſignificãtiũ theatrum.
Legiones etiam has,quas in Italia aſſumpſit,alieniſſimas eſſe video.ſed tñ nihil inimicius,q̃
ſibi ipſe.Illud recte times,ne ruat.Si deſperarit,certe ruet.quo magis efficiendũ aliqd eſt for
tuna,velim meliori animo Cæliano,ſed primo qcqd,qđ qualecũq; fuerit,cõtinuo ſcies. Nos
iuueni togas ſuppeditauimus,Peloponneſũ ipſam ſuſtinebimus.Eſt.n.indoles,modo aliquid
hoc ſit.Quod ſi adhuc nullum eſt,eſſe tamen poteſt,aut ἄρκυ nõ eſt,quo mihi perſuaderi nõ
poteſt. Vale.

T.P.ATTICO.

EPiſtola tua gratiſſima fuit meę Tullię,& mehercule mihi.ſemp ſecũ aliquid Mehercule
afferũt tuę literę.Scribes igit aliqd ad ſpem,poteris me de miſeriis.Tu An-
tonii leones ꝓtimeſcas caue.Nihil eſt illo hoĩe iucundius.Attẽde ἀρχὴ ἀφ- Antonii
ιλικοῦ.euocauit literis e municipiis denos,& quattuor viri venerũt. Puella mores.
eius mane primũ dormit ad horas treis.Deinde,cũ eẽt nũciatũ veniſſe Nea
politanos,& Cumanos(his.n.eſt Cęſar iratus)poſtridie redire iuſſit,lauari
ſe velle ὡσ κοιλιολυσίαν γίνεσθαι. hoc heri effecit.Hodie aũt in †Enariã trãſire cõſtituit,exu †Senariam
lib⁹ reditũ pollicet.Sed hęc omittamus,de nobis aliqd agam⁹.A Daxio accepi literas. de Ti
rone gratũ.Vectenũ diligo.Veſtorio reddidi.Serui⁹ pridie Non.Maii Minturnis mãſiſſe dí-

citur,hodie in Liternino mãsurus apud C.Marcellũ.Cras igitur nos mature videbit,mihiq; dabit argumẽtũ ad te epistolę.Iam.n.nõ reperio quid tibi scribã.Illud admiror, q; Antonius ad me ne nunciũ quidẽ,cum pser tim me valde obseruarit.videlicet aliqd atrocius de me im peratũ est,corã negare mihi non vult,qđ ego nec rogaturus erã,nec,si impetrassem,creditu rus. Nos tamen aliquid excogitabimus.Tu quæso,si qd in Hispaniis.iã em̃ poterit audiri,& omnes ita expectant,vt si recte fuerit,nihil negotii futurum putẽ.Ego aũt nec retentis his, cõfectã rem puto,neq; amissis,desperatã.Syluiũ,& Ocellam,& cæteros credo retardatos. Te quoq; a Curio ipediri video.Etsi,vt opinor,habes vitã miserã,maiusq; malũ est, tãdiu time re,q̃ est illud ipsum,qđ timeť.Seruio,vt antea scripsi,cũ venisset pridie Nonarũ Maii,ad me venit:ne diutius te teneã,nullius cõsilii exitũ inuenimus.Nunq̃ vidi hominẽ perturbatiorem metu.neq; hercule quicq̃ timebat,qđ non esset timendũ.illũ sibi iratũ,hunc non amicũ,hor ribilẽ vtriusq; victoriã,cũ propter alterius crudelitatem,alterius audaciã,tũ pter vtriusq; difficultatẽ pecuniarũ,qua frui nusq̃,nisi ex priuatorũ bonis posset.Atq; hęc ita multis cum lachrymis loquebať,vt ego mirarer eas tã diuturna miseria nõ exaruisse. Mihi qdẽ etiã lip pitudo hæc,propter quã non ipse ad te scribo,sine vlla lachryma est: sed sæpius odiosa est, pter vigilias.Quãobrẽ quicqd habes ad cõsulẽdũ,collige,& illa scribe, nõ ex doctrina,neq; ex libris,nam id quidẽ domi est,sed nescio quomodo imbecillior est medicina,q̃ morb9.Hæc potius conquire de Hispaniis,de Massilia.Quę quidẽ satis bella Seruius affert,qui etiam de duab9 legionib9 luculẽtos auctores eẽ dicebat.Hęc igiť si habebis,& talia,& qdẽ paucis die bus aliquid audiri necesse ẽ.Sed redeo ad Seruiũ.distulim9 oĩno sermonẽ in posterũ,sed tar dus ad exeũdũ.Multos in suo lectulo malle qcqd fore.odiosus scrupulus de filii militia Brũ dusina.Vnũ illud firmissime asseuerabat,si damnati restituerenť,in exiliũ se iturũ.Nos autẽ ad hęc,& ipsum certo fore,& quę iã fiebãt nõ esse leuiora,multaq; colligebam9.Verũ ea non animũ eius augebãt,sed timorẽ,vt iã cælandũ magis de nostro consilio quem ad diem vide retur.quare in hoc nõ multũ est.Nos a te admoniti de Cælio cogitabimus. Vale.

Timoris mala.

Lippitudo.

Imbecillior medicina q̃ morbus.

T.P.ATTICO.

Ei de suo negot.

Seruius cũ esset apud me,Cephalio cũ tuis literis.VI.Iduũ venit,quę nobis magnã spem attulerũt meliorũ rerũ.De octo cohortibus,etem̃ hę quoq;,q̃ in his locis sunt,labare dicunť.Eodẽ die Funisulanus a te attulit literas,in quibus erat cõfirmatius illud idẽ.Ei de suo negotio respondi cumulate,cũ omni tua gratia:adhuc nõ satisfaciebat. Debet autẽ mihi multos nũmos, nec habeť locuples,nũc ait se daturũ,cũ ex P.sustulerit.morã tabellarius,si apud te esse quas satisfecisses dares.quãtũ sit,hęres Philotimi tibi dicet.Sed ad maiora redea mus.Qđ optas,Cęlianũ illud maturescit.Itaq; torqueor,vtrum ventũ expectẽ.Vexillo opus est,cõuolabũt. Q; suades vt palã,prorsus assentior.Itaq; me profecturum puto. Tuas tñ in terim literas expecto.Seruii cõsilio nihil expedit.Oẽs captiones in omni sententia occurrũt. Vnum C.Marcello cognoui timidiorem,quem Cos.fuisse pœnitet,qui etiam Antonium cõ firmasse dicit,vt me impediret,qđ ipse credo honestius.Antonius aũt. VI.Iduũ Capuã pfe ctus est.ad me misit,se pudore deterritũ ad me nõ venisse,q; me sibi succẽsere putaret.Ibitur igiť,& ita quidẽ,vt cẽses,nisi cuius psonę grauioris suscipiendę spes erit ante oblata. sed vix erit tã cito.Halien9 autẽ Pr.putabat aliquẽ,si ego nõ,ex collegis suis,quiuis licet, dũ mõ ali quos.De sorore laudo,deq; puero dať operam.spero esse meliora.De Q.fratre scito eũ non me diocriter laborare de vsura,sed adhuc nihil a L.Egnatio exp̃sit Axius de.XII.millib9 pudẽs. Sępe em̃ ascripsit,vt Gallio,quãtũ is vellet,darem.q; si nõ scripsisset,possem ne aliter! Et qui dem sæpe sum pollicitus: sed tantum voluit cito.nec vero adiuuarent iis in angustiis sedu ctos.verũ alias.Te a quartana liberatũ gaudeo,itemq; Pyliã:ego dũ naues,& cętera paranť, excurro in Pompeianum.Vectieno velim gratias,q; studiosus sit:si quẽq̃ nactus fueris,q̃ per ferat literas,des ante q̃ discedimus. Vale.

Ibitur.

De vsura.

L.Egnat.

Expressit.

Quartana.

M.T.CICERO C.CAESARI.S.

Cõmodũ.

Ad me fuit

Velle.

Cupere.

Commodũ ad te dederã literas de plurib9 reb9,cũ ad me bene mane Diony sius fuit.cui ego qdẽ nõ modo placabilẽ me prębuissem,sed totũ remisissẽ, si venisset,qua mente tu ad me scripseras. Erat enim sic in tuis literis,quas Arpini acceperã,eũ vẽturũ,facturũq; qđ ego vellẽ.Ego volebam autẽ , vel cupiebã potius,esse eum vobiscum.Quod,quia plane cum in Formianum

veniſſet,pręciderat,aſperius ad te de eo ſcribere ſolebam.at ille perpauca locutus,hanc ſum mam habuit orationis,vt ſibi ignoſcerem,ſe rebus ſuis impeditum nobiſcum ire non poſſe. Pauca reſpondi,magnum accepi dolorem.intellexi fortunam ab eo noſtram deſpectam eſſe. quid quęris?fortaſſe miraberis: in maximis horũ tẽporum doloribus,hunc mihi ſcito eſſe. Velim,vt tibi amicus ſit.Hoc cum tibi opto,opto vt beatus ſis. erit enim tandiu.Conſilium noſtrum ſpero vacuum periculo fore.Nam & diſſimulauimus,&,vt opinor,acerrime obſeruabimus,nauigatio modo ſit,qualem opto.Cętera,quę quidem conſilio prouideri poterũt, cauebuntur.Tu,dum adſumus,non modo quę ſcieris,audieriſve,ſed etiam quę futura prouidebis,ſcribas velim.Cato,qui Siciliam tenere nullo negotio potuit,& ſi tenuiſſet , omnes boni ad eum ſe contuliſſent,Syracuſis profectus eſt ante diem.VIII.Calẽdarum Maii,vt ad me Curio ſcripſit. Vtinam,qđ aiunt,Cotta Sardiniam teneat.eſt enim rumor. O , ſi id fuerit,turpem Catonẽ.Ego,vt minuerem ſuſpitionem profectionis,aut cogitationis meę, profectus ſum in Pompęianũ ad quartum Iduũ,vt ibi eſſem,dum quę ad nauigẽdũ opus eſſent, pararentur.Cũ ad Villam veniſſem,venerunt ad me Centuriones triũ cohortiũ,quę Põpeii ſunt,poſtridie.Hęc mecum Minnius noſter,velle eos mihi ſe,& oppidum tradere.At ego in de poſtridie ad Villam veni ante lucẽ,vt me omnino illi ne viderent.Quid eñ erat in tribꝰ cohortibus?quid ſi plures?quo apparatu?cogitaui eadem illa Cæliana,quę legeram epiſtola tua,quã accepi.Simul & in Cumanum veni eodem die:& ſimul fieri poterat,vt tentaremur. Omnem igitur ſuſpitionem ſuſtuli.Sed cum redeo,Hortenſius venit,& ad Terentiã ſaluta tum diuerterat:ſermone erat vſus honorifico erga me.tamen eum(vt puto)videbo. Miſit enim puerum,ſe ad me venire.Hoc quidem melius,q̃ collega noſter Antonius, cuius inter lictores lectica vna portatur.Tu,quoniam quartana cares,& nedum morbum remouiſti,ſed etiam grauedinem,te vegetum nobis in Grecia ſiſte,& literarum aliquid interea. Vale.

Anto. collega.
Grauedo.
Careo.
Siſte vegetum.

T.P.ATTICO.

PRidie Iduum,Hortenſius ad me venit ſcripta epiſtola. Vellem cętera eius, q̃ in me incredibilem ἐκτένειαν. qua quidem cogito vti.Deinde Serapion cum epiſtola tua: quam priusq̃ aperuiſſem,dixi & te ad me de eo ſcripſiſſe antea,vt feceras.Deinde epiſtola ſcripta cumulatiſſime cætera. & hercule hominem bonum,& doctum,& probum exiſtimo:quin etiam naui eius me, & ipſo conuectore vſurum puto.Crebro refricat lippitudo,non illa quidẽ perodioſa,ſed tamen quę impediat ſcriptionem meam.Valetudinem tuam iam confirmatã eſſe,& a vetere morbo,& a nouis tentationibus,gaudeo. Cellam vellem haberemus. videnẽ eñ eſſe hęc paulo faciliora. Nũc quidẽ equinoctium nos moratur,quod valde perturbatum erat:id ſi cras erit,vtinam idem maneat Hortenſius, ſiquidem adhuc erat , liberalius nihil eſſe poteſt.De diplomate admiraris,quaſi neſcio cuius te flagitii inſimularem. Negas enim te reperire,qui mihi id in mentem venerit.Ego autem,quia ſcripſeras te proficiſci cogitare (cetenim audieram nemini taliter licere)& eo te habere cenſebam,& quia a pueris diploma ſumpſeras. Habes cauſam opinionis meę,& tamen velim ſcire quid cogites,in primiſq̃ ſi qd etiam nunc noui eſt.XVII.Calendarũ Iunii Tullia mea peperit puerũ ἐπταμηνιαῖον εὐτόκησεν. Quod quidem eſt natum perimbecillum eſt.Me mirifice tranquillitates adhuc tenuerunt, atq̃ maiore impedimento fuerunt,q̃ cuſtodię quibus aſſeruor.Nam illa Hortenſiana omnia fuere infantia.Ita fiet homo nequiſſimus,ab Saluio liberto deprauatus eſt.Itaq̃ poſthac nõ ſcribam ad te,quid facturus ſim,ſed quid fecerim.Omnes enim κωφυκαῖοι videntur ſubauſcultare quæ loquor.Tu tamẽ ſi quid de Hiſpaniis,ſiue quid aliud,perge quęſo ſcribere,nec meas literas expectaris,niſi cum quo opto,peruenerimus,aut ſi quis ex curſu.ſed hoc quoq̃ timide ſcribo,ita omnia adhuc tarda,& ſpiſſa:vt male poſuimus initia,ſic cętera ſequentur. Furias nunc ſequimur,eædem nos fortaſſe furiæ perſequentur.Ex Balbi autem ſermone,quẽ tecum habuit,non probamus de Melita.Dubitas igitur,quin nos in hoſtium numero habeat?Scripſi equidem Balbo te ad me de beneuolentia ſcripſiſſe,& de ſuſpitione.egi gratias: de altero ei me purgaui. ecquem tu hominem infeliciorem?Non loquor plura,ne te quoq̃ ex cruciem,ipſe conficior veniſſe tempus,cum iam nec fortiter nec prudenter quicq̃ facere poſſim. Vale.

tum.
Conuector
Lippitudo
Cicer.
Aegnoctiũ
Diploma.
Tullię partus ſepti meſtris.
Spiſſa.
Furias ſequimur.

Epistol. ad T. P. Atticum

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER VNDECIMVS.

T. P. ATTICO.

ACCEPI a te signatũ libellũ, quẽ Anteros attulerat, ex quo scire ni hil potui de nostris domesticis reb⁹, de qbus acerbissime afflictor: ꝙ q eas dispẽsauit, neꝙ adest istic, neꝙ vbi terrarũ sit, scio. Oẽm aũt spem habeo existimationis, priuatarũꝙ rerũ in tua erga me mihi pærspectissima beneuolentia: quã si his tẽporibus miseris & extremis pstiteris, hęc pericula, q̃ mihi cõmunia sunt cũ cęteris, fortius feram: idꝙ vt facias te obtestor, atꝙ obsecro. Ego in Cistophoro, in Asia habeo ad HS. bis, & vicies: huius pecunię pmutatione fidẽ nostrã facile tuebere: quã quidẽ ego nisi expeditã relinquere putas sem, credes ei, cui tu scis iã pridẽ † minime credere, cõmorat⁹ essem paulispær, nec domesticas res impeditas reliquissem. ob eãꝙ causam serius ad te scribo, ꝙ sero intellexi, qd timẽdũ esset. Te etiã, atꝙ etiã oro, vt me totũ tuendũ suscipias: vt si ĩ salui erunt, quibuscũ sum, vna cũ iis possim incolumis esse, salutẽꝙ meã beneuolẽtię tuę acceptã referre. Vale.

Adest istic.

Cistophoꝛ.

† me

Quibuscũ.

T. P. ATTICO.

LIteras tuas accepi pridie Nonarũ Feb. eoꝙ ipso die ex testamẽto creui hæreditatem: ex multissimis, & miserrimis curis est vna enata, si, vt scribis, ista hęreditas fidẽ, & famã meã tueri potest. quã qdẽ te intelligo etiã sine hęreditate tuis opib⁹ defensurũ fuisse. De dote qd scribis, p oẽis deos te obtestor, vt totã rẽ suscipias, & illã miserã mea culpa, & negligẽtia, tueare meis opibus, si q̃ sunt, tuis, qbus molestũ nõ erit, facultatibus: cui qdẽ deesse oĩa, qd scribis, obsecro te noli pati. in quos em̃ sumptus abeũt fructus pdiorũ? Iã illa HS. LX. quę scribis, nemo mihi vnq̃ dixit ex dote esse detracta, nũq̃ em̃ essem passus. Sed hęc minima est ex his iniuriis, quas accepi, de qbus ad te dolore, & lachrymis ꝓhibeor scribere. Ex ea pecunia, q̃ fuit in Asia, partẽ dimidiã fere exegit. Tutius videbat fore ibi, vbi est, q̃ apud publicanos. Qꝛ me hortaris, vt firmo sim aĩo, vellẽ posses aliqd afferre, quãobrem id facere possem. Sed si ad cęteras miserias accessit etiã id, qd mihi Chrysippus dixit parari (tu nihil significasti de domo) qs me miserior vno iã fuit? Oro, obsecro, ignosce, nõ possum plura scribere, quã to mœrore vrgear, ꝓfecto vides. Qd si mihi cõmune cũ cęteris esset, q̃ vident in eadẽ causa esse, minor mea culpa videret, & eo tolerabilior esset. Nũc nihil est qd cõsolet, nisi qd tu efficis, si mõ etiã nũc effici põt, vt nequa singulari afficiar calamitate, & iniuria. Tardius ad te remisi tabellariũ, ꝙ potestas mittẽdi nõ fuit citius. Et nũmorũ accepi HS. LXX. & vestimẽtorum qd opus fuit. Quib⁹ tibi videbit, velim des literas noĩe meo. Nosti meos familiareis: si gnum requirẽt, aut manum: dices iis, me propter custodias † eas vitasse. Vale.

Creui hęreditatem. Multissimis.

Accepi iniurias.

† ea.

T. P. ATTICO.

QVid hic agatur scire poteris ex eo, q̃ literas attulit: quẽ diutius tenui, quia quotidie aliqd noui expectabam⁹. Neꝙ nũc mittẽdi vlla causa fuit, ꝓter eã, de qua tibi rescribi voluisti. Qd ad Cal. Quintil. ptinet, qd vellẽ, vtrũꝙ grave est, etiã graui tẽpore piculũ tantę pecunię, & dubio rerum exitu, ista re quã scribis, abrupta. Quare vt alia, sic hoc vel maxie tuę amicitię, beneuolẽtięꝙ pmitto, & illius cõsilio, & volũtati, cui miserę cõsuluissem meli⁹, si tecũ olim corã potius, q̃ p literas de salute nr̃a, fortunisꝙ deliberauissem. Qꝛ negas pcipuũ mihi vllum incõmodũ impendere, etsi ista res nihil habet cõsolationis, tamẽ etiã præcipua multa sunt, q̃ tu ꝓfecto vides grauissima esse, & me facillime vitare potuisse. ea tamẽ erũt minora, si (vt adhuc factũ est) administratione, diligẽtiaꝙ tua leuabunt. Pecunia apud Egnatiũ est: fit a me, vt est. Neꝙ em̃ hoc, qd agitur, videtur diuturnum esse posse, vt scire iam possim, quid maxime opus sit. etsi egeo rebus omnibus, ꝙ is quoꝙ in angustiis est, quicũ sumus, cui magnam dedimus pecuniam mutuam. opinor nobis, constitutis rebus, eã rem etiã honori fore. Tu, vt antea fecisti, velim, si q̃ erũt, ad quos aliqd scribẽdũ a me existimes, ipse cõficias. Tuis salutem dic. Cura, vt valeas. In primis vero id, qd scribis, omnibus rebus cura, & prouide, ne qd ei desit, de qua scis me miserrimum esse. Idibus Iuniis, ex castris.

Opus.

T. P. ATTICO.

ACcepi ab Isidoro literas,& postea datas binas.ex ꝓximis cognoui ꝑdia nõ venisse:videbis ergo,vt sustenteꝫ partim de Frusinatis.si mõ futuri sumus, erit mihi res opportuna.Meas literas ꝙ reqris,impedior inopia rerũ,quas nullas habeo literis dignas . quippe cui nec q̃ accidũt,nec q̃ agunt,vllo modo ꝑbent.Vtinã corã tecũ olim potius,q̃ ꝑ epistolas.Luctu,vt possum,tueor apud hos cætera:celer ipse fugi adhuc omne munus,eo magis,ꝙ ita nihil poterat agi,vt mihi,& meis reb⁹ aptũ eẽt. Quid sit gestũ noui,q̃ris:ex Isidoro scire potes,reliqua nõ vident esse difficiliora.Tu id velim,qđ scis me maxime velle,cures,vt scribis, vt facis.Me cõficit solitudo,ex qua etiã summa infirmitas corporis:qua leuata,ero vna cũ eo,q negotiũ gerit,estꝙ in spe magna Brutus amicus,in causa versat acriter.Hactenus fuit, qđ caute a me scribi posset.De pensione altera,oro te omni cura considera,quid sit faciendũ, vt scripsi his literis,quas Pollex tulit.Vale. Isidorus.

T.P.ATTICO.

QVę me causę mouerit,q̃ acerbę,q̃ graues,q̃ nouę,coegerintꝙ impetu magis quodã ai vti q̃ cogitatiõe,nõ possum ad te sine maxio dolore scribere.Fuerũt qdẽ tãtę:fuit id,qđ vides.Effecerũt itaꝙ,vt nec qd ad te scribã de meis reb⁹,nec qd a te petã,reperiã:rẽ,& sũmã negotii vides.Eqdẽ ex tuis lris intellexi,& iis,q̃s cõmuniter cũ aliis scripsisti,& iis,q̃s tuo noie, qđ etiã mea spõte videbã,te subdebilitatũ,nouas rõnes tuẽdi mei q̃rere. Qđ scribis placere,vt ꝑpius accedã,iterꝙ ꝑ oppida noctu faciã,nõ sane video quẽadmodũ id fieri possit.Neqꝫ.n.ita apta habeo diuersoria,vt tota tẽpora diurna in his possim cõsumere:neqꝫ ad id,qđ q̃ris,multũ interest,vtrũ me hoies in oppido videãt,an in via.Sed tamẽ hoc ipsum,sicut alia,cõsiderabo quẽadmodũ cõmodissime fieri posse videatur.Ego ꝑpter incredibilẽ & animi,& corporis molestiam,cõficere plureis literas nõ potui, his tñ rescripsi a qbus acceperã.Tu velim & Basilio,& qbus pręterea videbit,etiã Seruilio, cõscribas,vt tibi videbit,meo noie,ꝙ tãto interuallo nihil oĩno ad nos scriptis literis.Profecto intelligis rẽ mihi deesse de qua scribã,nõ voluntatẽ. Qđ de Vatinio q̃ris,neqꝫ illi⁹,neqꝫ cuiusq̃,mihi ꝓterea officiũ deest,si reperire possent,qua in re me iuuarẽt,q̃ auersissimo a me animo patris fiũt,eodẽ Corcyrã filius venit,inde ꝑfectos eos vna cũ cęteris arbitror. Vale. Prętерea.

T.P.ATTICO.

SOllicitum esse te cum de tuis,communibusqꝫ fortunis,tũ maxime de me, ac dolore meo sentio:qui quidẽ dolor meus nõ modo nõ minuitur cũ socium sibi adiungit dolorẽ tuũ,sed etiã augetur omĩno.Pro tua prudẽtia sentis,qua cõsolatione leuari maxime possim.probas em̃ meũ consiliũ,negasqꝫ mihi quicq̃ tali tẽpore potius fugiendũ fuisse.Addis etiã(quod etsi mihi leuius est,q̃ tuum iudiciũ,tamẽ nõ est)leue cęteris quoqꝫ,idest qui põdus habeant, factum nostrum probari.id si ita putarẽ,leuius dolerem.Crede,inquis,mihi.Credo eq dem,sed scio q̃ cupias minui dolorem meum.Me discessisse ab armis nunq̃ pœnituit: tanta erat in illis crudelitas,tanta cum barbaris gentibus coniunctio,vt nõ nominatim,sed generatim proscriptio esset informata:vt iam omnium iudicio constitutum esset, omnium vestrum bona prædam esse illius victorię.vestrum plane dico,nunq̃ enim de te ipso, nisi crudelissime cogitatum sensi. Quare voluntatis meæ me nunq̃ pœnitebit , consilii pœnitet.In oppido aliquo mallem resedisse,quoad accerserer:minus sermonis subiissem,minus accepissem doloris,ipsum hoc me nõ angeret.Brũdusii iacere,in oẽis parteis est molestũ:ꝑpius accedere(vt suades)quo sine lictoribus,quos populus dedit,possum?qui mihi incolumi adimi non possunt:quos ego non paulisper cum bacillis in turbam conieci ad oppidum accedens, ne quis impetus militum fieret.recipio me tempore domo.te nunc ad oppidum , quoniam iis placeret modo ꝑpius accedere,vt hac de re cõsiderarẽt,credo fore auctores.Sic em̃ recipiunt:Cęsari nõ modo de cõseruanda,sed etiã de augenda mea dignitate curę fore: meqꝫ hortantur,vt magno animo sim,vt oĩa summa sperẽ. ea spondẽt,cõfirmãt,q̃ mihi qdẽ explorationa essent,si remãsissem.Sed ĩgero ꝓterita.Vide q̃so igit ea,q̃ restãt,& explora cũ istis:& si putabis opus esse,& si istis placebit,quo magis factũ nostrũ Cęsar ꝑbet,q̃si de suorũ sentẽtia factũ: adhibeãt Treboni⁹,Pãsa,& si q alii:scribãtqꝫ ad Cęsarẽ,me qcqd fecerĩ,de sua sentẽtia feciſſe.Tullię meę morb⁹,& imbecillitas corporis me exanimat,quã tibi ĩtelligo magnę curę Cũ & tum. Generatim. Recipiunt. Oĩa summa. De sua.

esse, qđ est mihi gratissimũ. De Põpeii exitu mihi dubiũ nũq̃ fuit. Tãta em̃ desperatio rerum eius, omniũ Regũ, & populorũ aios occuparat, vt quocũqꝫ venisset, hoc putarẽ futurũ. Non
Põp. laus. possum eius casum nõ dolere: hominẽ em̃ integrũ, & castũ, & grauẽ cognoui. De Fanio cõso
ler te pnicioſa loquebaṫ de mãsione tua. Lucius vero Lẽtulus Hortẽsii domũ sibi, & Cęsaris
hortos, & Baias despõderat. Om̃ino hęc eodẽ mõ ex hac parte fiũt, nisi ꝙ illud erat infinitũ.
oẽs em̃, q in Italia remãserãt, hostiũ numero habebanṫ. Sed velim hęc aliquãdo solutiore ani
mo. Q. Fratrẽ audio pfectũ in Asiã, vt deprecareṫ. De filio nihil audiui, sed q̃re ex Diocare,
An eũtem Cęsaris liberto, quẽ ego nõ vidi, q istas Alexandrinas literas attulit. Is dicit vidisse an euntẽ
an &c. an iam in Asia. Tuas literas, prout res postulat, expecto: quas velim cures q̃primũ ad me pferendas. Vale. IIII. Calen. Decemb.

T. P. ATTICO.

CRatę mihi tuę literę sunt, qb⁹ accurate pscripsisti oia, q̃ ad me ptinere arbitratus es. Factũ igit, vt scribis istis placere, iisdẽ istis lictoribus me vti, ꝙ cõcessum Sestio sit: cui nõ puto suos esse cõcessos, sed ab ipso datos. Audio. n.
eũ ea S. C. improbare, q̃ post discessum Tribunorũ facta sunt. Quare poterit, si volet sibi cõstare, nostros lictores cõprobare. q̃q̃ qd ego de lictorib⁹, q
Exemplũ. pene ex Italia decedere sim iussus? Nã ad me misit Antonius exẽplũ Cęsaris ad se literarũ, in qbus erat, se audiuisse Catonẽ, & L. Metellũ in Italiã venisse, Rome vt essent palam: id sibi nõ placere, ne qui motus ex eo fierẽt: phiberiqꝫ oẽis Italia, nisi quorũ ipse causam cognouisset: deqꝫ eo vehemẽtius erat scriptũ. Itaqꝫ Antonius petebat a me p literas, vt si
bi ignoscerẽ, facere se nõ posse quin his literis pareret. Tũ ad eũ misi L. Lamiã, q demõstraret illũ Dolabellę dixisse, vt ad me scriberet, vt in Italiã q̃primũ venirẽ, ei⁹ me literis venisse. Tũ
Nollem. ille edixit ita, vt me excipęret, & Lęliũ nominatim, qđ sane nollẽ. poterat em̃ sine noie res ipa excipi. O multas, & graueis offensiones: quas qdẽ tu das operã, vt lenias: nec tñ nihil pficis,
quin hoc ipso minuis dolorẽ meũ, ꝙ vt minuas, tã valde laboras, idqꝫ velim ne grauere q̃sæpissime facere. Maxime autẽ assequere qđ vis, si me adduxeris, vt existimẽ me bonorũ iudicium nõ funditus pdidisse. q̃q̃ qd tu in eo potes? nihil scilicet. Sed si qd res dabit tibi facultaEuentis. tis, id me maxime cõsolari poterit, qđ nõ qdẽ video nũc esse, sed si qd ex euẽtis: vt hoc nunc
accidit, dicebar debuisse cũ Põpeio pficisci, exit⁹ illius minuit eius officii ptermissi reprehẽAphri falla sionem. Sed ex oĩbus nihil magis tñ desideraṫ, q̃ ꝙ in Aphricam non ierim, iudicio hoc sum
ces. vsus, nõ esse barbaris auxiliis fallacissimę gẽtis rẽp. defendẽdã, psertim cõtra exercitũ sępe victorem. Nõ pbant fortasse. multos em̃ viros bonos in Aphricam venisse audio, & scio fuisse
antea. Valde hoc loco vrgeor, hic quoqꝫ opus est casu: aliq sint ex eis, aut si potest oẽs, q salutem anteponãt. nã si pseuerãt, & obtineṫ, qd nobis futurum sit, vides. Dices, quid illis si victi
erunt? honestior est plaga. Hęc me excruciãt. Sulpitii autẽ cõsiliũ nõ scripsisti, cur meo non anteponeres. qđ etsi nõ tã glorioſum sit, q̃ Catonis, tñ piculo vacuũ est, & dolore. Extremum est eorũ, q in Achaia sunt: ii tamẽ ipsi se hoc melius habẽt, q̃ nos, ꝙ & multi sunt vno in loco, & cũ in Italiã venerint, domũ statim venerint. Hęc tu pge, vt facis, mitigare, & probare q̃
plurimis. Q. te excusas, ego vero & tuas causas nosco, & mea interesse puto, te istic esse, velut cũ iis, qb⁹ oportebit agas, q̃ erũt agẽda de nobis, vt ea q̃ egisti. In primisqꝫ hoc velĩ aiad
uertas: multos esse arbitror, q ad Cęsarẽ detulerint, delaturive sint, me aut pœnitere consilii
mei, aut nõ pbare q̃ fiant. quorũ etsi vtrũqꝫ verũ est, tamẽ ab illis dicit animo a me alienato
†quo. non†ꝙ ita pspexerint, sed totũ vt hoc Balbus sustẽtet, & Oppius, & eorũ crebris literis illi⁹
voluntas erga me cõfirmeṫ. & hoc plane vt fiat, diligẽtiã adhibebis. Alterũ est, cur te nolim discedere, qđ scribis efflagitare. O rẽ miserã. Quid scribã? aut qd velim? breue faciã. Lachrymę em̃ se subito pfuderũt. tibi pmitto, tu cõsule: tãtũ vide ne hoc tẽporis tibi obesse aliquid
possit. Ignosce, obsecro te, non possum p̃ fletu, & dolore diutius in hoc loco cõmorari. tantũ dicam, nihil mihi gratius esse, q̃ ꝙ eã diligis. Q. literas, qb⁹ putas opus esse, curas dãdas, facis cõmode. Q. Fratrẽ vidi, q Sami vidisset patrẽ Sicyõe, quorũ deprecatio est facilis. Vtinã
illi, q prius eũ viderũt, me apud eũ velint adiutũ tãtũ, quãtũ ego illos vellẽ, si qd possem. Q đ
rogas, vt in bonam partẽ accipiã, siqua sint in tuis literis, quę me mordeãt, ego vero in optimam: teqꝫ rogo, vt aperte quemadmodum facis, scribas ad me omnia, idqꝫ facias q̃sæpissime. Vale. XIIII. Calendarum Iunii.

T. P. ATTICO.

QVantis curis afficiar, etsi pfecto vides,tamē cognoſces ex Lepta,& Trebatio,maximas pœnas pēdo temeritatis meę,quā tu prudētiam mihi videri vis:neq; te deterreo,quo minus id diſputes,ſcribaſq; ad me q̄ſępiſſime.non nihil.n.me leuāt tuę literę hoc tēpore.Per eos,q̄ noſtra cauſa volūt,valētq; apud illū,dilīgētiſſime cōtēdas eſt opus,p Balbū,& Oppiū maxīe,vt de me ſcribāt q̄diligētiſſime.Oppugnamur em̄,vt audio,& a p̄ſentib⁹ q̄buſdam, & p literas.iis ita occurrēdū,vt magnitudo rei poſtulat.Furnius eſt illic mihi inimiciſſim⁹, qui miſit fīliū nō ſolū ſui deprecatorē,ſed etiā accuſatorē mei.Dictitat ſe a me apud Cęſarē oppugnari,q̄d refellit Cęſar ipſe,oēsq; eius amici:neq; vero deſiſtit,vbicūq; eſt,oīa in me maledicta cōferre.Nihil mihi vnq̄ tā incredibile accidit,nihil in his malis tā acerbū.Qui ex ipo audiſſent,cū Sicyone palā multis audiētibus loquereť nefaria q̄dā, ad me ptulerūt.Noſti genus huiuſmodi hominū,etiā expertus es,fortaſſe in me id eſt oē cōuerſum.ſed augeo cōme morādo dolorē,& facio etiā tibi.Quare ad illud redeo:cura,vt huius rei cauſa, dedita opera mittat aliquē Balbus,ad quos videbiť,velim cures literas meo noīe.Vale.XIII.Cal.Ianu.

Temeritas prudentia cenſetur.

Confero.

T.P.ATTICO.

EGo vero & incaute,vt ſcribis,& celeri⁹ q̄ oportuit,feci,nec in vlla ſum ſpe:qppę q exceptionib⁹ edictorū retinear:q̄ ſi nō eſſent ſedulitate effectę & beneuolētia tua,liceret mihi abire in ſolitudines aliquas.Nūc ne id q dem licet.Quid autē me iuuat,q̄ ante initū Tribunatū veni,ſi ipſum q̄ veni,nihil iuuat!Iā q̄d ſpērē ab eo,q̄ mihi amicus nūq̄ fuit,cū iam lege etiā ſim cōfect⁹,& oppreſſus!Iā Balbi ad me literę lāguidiores, multęq; multorū ad illū fortaſſe cōtra me.Meo vitio pereo,nihil mihi mali cauſa attulit:oīa culpa cōtracta ſunt.Ego em̄,cū genus belli viderē,imparata,& infirma oīa cōtra paratiſſimos,ſciuerā q̄d facerē,ceperāq; cōſiliū nō tā forte,q̄ mihi p̄ter cęteros cōcedēdū: ceſſimus,vel potius parui. Ex q̄b⁹ vnus qua mēte fuerit is,quē tu mihi cōmēdas,cognoſces ex ipſius literis,quas ad te,& ad alios miſit:quas ego nūq̄ aperuiſſem,niſi res acta ſic eſſet: delat⁹ eſt ad me faſciculus:ſolus ſolui,ſi q̄d eſſet ad me literarū.nihil erat.Epiſtola Vatinio & Ligurio altera.Iuſſi ad eos deferri:illi ad me ſtatim ardentes dolore venerūt,ſcelus hoīs clamātes.Epiſtolas mihi legerūt plenas omniū in me p̄brorū.hic Ligurius furere.ſe em̄ ſcire ſummo illū in odio fuiſſe Cęſari:illū tm̄ nō modo fouiſſe,ſed & tātā pecuniam illi dediſſe honoris mei cauſa.Hoc ego dolore accepto,volui ſcire q̄d ſcripſiſſet ad cęteros. Ipſi em̄ illi putaui pniciōſum fore,ſi ei⁹ hoc tātū ſcelus p̄rebuiſſet.Cognoui eiuſdē generis literas, ad te miſi,quas ſi putabis illi ipſi vtile eſſe reddi,reddes:nil me lędet:nā q̄ reſignatę ſunt,habet opinor,ei⁹ ſignū Pōponia.Hac ille acerbitate initio nauigatiōis cū vſus eſſet,tāto me dolore affecit,vt poſtea iacuerim:neq; nūc tā p ſe,q̄ cōtra me laborare dicit.Ita oībus reb⁹ vrgeor,quas ſuſtinere vix poſſum, vel plane nullo mō poſſum.quibus in miſeriis vna eſt p oīm bus,q̄ iſtā miſerā partu,patrimonio,fortuna oī ſpoliatā relinquā.Quare te,vt pollicēris,videre plane velim.aliū em̄ cui illā cōmēdē habeo neminē,q̄m matri quoq; eadē intellexi eſſe parata,q̄ mihi. ſed ſi me nō offendes,ſatis tm̄ habeto cōmēdatā,patruūq; in ea,quātū poteris,mitigato.Hęc ad te die natali meo ſcripſi.quo vtinā ſuſcept⁹ nō eſſem,aut ne q̄d ex eadē matre poſtea natū eſſet.plura ſcribere fletu p̄hibeor.Vale. T.P.ATTICO.

Epiſę proemium.

Percrebeſcere.

Tullíolæ cura.

Natalis Cicer.

AD meas incredibileis ęgritudines aliq̄d noui accedit ex his, q̄ de Quinto Fratre ad me afferunť.P.Terēti⁹ me⁹ neceſſarius magnas opęras in portu, & ſcriptura Aſię p Magno dedit.Is Q.Fratrē Epheſi vidit.VI.Id.Decemb. eūq; ſtudioſe ppter amicitiā noſtrā inuitauit:cumq; ex eo de me cōtareť,eū ſibi ita dixiſſe narrabat,ſe mihi eē inimiciſſimū,volumēq; ſibi oſtēdiſſe orationis quā apud Cęſarē cōtra me eſſet habiturus.multa a ſe dicta cōtra ei⁹ amētiā:multa etiā patris ei⁹ ſimili ſcelere,ſecū Quintū filiū locutū:cui⁹ furorē ex his epiſtolis,quas ad te miſi,pſpicere potuiſti.Hęc tibi dolori eſſe certo ſcio,me quidē excruciāt,& eo magis,q̄ mihi cū illis ne querēdi quidē locum futurū puto.De Aphricanis quidē rebus longe alia nobis,ac tu ſcripſeras,nunciātur.Nihil em̄ firmius eſſe dicūt,nihil paratius. Accedit Hiſpania,& alienata alia:legionum,nec vis eadē,nec voluntas.Vrbanę res pditę.Quid eſt,vbi acqeſcā!niſi q̄diu tuas literas lego.q̄ eſſent p̄fecto crebriores,ſi q̄d haberes,quo puta res meā moleſtiā minui poſſe.Sed tm̄ te rogo,ne intermittas ſcribere ad me q̄cq̄d erit, eoſq;

P.Terēti⁹.

Odiū Q. Fra.ī Cic.

qui mihi tam crudeliter inimici sunt,si odisse non potes,accuses tamen,non vt aliquid ꝑfi cias,sed vt tibi me charum esse sentiant.Plura ad te scribam,si mihi ad eas literas,quas pro xime ego ad te dedi,rescripseris.Vale.VII.Calendarum Februarii.

T.P.ATTICO.

Confectus.

COnfectus iã cruciatu maximorũ dolorũ,ne si sit qdẽ,qđ ad te debeã scribe re,facile id exequi possem:hoc minus,ꝙ res nulla est,q̃ scribẽda sit:cũ ꝑsertim ne spes quidẽ vlla ostendat fore melius.Ita iã ne tuas quidẽ literas expe cto,q̃q̃ semp aliqd afferũt,qđ velim.Quare tu qdẽ scribito,cũ erit cui des. Ego tuis ꝓximis,quas tamẽ iãpridẽ accepi,nihil habeo qđ rescribã.longo enim interuallo video esse mutata omnia:illa esse firma q̃ debeãt:nos stulti

Curanda HS.xxx.

tię nostrę grauissimas pœnas pendere Reip.Sallustio curanda sunt HS.XXX.quæ accepi a Cn.Sallustio:velim videas,vt q̃ ad me ptinẽt,sine mora curent.De ea re scripsi ad Terentiã,

Qui pro quo.

atꝙ hoc ipsum iã ꝓpe consumptũ est.Quare id quoꝙ velim cũ illa videas,vt sit q vtamur. hic fortasse potero sumere,si sciã istic paratũ fore:sed prius q̃ id scirẽ,nihil sum ausus sume re.Qui sit omniũ rerũ status noster,vides.Nihil est mali, qđ nõ & sustineã,& expectẽ. Qua

Frater.

rũ rerũ eo grauior est dolor,quo culpa maior.Ille in Achaia non cessat de nobis detrahere: nihil videlicet tuę literę profecerunt.Vale.VIII.Iduum Martii.

T.P.ATTICO.

Pendere animi.

CEphalio mihi a te literas reddidit ad octauũ Id.Mar.vesperę.Eo autem die mane tabellarios miserã,qb9 ad te dederã literas,tuis tñ lectis literis,putaui tandẽ aliqd rescribẽdũ esse:eo maxime,ꝙ ostẽdis te pẽdere animi,quãnã ra tionem Cęsari allaturus ꝓfectionis meę tũ,cũ ex Italia discesserim.nihil mi hi opus est noua ratione.Sępe em̃ ad eũ scripsi,multisꝙ mãdaui,nõ potuis se,cum cupiissem,sermones hominũ sustinere,multaꝙ in eã sentẽtiã. Nihil enim erat,qđ minus eũ vellem existimare,q̃ me tanta de re nõ meo cõsilio vsum esse.Postea q̃ mihi literę a Cornelio Balbo minore missę essent:illũ existimare Q.Fratrẽ illiciũ meę ꝓfe ctionis fuisse(ita em̃ scripsit,qui nõdũ cognosset,q̃ de me Quintus scripsisset ad multos.etsi mꝰra ꝑsens in ꝑsentẽ acerbe dixerat,effecerat tñ L.ĩ eo)his verbis ad Cęsarẽ rescripsi.De Q. Fratre meo nõ minus laboro,q̃ de me ipso,sed eũ tibi cõmẽdare hoc meo tẽpore nõ audeo. Illud duntaxat tñ audebo pętere abs te,qđ te oro,ne qd existimes ab illo factũ esse,quo minꝰ mea in te officia constarent,minusve te diligerem : potiusꝙ illum semp auctorẽ nostrę con iunctionis fuisse,meiꝙ itineris comitẽ,nõ ducẽ.Quare cęteris in rebus tantũ ei tribues,quã tum humanitas tua,amicitiaꝙ nostra postulat.Ego ei ne qd apud te obsim,id te vehemẽter etiam,atꝙ etiã rogo. Quare,si qs cõgressus fuerit mihi cũ Cęsare,etsi non dubito quin is lenis in illũ futurus sit,idꝙ iã declarauerit,ego tamẽ is ero,q̃ semp fui.Sed,vt video,multo magis est nobis laborãdũ de Aphrica,quã qdẽ tu scribis cõfirmari quotidie magis ad cõdi tionis spẽ,q̃ victorię:qđ vtinã ita esset.Sed lõge aliter esse intelligo,teꝙ ipsum ita existima re arbitror,aliter autẽ scribere nõ fallẽdi,sed cõfirmãdi mei causa:ꝑsertim cũ adiũgatur ad Aphricã etiã Hispania.Qz me admones,vt scribã ad Antoniũ,& ad cęteros,si qd videbiẽ ti bi opus esse,velim facias id qđ sępe feciſti:nihil em̃ venit mihi in mẽtẽ,qđ scribẽdũ putẽ. Qz me audis erectiorẽ esse aĩo,qd putas?cũ videas accepisse ad supiores ęgritudines ꝑclaras ge

Quoad eiꝰ Hęreditate creui.

nere actiones.Tu tñ velim,ne intermittas,quoad eiꝰ facere poteris,scribere ad me,etiã si rẽ de qua scribas,nõ habebis.Semp em̃ afferũt aliqd mihi literę tuę.Galeõis hęreditate creui. Duco em̃ cretionẽ fuisse simplicẽ,quoniã ad me nulla missa est.Vale.VIII.Id.Martii.

T.P.ATTICO.

ſint.

AMurenę liberto nihil adhuc acceperã literarum: sed P.Seruilio reddiderat eas,qbꝰ rescribo . De Ser.patris literis qđ scribis,itẽ Quintũ in Syriã venis se,& ꝙ ais esse q nũciẽt:ne id qdẽ verũ est.Qz certiorẽ te vis fieri,quo qsꝙ in me animo sit,aut fuerit eorũ,q̃ huc venerũt,neminẽ alieno intellexi.Sed quãrũ id mea interfit,existimare te posse certo scio.Mihi cũ oĩa ſſunt into lerabilia ad dolorẽ,tũ maxime,ꝙ in eã causam venisse me video,vt sola vti lia mihi esse videant,q̃ semp nolui.P.Lentulũ patrẽ Rhodi esse aiũt,Alexandrię filiũ:Rhodo ꝙ Alexandriã C.Cassiũ ꝓfectũ esse cõstat.Quintus mihi ꝑ literas satisfacit,multo asperiori bus verbis,q̃ cũ grauissime accusabat.Ait em̃ se ex literis tuis intelligere,tibi non placere ,ꝙ

ad multos de me aſperius ſcripſit.Itaq; ſe pœnitere,q; animũ tuũ offenderit,ſed ſe iure feciſſe.Deinde pſcribit ſpurciſſime,quas ob cauſas fecerit.Sed neq; hoc tẽpore,nec antea patefeciſſet odiũ ſuũ in me,niſi oĩbus rebus me eſſe oppreſſum videret.Atq; vtinã vel nocturnis, quẽadmodũ tu ſcripſeras,itineríb9 ꝓpius te acceſſiſſem.Nũc nec vbi,nec qñ te ſim viſurus, poſſum ſuſpicarí.De cohęredib9 Suffidianis nihíl fuit,qđ ad me ſcriberes:nã & ęquũ poſtulant:& qcqd egiſſes,recte eſſe actũ putarẽt.De fundo Fruſinatí redimẽdo iãpridẽ intellexíſti volũtatẽ meam.etſi tũ meliore loco res erant noſtrę,neq; mihí deſpaturi ira videbamur, tamẽ in eadẽ ſum volũtate.in iis quẽadmodũ fiat,tu videbis:& velim quoad poteris,cõſide res,vt ſit vnde nobis ſuppeditent ſumpt9 neceſſarii.Si quas habuim9 facultates,eas tũ Põpę ío,cũ id videbamur ſapiẽter facere,detulim9.Itaq; tũ & a tuo villíco ſumpſimus, & aliunde mutuatí ſum9,cũ Quint9 q̃rerẽt ꝑ literas,ſibí nos níhíl dediſſe,q neq; ab íllo rogatí ſumus, neq; ipſi eã pecuniã aſpexim9.Sed velim videas,qd ſit qđ cõficí poſſit,qdq; mihí de oĩb9 des cõſilii.& cauſam noſti.Plura ne ſcribã dolore impędior.Si qd erit,qđ ad quos ſcribẽdũ meo noíe putes,velim,vt ſoles,facias:quotieſq; habebis,cui des ad me líteras,nolim ꝑtermittas.

Facul.Cic. mutuo datę Põpęio.

Quod ad quos.

Vale.

T.P.ATTICO.

NOn me offendit veritas literarũ tuarũ,q; me tũ cõmunib9 malis,tũ ꝑcipuis oppreſſum,ne incípis qdẽ,vt ſolebas,cõſolarí,fateríſq; id fieri iã non poſſe. nec em̃ ea ſunt,q̃ erãt antea:& vt níhíl aliud,comites me,& ſocios habere putabã.Oẽs em̃ Achaíci depcatores,itẽq; in Aſia,qbus nõ erat ignotũ,etiã qbus erat,in Aphricã dicunt nauigaturi.Ita ꝑter Lęliũ,neminẽ habeo culpę ſociũ:q tamẽ hoc meliore in caſu eſt,q; iã eſt recept9.De me autẽ nõ dubito,quin ad Balbũ,& ad Oppiũ ſcripſerit:a qbus,ſi qd eſſet lętius,certior factus eſſem,tecũ etiã eſſent locutí:qbuſcũ tu de hoc ipſo colloquare velim: & ad me qd tibí reſpõderint,ſcríbas:nõ q; ab iſto ſalus data qcq̃ habitura ſit firmitudinís,ſed tñ aliqd cõſulí;& ꝑſpicí poterít. etſi omnũ cõſpectũ horreo,ꝑſertim hoc genere,tñ in tãtis malis qd aliud velim nõ repęrío.Quintus pgit,vt ad me & Pãſa ſcripſit,& Hircius:iſq; itẽ Aphricã pętere cũ cęterís dící tur.Ad Minutiũ parẽtẽ ſcribã:cũ tuas líteras mittã,ad te ſcribã nũ qd egerit. HS.XXX.po tuiſſe mírarer,niſi multa de Suffidianis ꝑdiis:& id video tñ,& expecto:quã vídere,ſi vllo mõ poteſt ſres noſtra,pęruellẽ.Iã extremũ cõcludit:ibí facile eſt,qđ quale ſit,graue eſt exiſtímare.

Achaici depcatores.

†Reſp.eſt.

Vale.

T.P.ATTICO.

QVoniã iuſtas cauſas affers,q; te hoc tẽpore vídere nõ poſſim,q̃ſo qd ſit mihí faciẽdũ.Ille em̃ ita videt Alexandriã tenere,vt eũ ſcribere etiã pudeat de illís rebus.Ií autẽ ex Aphrica iã affuturí vident.Achaici itẽ ex Aſia reditu rí ad eos,aut líbero alíquo loco cõmoraturi.Quid mihí igit putas agẽdũ? Video difficile eſſe cõſiliũ:ſum em̃ ſolus,aut cũ altero,cui neq; ad íllos redítus ſit,neq; ab iís ipſis qcq̃ ad ſpẽ oſtẽdat.ſed tamẽ ſcire velim,qd cẽſeas: id q; erat cũ aliis,cur te,ſi fieri poſſet,cupęrẽ vídere.Minutiũ.XII.ſola curaſſe ſcripſi ad te antea:qđ ſupereſt,velim videas vt curet.Quint9 nõ mõ nõ cũ magna ꝑce ad me,ſed acerbiſſíme ſcripſit.Filius vero mirifico odio.nihil fingi poteſt malí,quo nõ vrgear.Oĩa tñ ſunt faciliora,q̃ pęccatí dolor,q & maxim9 eſt,& eternus.Cui9 pęccati,ſi ſocios eſſem habitur9 ego, quos putaui,tñ eſſet ea cõſolatio tenuis:ſed habet aliorũ omniũ ratio exitũ,mea nullũ. alíí captí,alíí intercluſi nõ veniũt in dubium de volũtate,eo minus ſcilícet,cũ ſe expędierint, & vna eſſe cœperint.íí autẽ ipſi,q ſua volũtate ad Fuſiũ venerũt,nihíl poſſunt níſi timídi exiſtímarí.Multí autẽ ſunt,q quocũq; ſunt, modo ad íllos ſe recípere volẽt,recípient:quo minus debes mírarí,nõ poſſe me tãto dolorí reſiſtere.ſolíus em̃ meũ pęccatum corrigí nõ poteſt,& fortaſſe Lęlíí:ſed qd me id leuat?nã C.quidẽ Caſſiũ aiunt cõſiliũ Alexandriã eundi mutauiſſe.Hęc ad te ſcribo,nõ vt queas tu demere ſollicitudinẽ,ſed vt cognoſcã,& qd tu ad ea afferas,quę me cõficiũt.ad quę Gener accedit,& cętera,quę fletu reprimor ne ſcribã.Quin etiã Aeſopi F.me excruciat:prorſus nihíl abeſt,quin ſim miſerrimus.Sed ad primũ reuertor: qd putes faciendũ:occulte ne aliquo propius veniendũ,an mare tranſeundũ:nã hic manerí diutius nõ poteſt.Suffidianis quare nihíl potuit cõficí?genus em̃ conditionis eiuſmodi fuit,in quo nõ ſolet eſſe cõtrouerſia:cũ ea pars,q̃ videtur eſſe minor,licitatione expleri poſſet.Hæc ego nõ ſine cauſa q̃ro:ſuſpicor em̃ cohęredes dubiã noſtrã cauſam putare,& eo rẽ in integro eſſe. Vale.Prídie Id.Maíí.

xíí.ſ.HS. Quinti in Cic.odiũ.

Dolor pẽtí ęternus.

Solius meũ

Manerí ímperſo.

Epistol.ad T.P.Atticum

T.P.ATTICO.

†a te em̃.

NOn meo vitio fuit hoc qdē tēpore, †ante em̃ est pccatū, vt me ista epistola nihil cōsolet: nā & exigue scripta hęc est, & suspitiones magnas habet, non esse ab illo, quas animaduertisse te existimo. De obuiā itione ita faciam, vt suades. Neq; em̃ valde aduētus eius opinio est: neq; si q ex Asia veniūt, qcq̄ auditū esse dicūt de pace, cuius ego spe in hāc fraudē incidi. Nihil video, qd̄ sperādū putē, nūc pstertim, cū ea plaga in Asia sit accepta, in Illyrico, in Cassiano negotio, in ipsa Alexandria, in Vrbe, in Italia. Ego vero, etiā si rediturus ille est, qui adhuc bellū gerere dicit, tamē ante reditū eius negotiū cōfectū iri puto. Q; autē scribis quā dam lętitiā bonorū esse cōmotā, vt sit auditū de literis, tu qdē nihil ptermittis, in quo putes aliqd solatii esse: sed ego nō adducor, quēq̄ bonū vllā salutē putare mihi tāti fuisse, vt eā peterē ab illo, & eo minus, q; huiꝰ cōsilii iā ne sociū qdē habeo quēq̄, q in Asia sunt, & rerū exitū expectāt. Achaici etiā Fusio spē deprecationis afferūt. horū & timor idē fuit primo, q meus, & cōstitutū mora Alexādrina causam illorū correxit, meā euertit. Quāobrem idē a te nūc peto, qd̄ tu priorib⁹ literis, vt si qd in pditis reb⁹ dispiceres, qd̄ mihi putares faciēdum, me moneres. si recipior ab iis, qd̄ vides nō fieri, tñ quoad bellū erit, qd agā, aut vbi sim, nō re perio: sin iactor, eo min⁹. Itaq; tuas literas expecto, easq; vt ad me sine dubitatione scribas, rogo. Q; suades, vt ad Quintū scribā de his literis, facerē, si me qcq̄ istę literę delectarent. Quidam scripsit ad me his verbis. Etsi ego, vt in his malis, Patris sum nō inuitꝰ, esserꝰ libēti⁹, si frater tuus ea de te loq̄ret, q̄ ego audire vellē. Q; ais illū ad te scribere, me sibi nullas lras remittere, semel ab ipso accepi. ad eas Cephalioni dedi, q multos mēses tēpestatib⁹ retēt⁹ est. Q. Filiū ad me acerbissime scripsisse, iā añ ad te scripsi. Extremū ē, qd̄ te orē, si putas rectū eē, & a te suscipi posse, cū Camillo cōmunices, vt Terētiā moneatis de testamēto. Tēpora monēt vt videat, vt satisfaciat qb⁹ debeat. Auditū ex Philotimo est, eā scelerate q̄dā facere: credibile vix est. sed certe si qd est qd̄ fieri possit, puidēdū est. De oīb⁹ reb⁹ velim ad me scribas, & maxime quid scribas de ea: in quo tuo cōsilio egeo, etiā si nihil excogitas. id em̃ mihi erit p explorato. Vale. III. Nonarum Iun.

De obuiā itione.

Terētia scelerate facit

T.P.ATTICO.

†ternas.

ROpērātibus tabellariis alienis, hāc epistolā dedi, eo breuiorē etiā, q; eram missurus meos. Tullia mea venit ad me pridie Id. Iun. deq; tua erga se obseruātia, bñuolētiaq; mihi plurima exposuit, literasq; reddidit †trinas. Ego autē ex ipsius virtute, humanitate, pietate, nō modo eā voluptatē nō cepi quā capere ex singulari filia debui, sed etiā incredibili sum dolore affectus, tale ingeniū in tā misera fortuna versari, idq; accidere nullo ipsius delicto, summa culpa mea. Itaq; a te neq; cōsolationē iā, qua cupere te vti video, neq; cōsiliū, qd̄ capi nullū potest, expecto: teq; oīa cū superioribus sępe literis, tū pximis tētasse intelligo. Ego cum Sallustio Ciceronē ad Cęsarē mittere cogitabā. Tulliā autē nō videbā esse causam, cur diutius mecū tāto in cōmuni mœrore retinerē. Itaq; Aemathiā, cū primū p ipsam liceret, erā remissurus. pro ea quēadmodū cōsolādis scripsisti †P. tāta eo me scripsisse, q̄ tu ipse intelligis respōderi potuisse. Q; Oppiū tecū scribis locutū, nō abhorret a mea suspitione eiꝰ oro: sed nō dubito, qn istis psuaderi nullo mō possit, ea q̄ faciāt, mihi pbari posse, quoquo mō loquar. Ego tñ vtar moderatiōe qua potero. q̄q̄ qd mea interfit, vt eorū odiū subeā, nō ītelligo. Te iusta causa ipēdiri quo minꝰ ad nos venias, video, idq; mihi valde molestū est. Illū ab Alexādria discessisse nemo nūciat: cōstatq; ne pfectū qdē illo quēq̄ post Idꝰ Mar. nec post Id. Decēb. ab illo datas vllas lras. ex quo illd̄ ītelligis de lris ad V. Id. Feb. datis, qd̄ inane esset etiā si verū eēt, nō verū eē. L. Terētiū discessisse ex Aphrica scimꝰ, Pęstūq; venisse. Quid is afferat, aut quō exierit, aut qd ī Aphrica fiat, scire velim. Dicit em̃ p Nasidiū ad me missus eē. Id quale sit, velim si inueneris, ad me scribas. De his rebus, quas mihi notas esse voluisti, vt scribis, faciam. Vale. XVIII. Cal. Quintil.

Tullię casum deflet.

T.P.ATTICO.

†Pudet.

Abhorret.

EX illiꝰ ab Alexādria discessu nihil adhuc rumoris: cōtraq; opinio, valde eē impēditū. Itaq; nec mitto, vt cōstituerā, Ciceronē: & te rogo, vt me hinc expędias. Quoduis. n. supplicium leuiꝰ est hac māsiōe. Hac de re & ad Antonium scripsi, & ad Balbū, & ad Oppiū. Siue em̃ bellū in Italia futurū est, siue classibus vteť, hic esse me minime cōuenit: quorū fortasse vtrūq; erit. alterum certe intellexi oīno ex Oppii sermone, quē tu mihi scripsisti, q̄ istorum via

eſſet:ſed,vt eã flectas,te rogo.Nihil oĩno iam expecto,niſi miſerũ.Sed hoc pердitius, in quo nũc ſum,fieri nihil poteſt.Quare cũ Antonio loquare velim,& cũ iſtis:& rem,vt poteris,ex pedias,& mihi q̃primum de omnibus rebus reſcribas. Vale.XII.Calendarum Quintil.

T.P.ATTICO.

q̄ habere,q vtar.Atq illud Trebatius se tibi dixisse narrabat. Tu autē veritus es:fortasse,ne ego inuitus audirē.Fuit id qdē humanitatis,sed mihi crede,iā ista non curo.Quare da te in sermonē,& persecā,& cōfice,excita,cōpella,loquere,vt te cū illo Sceua loqui putes.Ne existimes,q nō debita cōsectari soleant,qd debeatur remissuros.De die tātū videto,& id ipsum bono modo. Quid est hoc,qd Hermogenes mihi Clodius,Andromedē sibi dixisse,se Ciceronē vidisse Corcyrę!Ego em̄ audita tibi putarā. nil igit̄,ne ei qdē literarū!an nō vidit! Facies ergo vt sciā.Quid tibi ego de Varrone rescribam! Quattuor διαθέσεις sunt in tua potestate. quid egeris,id pbabo: nec tñ αἱρέσεις τῶν.Quid em̄!sed ipsi q̄ res illa probaret, magis verebar.Sed quoniā tu suscipis in alterā aurem de retentione,rescripsi ad tuas accurate literas scriptas.Conficies igitur,& qdē sine vlla dubitatione,aut retractione. hoc fieri & oportet,& opus est.De Andromene,vt scribis,ita putarā. Scripsisses.n.mihi q̄ didicisses. tu tñ ira mihi de Bruto scribis,vt de te nihil. quādo aūt illū putas! Nā ego Romam pridie Iduū,ita volui Bruto scribere:sed quoniā tu te legisse scribis,fui fortasse ἀλαφέστερος,me ex tuis literis intellexisse,nolle eū me,quasi psequēdi sui causa,Romā nūc venire.Sed quoniā iā adest meus aduētus,hāc queso,ne qd eū Idus impēdiāt,quo minus suo cōmodo in Tusculano sit.Nec enim ad tabulā eū desideraturus erā.in tali.n.negotio cultus vn9 nō satis es.sed ad testamētū volebā, qd iam malo alio die,ne ob eā causam Romā venisse videar.Scripsi igit̄ ab Brutū iā illud qd putassem,Idibus nihil opus esse. Velim ergo totū hoc ita gubernes,vt ne minima quidē re vlla Bruti cōmodū impēdiamus.Sed qd est tādē,qd pērhorrescas! quia tuo pericule iubeam libros dari Varroni. etiā nūc si dubitas,fac vt sciamus.Nihil em̄ est illis elegātius:volo Varronē,prēsertim cū ille desideret.sed est,vt scis δεινὸς ἀνὴρ τάχα κεν ηδὲ ἀναίδεον ἀιδόων.ita mihi sæpe occurrit.vultus eius est q̄rentis fortasse vel hoc,meas parteis in his libris copiosius defensas esse,q̄ suas.qd mehercule intelliges nō esse, siquando in Epeirum veneris. nā nūc Alexionis epistolis cedimus. sed tamē ego nō despero probatū iri Varroni, & id quoniā impensam fecimus in Macrocolla,facile patior teneri.sed etiā,atq etiā dico,tuo pericule fiet.Quare,si addubitas,ad Brutū transeamus. est em̄ is quoq Antiochius. O Academiā volaticā,& sui similē,modo huc,modo illuc. Sed queso epistola mea ad Varronem valde ne tibi placuit! Male mihi sit,si vnq̄ quicq̄ tā enitar. ergo ego,ne Tironi qdē dictaui,qui totas περιοχὰς persequi solet,sed Spinthero syllabatim.De Virgilii parte valde probo.Sic ages igit̄. equidē id erat primū,& maximū Clodiæ.Qd si neutrū,metuo ne turbē,& irruā in Drusum. intēperās sum in eius rei cupiditate,quā nosti.Itaq reuoluor identidē in Tusculanū. Quiduis em̄ potius q̄ vt nō hac æstate absoluat̄.Ego,vt tēpus est,nostrū locū habeo nullum,vbi facilius esse possim,q̄ Asturæ.Sed quia qui mecū sunt,credo q mœstitiā meā nō ferūt, domū properant, etsi poterā remanere,tñ,vt scripsi tibi,proficiscor hinc,ne relictus videar.Quo aūt Lanuuio! coner equidē in Tusculanū,sed faciā te statim certiorē. Tu literas cōficies. Eqdē credibile nō est,quantū scribā die,quin etiā noctibus. nihil est em̄ somni.Heri etiā effeci epistolā ad Cæsarem,tibi em̄ placebat,quā nō fuit malū scribi,si forte opus eē putares:vt qdē nūc est, nihil sane est necesse mittere.sed id quidē,vt tibi videbitur. mittā tamen ad te exēplū fortasse Lanuuio,nisi forte Romā.sed cras scies.Epistolam ad Cæsarē, nobis vero semp rectissime placuit, vt isti ante legerent.Aliter enim fuissemus, & in hos inofficiosi,& in nosmetipsos, si illū offensuri fuimus,pene periculosi.Isti aūt ingenue,mihiq gratū,q quid sentirēt,nō reticuerūt. Illud vero vel optime,q ita multa mutari nolūt, vt mihi de integro scribendi causa nō sit. q̄q̄ de Parthico bello qd spectare debui,nisi qd illū velle arbitrabar! Qd em̄ aliud argumētū epistolę nostrę,nisi Collatia fuit!An si ea quę optima putarā,suadere voluissem, oratio mihi defuisset!Totis his igit̄ literis nihil opus est. Vbi.n.ἐπιτεύγμα magnū nullū fieri possit,ἀπότευγμα vel nō magnū molestū futurū sit,qd opus est παρακινδυνεύειν; presertim cū illud occurrat,illū cū antea nihil scripserim,existimaturū me,nisi toto bello cōfecto, nihil scriptutū fuisse.Atq etiā vereor,ne putet me hoc quasi Catonis μείλιγμα esse voluisse.Quid queris! Valde me pœnitebat.nec em̄ in hac qdē re quicq̄ magis vt vellē,accidere potuit,q̄ q σπουδὴ nostra nō est pbata.Incidissemus etiā in illos, in eis in cognatū tuū.Sed redeo ad hortos.Plane illuc te ire nisi tuo magno cōmodo nolo.Nihil em̄ vrget. quicqd erit,opera Faberio ponamus.De die tñ auctionis,si qd scies,eū q e Cumano venerat, q & plane valere Atticā nūciabat,& literas se habere aiebat,statim ad te misi.Hortos qm̄ hodie eras inspecturus,qd visum tibi sit cras scilicet.De Faberio aūt cū venerit.De epistola ad Cæsarē(iurato mihi crede) nō

Da te in sermonē.

Suscipere in alteram aurem.

Macrocolla.

Brutus Antiochius.

O Academiam volaticam.

Periochę.

Syllabatim Virgilius.

Assentatio turpis.

possum.Nec me turpitudo deterret, etsi maxime debeat:q̃.n.turpis est assentatio, cũ viuere ipsum turpe sit nobis:sed vt cœpi, non me hoc turpe deterret,ac vellẽ qdẽ, (essem enim qui esse debebã) sed in mentẽ nihil venit.Nã que sunt ad Alexandrũ hominũ eloquentiũ,& doctorũ suasiones,vides quibus in rebus versentur. Adolescentẽ incẽsum cupiditate verissimę glorię,cupientẽ sibi aliquid consilii dari,qđ ad laudẽ sempiternã valeret,cohortantur. ad decus nõ deest oratio.Ego quid possum:tamẽ nescio quid e quęrcu exculpseram,qđ videretur simile simulacri.In eo ꝙ nõnulla erant paulo meliora, q̃ ea quæ fiunt,& facta sunt, reprehendũtur,quod me minime pœnitet.Si em̃ peruenissent istę literę,(mihi crede) nos pœniteret.

Suasiones ad Alex.

Alex.Magnus.

Quid tu: nõ vides ipm illũ Aristotelis discipulũ summo ingenio,summa modestia,postea q̃ Rex appellatus sit,superbum,crudelẽ,immoderatũ fuisse:Quid tu hũc de põpa Quirini cõtubernalem,his nostris moderatis epistolis lętaturũ putas: Ille vero potius non scripta desiderat,q̃ scripta non probet.Postremo,vt volet. Abiit illud qđ tum me stimulabat,qđ tibi dabã πρόβλημα, ἀρχιμήδειον. multo mehercule magis nũc opto casum illũ quem tũ timebam,vel quẽ libebit,nisi quid te aliud impędiet,& mihi optato veneris. Nicias a Dolabella in magno opere arcessitus.Legi enim literas.etsi inuito me, tamẽ eodem me auctore profectus est.Hoc manu mea. Cum quasi alias res quęrerem de philologis e Nicia,incidimus in Talenã.ille de ingenio nihil nimis.modestum,& frugi. sed hoc mihi nõ placuit. Se scire aiebat ab eo nupęr petitam Cornificiam,Quinti filiam,vetulam sane, & multarum nuptiarũ.non esse probatam mulieribus, ꝙ ita reperirẽt rẽ nõ maiorẽ.DCCC.Hoc putaui te scire oportere.De hortis ex tuis literis cognoui,& Chrysippo in villa.cui⁹ insulsitatẽ bene norã.video nihil, aut paucã, aut ad balnearia.tamẽ laudat maiora de minoribus: ait hyberna effici posse.Tecta igitur ambulatiuncula addenda est. quã vt tãtã faciamus,quãtã in Tusculano fecimus,propę dimidio minoris constabit isto loco.Ad id autẽ qđ volumus ἀφίδρυμα,nihil aptius videtur q̃ lucus quẽ ego norã, sed celebritatẽ nullã tũ habebat,nũc audio maximã. Nihil est qđ ego malim. In hoc τὸν τύφον μὸ πρὸσ θεῶν ξοποφόρκσον.Reliquũ est,si Faberius nobis nomẽ illud explicat, noli q̃rere quanti.Othonem vincas volo.nec tamẽ insaniturum illum puto.nosse enim mihi hominẽ videor.Ita male autẽ audio ipsum esse tractatũ,vt mihi ille emptor nõ esse videatur. Quid em̃ pateretur:Sed quid argumẽtor:Si Faberiũ explicas,emamus vel magno. sin min⁹, ne paruo quidẽ possumus.Clodiam igitur,a qua ipsa ob eam causam desiderare videor,ꝙ & multo minoris sunt,& Dolabellę nomẽ. nam expęditũ videtur, vt etiã repsentatione concludã.De hortis satis.cras aut te,aut causam,quã qdẽ futurã Faberianã,sed si poteris.Ciceronis epistolã tibi remisi.O te ferreũ,qui illius pericułis nõ moueris. me quoꝙ accusat.Eã epistolã tibi misi,& illã alterã de rebus gestis, eodẽ exẽplo puto. In Cumanũ hodie misi Tabellariũ,

Insulsitas.

†Heros.

ei dedi tuas ad Vestoriũ,quas Pharnaci dederas. Cõmodũ ad te miserã Demeam, cũ † Eros ad me venit,sed in eius epistola nihil erat noui,nisi auctionẽ biduũ. Ab ea igit,vt scribis, & velim confecto negotio Faberiano,quẽ quidẽ negat†Eros hodie.cras mane putat.a te colendus est.Ista autẽ κολάζειν, non lõge absunt ab scelere,vt spero perendie.Sicunde potes, erues. Qui decẽ legati Mumio fuerunt Polybius nõ nominat.Ego memini Albinũ consularẽ,& Sp. Mumiũ videor audisse ex Hortensio Tuditano.sed in Libonis Annali.XIIII. annis post ꝑtor est factus Tuditanus,q̃ Consul Mumius.nõ sane quadratulo aliquẽ Olympia,aut vbi visum πολιτικὸν σύλλογον, more Dicęarchi familiaris tui.Quinto Calen.mane accepi a Demea literas pridie datas,ex qbus aut hodie,aut cras te expectare deberem.Sed vt opinor,idẽ quoꝙ ego, qui expecto tuũ aduentum,morabor te. Non enim puto tam expęditũ Faberianũ negotium, etiã si est futurũ,vt nõ habeat aliquid morę. Cũ poteris igit,quoniã etiã dũ abes. Dicęarchi quos scribis libros,sane velim mihi mittas,addas etiã καταβάσεως. De epistola ad Cæsarem κελεικὰ, atqꝙ id ipsum,qđ isti aiũt illũ scribere, se nisi constitutis rebus nõ iturũ in Parthos, idem ego semper suadebã in illa epistola:me vtrũ liberet,facere posset auctore. Hoc enim ille

Semiliberi saltẽ sim⁹.

expectat videlicet,neqꝙ est facturus quicq̃ nisi de meo consilio.Obsecro abiiciamus ista,& semiliberi saltẽ simus,qđ assequemur & tacendo,& latendo.Sed aggredere Othonẽ,vt scribis.Cõfice mi Attice istã rẽ.Nihil enim aliud reperio, vbi & in foro non sim, & tecum esse possim.

De M.Pilio emit.

Quanti aũt hoc,mihi venit in mentẽ.C.Albanius proximus est vicinus.Is.CC.iugera de M. Pilio emit,vt mea memoria est,HS.CXII.omnia scilicet nũc minoris,sed accedit cupiditas,in qua ꝑter Othonẽ nõ puto nos vllũ aduersariũ habituros.sed eũ ipsum tu poteris monere,facilius etiã si C.num haberes.O gulam insulsam.pudet me patris.Rescribes,si qd voles.Alte-

tam a te epistolã cũ hodie accepissem,volui te mea vna contentũ.Tu vero age qđ scribis de Faberio.In eo em̃ totũ est positũ id qđ cogitamus:quę cogitatio si nõ incidisset (mihi crede istuc,vt cętera) nõ laborarẽ. Quãobrẽ (vt facis,istuc em̃ addi nihil potest) vrge,insta,pfice. Dicęarchi περὶ ψυχῆς vtroſq; velim mittas,& καταβάσεως. πολιτικοῦ nõ iuenio ĩ epl'a eius,quã ad Aristoxenũ misit.Treis eos libros maxime nũc vellẽ,apti eẽnt ad id qđ cogito.Torquat⁹ Romæ est,iussi,vt tibi daretur.Catulũ,& Lucullũ,vt opinor,antea.His libris noua procœmia sunt addita,quibus eoꝝ vterq; laudatur.Eas literas volo habeas,& sunt quędã alia.Et qđ ad te de decẽ legatis scripsi,parũ intellexi. credo,quia διὰ σημείων scripseram. De C.Tuditano enim quærebã,quẽ ex Hortensio audierã fuisse in decẽ. eum video in Libonis Prætorẽ L.Popilio,P.Rupilio Coss.annis.XIIII.ante q̃ Prætor factus est,Legatus esse potuisset,nisi admodum sero Quæstor est factus,qđ non arbitror.Video em̃ Curules magistratus eum legitimis annis pærfacile cepisse. Posthumiũ autẽ,cuius statuã in Isthmo meminisse dicis,sciebã fuisse. Is autẽ est qui cũ Lucullo fuit,quẽ tu mihi addidisti. sane ad illũ σύλλογρ pærsonã idoneam. Videbis igitur,si poteris,cæteros, vt possimus πρυπεῦσαι καὶ πρὸς πρόσωπις negligentiã mi-ram.Semel ne putas mihi dixisse Balbum,& Faberiũ professionẽ relatã,quin etiam eoꝝ iussu miserim,qui profiteretur!Ita enim oportere dicebãt.Professus est Philotimus libertus.Nosti credo librariũ,sed scribis & quidẽ confectũ.Ad Faberiũ, vt tibi placet,literas misi. Cũ Balbo autẽ puto te aliquid fecisse HS.in Capitolio.In Virgilio mihi nulla est δυσωπία. nec enim eius causa sane debeo.Et si emero,qd erit qđ postulet! Sed videbis,ne is cum sit ĩ Aphrica,vt Cęlius.De noie tu videbis cũ Cuspio,sed si Plancus destinat,tũ haberes difficultatem.Te ad me venire vterq; nostrũ cupit,sed ista res nullo modo relinquẽda est.Othonẽ q; spæras posse vinci,sane bene narras.De æstimatione,vt scribis,cũ agere cœperimus, etsi nihil scripsit, nisi de modo agri.Cũ Pisone si qd poterit.Dicęarchi librũ accipies καταβάσεως expecto.negotiũ dederis.Reperies ex eo libro,in quo sunt Senatusconsulta Cn.Cornelio, & L.Cos.De Tuditano aũt qđ putas, ἐυλογεῖν est,tũ illũ q fuit ad Corinthũ. Nõ.n.temere dixit Hortensius ad Quęstorẽ Tr.Mil.idq; potius fuisse credo.Sed tu de Antiocho scire poteris.Vide etiã quo anno Quęst.aut Tr.Mil.fuerit,siue vtrũ eadẽ in Prætura,aut in cõtubernio fuerit,mõ fuerit in eo bello.De Varrone loquebamur.Lupus in fabula. venit.n.ad me,& quidẽ id tẽporis, vt retinẽdus esset.sed ego ita egi,vt nõ scinderem penulam.Memini.n.tui,& multi erãt, nosq; imparati.Quid refert!Paulo post C.Capito cũ T.Carrinate.Horũ ego vix attigi penulã:tamen remãserũt,cecidit belle.Sed casu sermo a Capitone de vrbe augẽda a Ponte Miluio ad Tiberim,pauci secũdũ mõtes Vaticanos.Campũ Martiũ tũ ædificari.Illũ aũt Campũ Vaticanum fieri quasi Martiũ Campũ.Quid ais inquã ! At ego ad tabulã,vt si recte possem Scapulanos hortos.Caue facias,inqt,nã ista lex pærferetur.Vult em̃ Cæsar audire me. Facile passus sum, fieri aũt molestę fero.Sed tu,quid ais! q̃q̃ quid quęro!Nosti diligentiã Capitonis ĩ rebus nouis pærquirẽdis,nõ cõcedit Camillo.Facies igitur me certiorẽ de Idibus.Ista em̃ me res addu cebat,eo adiunxerã cęteras:quas cõsequi tamẽ biduo, aut triduo post,facile potero.Te tñ in tua re cõfici minime volo.quin etiã Dionysio ignoſco.De Hircio qđ scribis,feci vt ei libetũ esset qđ ad me attineret.Scripsi.n.ad eũ heri Idibus Maii,ei⁹ opa mihi nihil opus esse. Asturã veni.VIII.Cal.Iulii.vitãdi em̃ caloris causa Lanuuii treis horas acquieuerã .Tu velim,si grauе nõ erit,efficias,ne ante Nonas mihi illuc veniendũ sit.Id potes p Egnatiũ Maximũ. Illud in primis cũ Publio me pene absente conficies,de quo,quę fama sit,scribes. Id populus curat scilicet.nõ mercedẽ,arbitror.etenim hęc decãtata erat fabula,sed cõplete paginã voluí.Quid plura!Ipse em̃ adsum,nisi qd tu prorogas.Scripsi em̃ ad te de hortis. O rẽ indignã. Gentilis tuus vrbẽ auget,quã hoc biennio primũ vidit,& ei parũ magna visa est, quę etiã ipm capere potuerit.Hac de re igit expecto literas tuas. Varroni scribis,te simulac venerit, ei daturum. Dati igit iam sunt,nec tibi integrũ est.Hui si scias quãto periculo tuo.Fortasse literę meę te retardarũt,si eas nondũ legeras,cũ has proximas scripsisti. Scire igitur aueo quomodo res se habeat.De Bruti amore,vestraq; ambulatione, etsi mihi nihil noui affers,sed idẽ qđ sæpe, tamen hoc audio libentius,quo sæpius:eoq; mihi iucundius est,q; tu eo lętaris:certiusq; eo est q; a te dicit. Has alteras hodie literas.De Xenonis nomine,& de Epeiroticis. XL. nihil põt fieri nec cõmodius,nec aptius,q̃ vt scribis . Id erat locutus mecũ eodẽ modo Balbus minor. Noui nihil sane,nisi Hirciũ,cũ Quinto acerrime p me litigasse: oĩb⁹ eũ locis facere, maxieq; in cõiuncis,cũ multa de me diceret,cũ rediret ad patrẽ. Nihil aũt habeo tã ἀξιοπίστως dici,q̃

Dicęarchi de aĩa libri.
Virgilius.
Lupus in fabula.
Scindere penulã.
Vix at.pe.
Vrbs augenda.
Ad tabulã.
Dionysio ignosco.
Astura.
Terent.
Complere pag.vo.

alienissimos nos esse a Cæsare: fidem nobis habendã nõ esse, me vero etiã cauendũ φοβερὸν
ἦν. nisi viderẽ scire Regẽ,me animi nihil habere.Ciceronẽ vero meũ vexari,sed id quidẽ arbi
Laudatio tratu tuo.Laudationẽ Porcię gaudeo me ante dedisse Leptę Tabellario,q̃ tuas acceperim lite
Porciæ. ras.Eã tu igitur,si me amas,curabis,si modo mittetur,isto modo mittendã Domitio,& Bru
to.De Gladiatoribus,de cęteris q̃ scribis ἀνεμοφόρητα,facias me quotidie certiorẽ velim.Si ti
bi videtur,appelles Balbũ,& Offiliũ.De auctione proscribẽda,equidẽ locutus sum cũ Balbo.
Placebat Publio conscripta habere Offiliũ omnia.Habet & Balbus, sed Balbo placebat ꝓpin
quũ diẽ,& Romæ,si Cæsar moraretur, posse in diẽ tertiũ differre.Sed is qdẽ adesse videtur.
De eodem Totũ igit cõsidera.placet.n.Vestorio. Vale. ¶Ante lucẽ cũ scriberẽ cõtra Epicureos,de eo
oleo exara dẽ oleo,& opera exaraui nescio quid ad te,& ante lucẽ dedi.Deinde cũ somno repetito simul
ui. cũ sole experrectus essem,datur mihi epistola a sororis tuę filio,quã ipsam tibi misi,cuius est
principiũ,nõ sine maxima cõrumelia,sed fortasse οὐκ ἐπέσκασε. Est aũt sic. Ego emẽ nõ probo
quicqd nõ belle in te dici potest.posse vult in me multa dici nõ belle,sed ea se negat approba
re.hoc quicq̃ potest esse impurius!Iã cætera leges (misi emẽ ad te) iudicabisq;. Bruti nostri
quotidianis,assiduisq; laudibus,quas ab eo de nobis haberi ꝓmulti mihi renũciauerũt,com-
motũ istũ aliquãdo scripsisti aliqd ad me, credo,& ad te,idq; vt sciã,facies.nã ad patrẽ de me
quid scripserit,nescio. de matre,q̃ pie! Voluerã inquit,vt q̃plurimũ tecũ essem,cõduci mihi
domũ,& id ad te scripserã:neglexisti.Ita minus multũ vna erim⁹.nã ego istã domũ videre nõ
possum.Qua de causa,scis. hãc autẽ causam pater odiũ matris esse dicebat.Nũc me iuua mi
Attice cõsilio, πότερον φαυλῶς, ἢ σκολιᾶς ἀτάκτως. idest vtrũ aperte hominẽ asperner,ac re-
spuã, ἢ σκολιᾶς ἀπάτας. Vt.n.Pindaro,sic δίχα μοι νόος ἄγκειται εἰτῶεῖν. Oino moribus meis illud
aptius.sed hoc fortasse tẽporibus.Tu aũt qd ipse tibi suaseris,idẽ mihi psuasum puto. Eqdẽ
vereor maxime,ne in Tusculano opprimar.In turba hęc essent faciliora.Vtrum igit Asturę,
quo Cæsar subito!Iuua me quęso cõsilio.vtar eo,qd tu decreueris.O incredibilẽ vanitatẽ,ad
patrẽ domo sibi carẽdũ propter matrẽ plenã pietatis. Hic autẽ iam languescit,& ait tibi il!ũ
Scolia. iure iratũ.sed vtar tuo cõsilio. σκολιὰ enim tibi video placere.Romã vt censes,veniã,sed in-
uitus:valde.n.in scribẽdo hęreo.Brutũ,inquis!eadẽ scilicet.sed nisi hoc esset,res me ista non
Litera. cogeret.Nec emẽ inde venit,vnde mallem,neq; diu fuit,neq; vllã literã ad me, sed tamen scire
aueo,qualis ei totius itineris summa fuerit.Libros mihi,de qb⁹ ad te antea scripsi,velim mit
Ad bonos tas,& maxime φαίδρου.Ita ne nũciat Brutus illum ad bonos viros εὐαγγέλια; sed vbi eos!nisi
viros euã- forte se suspẽdit.Hic autẽ,vt fultũ est.Vbi igit φιλοτέχνημα, illud tuũ!qd vidi in Parthenon
gelia. cala,& Brutũ. Sed quid faciat!illud optime. sed ne eis qdẽ,qui omniũ flagitiorũ auctor,bene
de nostro.At ego verebar,ne etiã Brutus eũ diligeret. Ita enī significarat his literis,quas ad
meas.At vellẽ aliqd degustasse de fabulis,sed corã,vt scribis. Et si qd mihi auctor es, aduolo
ne,an maneo!Equidẽ & in libris hęreo,& illũ hic excipere nolo:ad quẽ vt audio,pater hodie
ad Saxa Acrimonia mirũ q̃ inimicus ibat,vt ego obiurgarem , sed ego ipse. Itaq; post
fac.Tu tamen vide quid de aduentu meo censeas,& τὰ ὅλα, cras,si pərspici potuerint,mane
statim,vt sciam. Ego vero Quinto epistolam ad sororem misi,cũ ille q̃reretur filio cũ matre
bellũ,& se ob eã causam domo cessurũ filio diceret.Dixi illũ cõmodas ad matrẽ literas,ad te
nullas.ille alterũ mirabat.de te aũt suã culpã,ꝙ sępe grauiter ad filiũ scripsisset de tua in illũ
iniuria.Q̃ aũt relanguisse se dicit,ego ei tuis lris lectis σκολιᾶς ἀτάκτως significaui me nõ
fore.tũ emẽ mẽtio Canai.Omnino,si id cõsiliũ placeret,esset necesse.sed vt scribis,ratio est ha
bẽda grauitatis,& vtriusq; nostrũ idẽ cõsiliũ esse debet, etsi in mea grauiores iniurię,& certe
notiores.Si vero etiã Brutus aliqd afferet,nulla dubitatio est.sed hęc corã.Magna emẽ res,&
multę cautionis.Cras igit,nisi qd a me cõmeatus.Venit ille ad me κοὐ μάλα κατκφὴς.Et ego
σὺ δὲ,τί σύννους;Rogas,inqt,qd iter instet!est iter ad bellũ,idq; tum pəriculosum,tũ etiã turpe.
Quæ vis igitur inquã!æs alienũ,& tamẽ ne viaticum quidẽ.Hoc loco ego sumpsi quiddã de
tua eloquẽtia.nã tacui.& ille.Sed me maxime angit auũculus.Quiddã inquã!Q̃ mihi,inqt,
iratus est.Cur pateris inquã!Malo enim ita dicere,q̃ cur cõmittis.Non patiar,inquit.cãm.n.
tollam.at ego.Rectissime quidẽ.Sed si graue nõ est,velim scire quid sit causæ.Quia dũ dubi-
tabã quã ducerẽ,nõ sarisfaciebã matri.ita ne illi qdẽ. Nũc nihil mihi tãti est.Faciã qd volũt.
Felicitər velim,inquã,teq; laudo. sed quando!Nihil ad me,inqt,de tẽpore,quoniã rẽ probat.
Ego inquã sentio prius,q̃ proficiscaris.ita patri quoq; morem gesseris.Faciã,inquit,vt cẽses.
Dialogus. Hic Dialogus sic cõclusus est.Sed heus tu,diẽ meũ scis esse.III.Non.Ianuarii.Aderis igitur.

Scripseram iam. ecce tibi.orat Lepidus,vt veniã. opinor augures nihil habere ad tẽplum af- Augures
flãdũ.Eatur μία σκόρδ. Videbimus te igitur.Ego vero vtar prorogatione diei:tuq; huma Ad tẽplũ af
nissime fecĩsti,qui me certiorẽ feceris,atq; ita,vt eo tẽpore accipẽrẽ literas, quo nõ expectarẽ. flandum.
Tuq;,vt ab ludis scriberẽs.Sũt omnino mihi q̃dã agẽda Romę,sed cõsequemur biduo. Post
suaues tuas literas, etsi acerba pompa,verũtamẽ scire omnia nõ acerbũ est,vel de tota. Popu
lum vero præclarũ, q̃ propter malũ vicinũ,ne victoria quidẽ plaudit.Brutus apud me fuit,
cui quidẽ valde placebat,me aliquid ad Cæsarẽ.Adnuerã,sed pompa videt,tu tamẽ ausus es
Varroni dare.Expecto qd iudicet,quãdo autẽ pꝛleget!De Attica probo.Est quiddã etiã ani-
mũ leuari tum spectatione,tum etiã religione opinionis,& fama . Cottã mihi velim mittas.
Libonẽ mecũ habeo,& habuerã ante Cascam.Brutus mihi Titi Ligarii verbis nunciauit, q̃ Memoriæ
appelletur L.Cursidius in oratione Ligariana erratũ esse meũ,sed vt aiũt μνημονικὸν ἁμάρτη- vitiũ seu
μα.sciebã Cursidiũ pꝛneces̃sariũ Ligariorũ,sed eũ video ante esse mortuũ. Da igit quęso ne pꝛccatũ.
gotium Pharnaci,Antęo,Saluio, vt id nomen ex oĩbus libris tollatur . Fuit apud me Lamia
post discessum tuũ,epistolãq; ad me attulit missam sibi a Cæsare:quę q̃q̃ ante data erat, q̃ ille
Diocharme,tñ plane declarabat illũ ante ludos Romanos esse venturũ. In qua extrema scri- Ludi Ro.
ptũ erat,vt ad ludos omnia pararet, neve cõmitteret,vt frustra ipse properasset. Prorsus ex
his literis nõ videbat esse dubiũ,quin ante eã diẽ vẽturus esset,itẽq; Balbo, cũ eã epistolã le-
gisset,videri Lamia dicebat.Dies feriarũ mihi additos video,sed q̃ mꝛtos,fac si me amas,sciã.
de Babio poteris, & de altero vicino Egnatio.Q; me hortaris,vt eos dies cõsumã ĩ philoso
phia explicãda:currentẽ tu quidẽ,sed cum Dolabella viuendũ esse istis diebus vides. Q; nisi Currẽtẽ tu
me Torquati causa teneret,satis erat dierũ,vt Puteolos excurrere possem, & ad tẽpus redi- quidem.
re.Lamia qdẽ a Balbo (vt videbat)audiuerat,multos nũmos domi eẽ numeratos,quos opor Lamia.
teret q̃primũ diuidi.magnũ põdus argenti. auctionẽ,pter prãdia,primo quoq; tempore fieri
oportere.Scribas ad me velim quid tibi placeat.Equidẽ,si ex omnibus esset eligendũ,nec dili-
gentiorẽ,nec officiosiorem facile delegissem Vestorio:ad quẽ accuratissimas literas dedi,qd Vestorius.
idẽ te fecisse arbitror.Mihi qdẽ hoc satis videt.Tu quid dicis!Vnũ em̃ pungit, ne negligen-
tiores eẽ videamur.Expectabo igit tuas literas.Pollex qdẽ,vt dixerat,ad Idus Sextil.ita mihi
Lanuuii pridie Iduũ pst̃o fuit.sed plane Pollex,nõ index.cognosces igit ex ipso.Balbũ conue- Pollex,non
ni.Lepta em̃ de sua vi in Curionẽ laborãs,me ad eũ pꝛduxerat. meo aũt Lanuuio,qd Lepido index.
tradidit.ex eo hoc primũ.paulo ante acceptã eas literas,in qbus magnopere confirmat ante
ludos Romanos.Legi epistolã.Multa de meo Catone,quẽ sæpissime legendo se dicit copiosio Cato ma-
rẽ factũ.Bruti Catone lecto se sibi visum disertũ. Ex eo cognoui cretionẽ testibus pꝛsentibus ior Cic.
sexaginta diebus.metuebã,ne ille arcessendus esset.Non cõmittẽdũ est, vt meo iiussu cernat. Cato Bru-
Idẽ igit Pollex etiã de hortis Cluuianis egit cũ Balbo liberalius. se em̃ statim ad Cęsarẽ scri ti.
pturũ.Cluuiũ aũt Attico Hordeonio legare,& Terẽtiæ HS.LIII. vtilia & sepulcro, multisq;
rebus,nihil a nobis.subaccusa q̃so Vestoriũ.Quid minus pbãdũ,q̃ Plociũ vnguentarium,per Plocius vn
suos pueros,oĩa tãto ante Balbo!Illũ mi Attice nę p meos qdẽ deos mihi doleo,dilexi hoiem. guenta.
Quintũ delegabo,si qd æri meo alieno supærabit,& emptionibus,ex qbus mihi etiã ęs alienũ
faciẽdũ puto.De domo Arpini nihil scio. Vestoriũ nil est qd accuses. Iã.n.obsignata hac epi
stola,noctu tabellarius noster venit,& ab eo literas diligẽter scriptas attulit, & exẽplũ testa-
mẽti.Posteaq̃ abs te Agamemno nõ vt venirẽ(nã id quoq; fecissem,nisi Torquatus esset) sed E pollíce
vt scribẽrẽ,fecit,omisi ea q̃ in manibus habebã,abiecí,qd iusseras edolaui. Tu velim e Pollice viro.
cognoscas rationes nostras sumptuarias.Turpe est em̃ nobis,illũ,qualiscũq; est,hoc primo an Rationes
no egere.post moderabimur diligẽtius.Idẽ Pollex remittẽdus est,vt ille cernat: plane Puteo- sump.
los nõ fuit eũdũ:cũ ob ea q̃ ad te scripsi, tũ q̃ Cęsar adest.Dolabella scribit,se ad me postridie
Iduũ.O magistrũ molestũ.Lepidus ad me heri vesperi literas misit Antio.nam ibi erat. habet
em̃ domũ,quã nos vẽdidimus.Rogat magnope,vt sim Calẽdis in Senatu:me & sibi,& Cęsari
vehemẽter gratũ esse facturũ.puto eqdẽ nihil esse.Dixisset em̃ tibi fortasse aliqd Oppius.Bal
bus est æger.Sed tñ malim venire frustra,q̃ desiderari,si opus esset molestẽ ferre postea.Itaq; Malim ve-
hodie Antii,cras ante meridiẽ domi.Tu velim sis (nisi te impediuisti) apud nos pridie Cal. nire fr.q̃ d.
cũ Pylia. Te spero cũ Publio cõfecisse. eqdẽ Cal.in Tusculanũ recurrã.Me em̃ absente oĩa cũ
illis trãsigi malo.Q.Fratris epistolã ad te misi,nõ satis humane illã qdẽ respondẽtẽ meis lite-
ris,sed tamẽ,qd tibi satis sit,vt equidem existimo.tu videbis. Heri nescio quid in strepitu vi
deor exaudisse,cum diceres te in Tusculanũ venturũ:qd vtinam iterum,vtinam tuo tamen

cõmodo.Lepta me rogat,vt si quid sibi opus sit,accurrã.Mortuus enim Babulius.Cæsar opinor ex vncia, etsi nihil adhuc,sed Lepta ex Triẽte. Veretur aũt,ne nõ liceat tenere hęreditatẽ, ἁλόγως. oĩno,sed veretur tñ.His igĩt,si acciẽrit,accurrã:sin minus,ante q̃ necesse erit. Tu Pollicẽ,cũ poteris.Laudationẽ Porcię tibi misi correctã:ac eo ꝓpaui, vt si forte aut Domitio filio,aut Bruto mitteret. Id si tibi erit cõmodũ, magnope cures velim.& velim Marci Varronis,& Ollii mittas laudationẽ.Ollii vtiq;,nã illã legi. Volo tñ regustare. quędã.n.vix mihi credo legisse.Atticę primũ salutẽ,quã eqdẽ rure esse arbitror.Multã igĩt salutẽ & Pyliæ. De Tigellio si qd nouí:q qdẽ,vt mihi Gallus Fabius scripsit, μέμψιν ἀναφέρει mihi quãdã iniqssĩmã,me Ephameæ defuisse,cũ eius causam recepissem:quã qdẽ receperã:cõtra, pueros Octauius Cn.F,nõ libẽter,sed Ephameæ causa volebã.Erat.n.si meministi,in consulatus petitione per te mihi pollicitus,si qd opus esset.Qđ ego pinde tuebar,ac si vsus essem. Is ad me venit, dixitq; iudicẽ operã dare:ibi cõstituisse eo die ipso, quo de Sestio nostro lege Põpeia í cõsiliũ íri necesse erat.Scis eñ dies illoꝝ iudicioꝝ ꝓstitutos fuisse.Respõdi non ignorare eũ, qd ego deberẽ Sestio:quẽ vellet aliũ diẽ,si sumpsisset,me ei nõ defuturũ.Ita tũ ille discessĩt iratus,puto me tibi narrasse.Nõ laborauí scilicet,nec hoís alieni iniustissĩmã iracũdiã mihi curãdã putauí.Gallo aũt narrauí,cũ proximę Romę fui, quid audissem,neq; nominauí Balbũ mínorẽ. Habuit suũ negotiũ Gallus,vt scribit.ait illũ me animi cõsciẽtia,q; Ephameam destituissem, suspicarí.Quare tibi hactenus mãdo,de illo nostro,si qd poteris,exqras:de me ne qd labores. Est bellũ aliquẽ odisse libẽter,& quẽadmodũ nõ oĩbus seruire : etsi mehercule, vt intellígis, magis mihi ísti seruíũt,si obseruare seruire est.Admonitus qbusdã tuis líteris,vt ad Cæsarẽ vberiores lr̃as mitterẽ,ĩstituerã, cũ mihi Balbus nup ĩ Lanuuio dixisset,se & Oppiũ scripsisse ad Cęsarẽ,me legisse libros cõtra Catonẽ,& vehemẽter probasse.Cõscripsi de his ipís libris epistolã Cæsarí,q̃ defereẽ ad Dolabellã,sed eius exẽplũ misi ad Oppiũ,& Balbum:scripsiq; ad eos,vt tũ deferrí ad Dolabellã iuberẽt meas literas,si ipsi exẽplũ ꝓbassent. ita mihi rescripserũt,nihil vnq̃ se legisse melius.Epistolãq; meã iusserũt darí Dolabellæ.Vestorius ad me scripsit,vt iuberẽ mancipio dari seruo suo ꝓ mea parte Hetereio cuidã fundũ Brinnianũ,vt ipe ei Puteolis recte mancipio dare posset.Eũ seruũ,si tibí videbĩt,ad me mittes.Opinor.n.ad te etiã scripsisse Vestoriũ de aduentu Cæsaris idẽ qđ a te mihi scriptũ est ab Oppio, & Balbo. Miror te nihildũ cũ Tigellio, velut hoc ipsum,quantũ acceperít,prorsus aueo scire, nec tñ floccifacio.Quęris quid cogitẽ de obuiam itione.Quid cẽses,nisi Alsiũ! & qdẽ ad Murenam de hospitio scripserã,sed opinor cũ Matio ꝓfectũ. Sallustius igĩt vrgebitur.Scripto iã superiore versiculo,Heros mihi dixit,sibi Murenã liberalissĩme respõdisse.Eo igĩt vtamur,nã Silius culcitras nõ habet.Dida aũt(opinor) hospitibus totã villã cõcessĩt.Ad Cęsarẽ quã misi epistolã,eius exẽplũ fugit me tũ tibi mittere,nec id fuit qđ suspicaris,vt me puderet tui, ne ridicule Micillus.Nec mehercule scripsi aliter,ac si πρὸς ἴσον ὅμοιον, quę scríberẽ.Bene.n.exístimo de illis libris,vt tibi corã.Itaq; scripsi ἀκολακεύτως.& tñ sic,vt nihil eũ existimẽ lecturũ libẽtius.De Attica nũc demũ mihi est exploratũ,itaq; ei de integro gratulare. Tigelliũ totũ mihi,& quidẽ q̃primũ.Nã pendeo animi,narrabo tibi.Q.Crassus, sed ad me,an ad te nescío, mihi scripsit Romã.VIII.Cal. sed misi,qui inuitaret. Etsi hercle Romã iam veniendũ est,ne ille ante aduolet.O hospitẽ mihi tã grauẽ ἀμεταμέλητον.Fuit eñ pęriucũde.Sed cum secũdís Saturnalibus ad Philippũ vesperí venissĩet,villa ita completa militibus, vt vix Triclíniũ,vbí cœnaturus ipse Cæsar esset,vacaret,quippę hominũ.CCCC. sane sum cõmotus,quid futurũ esset postridie:ac mihi Barba Cassius subuenit,custodes dedit.Castra in agro. Villa defensa est.Ille tertiís Saturnalibus apud Philippũ ad.VIII.Cal.nec quẽq̃ admisit.rationes opinor cũ Balbo.Inde ambulauit in littore.Post hæc ín balneũ,tũ audíuit.De Mamurra non mutauit, vnctus est,accubuit, ἐμελλήν agebat.Itaq; & edit,& bibit ἀδεῶς,& iucũde,opipare sane,& apparate.nec id solũ,sed bene cocto,& cõdito sermone bono. & si q̃ris, libẽter. Præterea tribus Triclíniís accepti οἱ περὶ αὐτὸν valde copiose.Libertis minus lautís,seruisq; nihil defuit:nam lautiores eleganter accepti.Quid multa! Homines visi sumus, hospes tñ, nouís qui díceres, amabo te,eodẽ ad me cũ reuertere. semel satis est: σπουδαῖον οὐδὲν in sermone, φιλολόγα mulra.Quid quęris! Delectatus est,& libenter fuit.Puteolis se aiebat vnũ díem fore, alterum ad Baías.Habes hospitium,siue ξενιοδοχεῖον odiosam mihi dixí,non molestam. Ego paulisper hic,deinde ín Tusculanum.Dolabellæ villam cũ præteriret,omnis armatorum copia, dextra sinistra ad equũ,nec vsq̃ alibí.hoc ex Nicia. Vale.

Laudatio Porciæ.

Perinde ac.

Odisse aliquẽ libẽter bellũ est.

Mancipio dare.

Heros. Culcitras nõ habet.

Pẽdeo animi.

Cæsar hospes.

Cœnę apparatus.

M.T.CICERONIS EPISTOLARVM AD T.P. ATTICVM LIBER QVARTVS DECIMVS.

T.P.ATTICO.

REuerti ad illum de quo tecum mane: nihil perditius, explicari rem non posse. etenim, si ille tali ingenio exitum non reperiebat, quis nũc reperiet? Quid quęris? Periisse omnia aiebat. qđ haud scio an ita sit, verum ille gaudens affirmat, minus diebus. XX. tumultum Gallicum, in sermonem se post Idus Martii, prętęrq̃ Lepidi, venisse neminí. ad summam non posse istæc sic abire. O prudentem Oppium, qui nihilo minus illum desiderat: sed loquitur nihil, qđ quęq̃ bonum offendat. Sed hæc hactenus. Tu quæso quicquid noui (multa autẽ expecto) scribere ne pigrere. in his, de Sestio satis ne certũ, maxime aũt de Bruto nostro, de quo quidem ille, ad quẽ diuerti, Cęsarem solitũ dicere: magni refert, hic quid velit: sed quicquid volet, valde volet. idq; eum animaduertisse, cum pro Deiotaro Niceæ dixerit, valde vehementer eum visum & libere dicere: atq; etiam (vt enim quicq; succurrit, libet scribere) proxime, cum Sestii rogatu apud eum fuissem, expectaremq; sedens quo aduocarer, dixisse eum, ego dubitem quin summo in odio sim, cum M. Cicero redeat? nec suo commodo me conuenire possit? Atqui, si quisq̃ est facilis, hic est: tñ nõ dubito, quin me male oderit. Hæc & eiusmodi multa. Sed ad propositum. quicquid erit non modo magnum, sed etiam paruum scribes, equidem nihil intermittam. Vale.

Tumultus Gallicus.

Quicq;. Rogatu. Si quisq̃ est facilis, hic est.

T.P.ATTICO.

DVas a te accepi epistolas heri. ex priore Theatrũ, Publiumq; cognoui, bona signa cõsentientis multitudinis. plausus vero Lucio Cassio datus, etiam facetus mihi quidem visus est. Altera epistola de Madaro scripta, apud quẽ nullum γελάκωμα, vt putas, processit enim, sed minus diutius, sermone eñ sum retentus. Qđ autem ad te scripseram, obsecro, fortasse id eiusmodi est. Aiebat Cęsarem secum, quo tempore Sestii rogatu veni ad eum, cum expectarem sedens, dixisse. Ego nunc tam sim stultus, vt hunc ipsum facilem hominem putem, mihi esse amicum, cum tandiu sedens meum commodũ expectet? Habes igitur φαλάκρωμα inimicissimum otii, id est Bruti. In Tusculanum hodie, Lanuuii cras, inde Asturę cogitabam. Pylię paratum est hospitium, sed vellem Atticam. Verum tibi ignosco: quarum vtriq; salutem. Vale.

Salacoma.

T.P.ATTICO.

RAnquillæ quidem tuę literæ: qđ vtinam diutius, nam maius posse negabat. Ecce autem structores nostri ad frumentum profecti, cum inanes rediissent, rumorem afferunt magnum Romę, domum ad Antonium frumentũ omne portari. παιπάλη certe, scripsisses enim. Torumbus Balbi nullus adhuc, & mihi notum nomen. Bellus enim esse dicitur architectus. ad obsignandum tu adhibitus non sine causa videris. volunt enim nos ita putare. Nescio cur nõ animo quoq; sentiãt. Sed quid hęc ad nos? odorare tamen Antonii διάθεσιν. quẽ quidem ego epularum magis arbitror rationem habere, q̃ quicq̃ mali cogitare. Tu, si quid pragmaticon habes, scribes. sin minus, populi ἐπισκμασίαν, & mimorũ dicta perscribito. Pylię, & Atticę salutem. Vale.

Structores. Bellus architectus.

T.P.ATTICO.

NVnc quid putas me Lanuuii? At ego te istic quotidie aliquid noui suspicor. tument negotia. Nam cum Matius, quid censes? cętero equidẽ doleo, qđ nũq̃ in vlla ciuitate accidit, non vna cum libertate rempu. recuperatam. Horribile est, quę loquantur, quę minitentur. ac vereor gallica etiam bella: ipse Sestius quo euadat. Sed omnia licet concurrant, Idus Martię consolantur. Nostri autẽ ἥρωες qđ per se ipsos confici potuit, gloriosissime, & magnificẽtissime confecerunt. Reliquę res, opes, & copias desiderant, quas nullas habemus. Hęc ego ad te, vt si quid noui (nam quotidie aliquid expecto) confestim ad me: & si noui nihil, nostro more tamen ne patiamur intermitti literulas: siquidem non committam. Vale.

Idus Martię.

Epistol. ad T. P. Atticum

T. P. ATTICO.

SPero tibi iam esse, vt volum⁹, quoniã quidẽ q̃leuiter cõmotus esses, sed tñ velim scire, quid agas. Signa bella, q̃ Caluena moleste fert, se suspectũ esse Bruto. Illa signa non bona, si cum signis legiones veniũt e Gallia. Quid tu illas putas, quę fuerũt in Hispania? nõne idẽ postulaturas? Quid eas quas Annius transportauit? Caniniũ volui, sed μνημονικὸν ἁμάρτημα, ab aleatore φυρμὸς πολύς. Nam ista quidẽ Cęsaris libertorũ coniuratio, facile opprimere tur, si recta saperet Antonius. Meam stultam verecundiã, qui legari noluerim ante res prolatas, ne deserere viderer hunc rerũ tumorem. cui certe si possem mederi, odisse non deberem. sed vides magistratus, si quidẽ magistratus illi sunt, vides tñ Tyrãni Satellites in imperiis. vides eiusdẽ exercitus. vides in latere veteranos. q̃ sunt εὐρίπισα oĩa. Eos autẽ, qui orbis terræ custodes nõ modo septi, verũ etiã magni esse debebant, tantũmodo laudari, atq; amari, sed parietibus cõtineri. Atq; illi quoquo modo beati, ciuitas misera. Sed velim scire, quid aduent⁹ Octauii. num qui concursus ad eũ, num quę νεωτερισμὸς suspitio. Non puto quidẽ. sed tñ quic quid est, scire cupio. Hęc scripsi ad te proficiscens Astura. III. Iduum. Vale.

Cõiuratio libert. Cęsa.

T. P. ATTICO.

RIdie Iduũ Fundis accepi tuas literas cœnans. primũ igitur melius esse. deinde meliora te nũciare. odiosa illa eñ fuerant, legiones venire. Nã de Octauio scis q̃ expecto. quid de Matio? quẽ quidẽ ego sublatũ rebar a Cęsare. Antonii colloquiũ cũ Heroibus nostris pro re nata nõ incõmodũ. sed tñ adhuc me nihil delectat præter Idus Martii. nam quoniam Fundis sum cũ Ligure nostro structore, Sestillii fundũ a Verberone Curtilio possideri. qđ cũ dico, de toto genere dico. Quid eñ miserius, q̃ ea nos tueri, propter quę illũ oderamus? Etiam nec Consules, & Tribunos Ple. in bienniũ, quos ille voluit? nullo modo reperio, quẽadmodũ possim πολιτεύεσθαι. Nihil eñ tã σόλοικον, ἢ τυραννοκτόνους in cælo esse, Tyranni facta defendi. Sed vides eos, vides reliquos magistrat⁹, si isti magistratus. vides languorẽ bonorũ: exultant lætitia in municipiis. dici eñ nõ põt quãtopere gaudeãt, vt ad me cõcurrãt, vt audire cupiãt verba mea de re. nec vlla interea decreta. Sic eñ περιπεσούμεθα, vt victos metueremus. Hęc ad te scripsi appositа secũda mensa. Plura, & πολλακώτερα postea, & tu quid agas, quidq; agaṫ. Postridie Iduum Paulũ in Caieta vidi. Is mihi de Matio, & de repu. alia quędã sane pessima. a te scilicet nihil. nemo eñ meorũ aliqua. Sed Brutũ nostrum audio visum sub Lanuuio. vbi tandẽ est futurus? nam tum reliqua, tum de hoc scire aueo oĩa. Ego e Formiano exiẽs. XVII. Cal. vt inde altero die in Puteolanũ, scripsi hęc. A Cicerone mihi literę sane περιπυκνωμέναι, & bene longę.

Peto a te.

Cętera aũt vel fingi possunt: περιττῶς literarũ significat doctiorem. Nũc magnopere a te peto, de quo sum nup tecũ locutus, vt videas, ne quid ei desit. Id tum ad officiũ nostrũ pertinet, tũ ad existimationẽ, & dignitatẽ: qđ idẽ intellexi tibi videri oĩno. Si ergo est, volo mẽse Quintilii in Gręciã. Sunt oĩa faciliora: sed cũ sint ea tẽpora, vt certi nihil esse possit, quid honestũ mihi sit, qd liceat, quid expędiat, quęso da operã, vt illũ q̃honestissime copiosissime tuamur. Hęc, & cætera, quę ad nos pertinebunt, vt soles, cogitabis: ad meq; aut qđ ad rẽ pertineat, aut si nihil erit, qđ in buccã venerit, scribes. Tu me iã rebare, cũ scribebas, in actis esse nostris: & ego accepi. VII. Cal. in diuersoriolo Sinuessano tuas literas. De Matio probo, etsi doleo L. Crassi nepotem optime, tã etiã Bruto nostro probari Antoniũ. Nã q; Cluuiã scribis moderate, & amice scriptas literas attulisse, mihi dedit Paulus ad se a fratre missas, qb⁹ in extremis erat, sibi insidias fieri, se id certis auctoribus cõperisse. hoc nec mihi placebat, & multo illi minus.

Reginę fuga.

Regina fuga mihi molesta est: sed Clodia qd egerit, scribas ad me velim.

Byzantii.

De Byzãtiis curabis, vt cętera, & Pelopẽ ad te arcesse. Ego, vt postulas, Baiana negotia, chorũq; illũ, de quo scire vis, cũ pspexero, tũ scribã, ne qd ignores.

Multiiuges literę.

Quid Galli, qd Hispani, qd Sestius agat vehementer expecto. Ea scilicet tu declarabis, q̃ cętera. Nauseolã tibi tũ causam otii dedisse facile patiebar. videbare eñ mihi legẽti tuas literas requiesse paulisper. De Bruto semp ad me oĩa perscribito. vbi sit, quid cogitet: quẽ quidẽ ego spero iã tuto, vel solũ tota vrbe vagari posse. Verũtamẽ de rep. multa cognoui ex tuis literis, quas quidẽ multiiuges accepi vno tẽpore a Vestorii liberto. ad ea autẽ, q̃ requiris, breui respõdebo. Primũ vehemẽter me Cluuiana delectãt. Sed q; quęris qđ arcesserim Chrysippũ: tabernę mihi duę corruerũt, reliquę rimas agunt. Itaq; nõ solũ inquilini, sed mures migrauerũt. Hanc cęteri calamitatẽ vocant, ego ne incõmodũ qdẽ. O Socrates.

Taberną corruerũt.

Rimas agũt.

Mures migrauerũt.

O Socratici viri,nũq̃ vobis gratiã referã.Dii immortales,q̃ mihi ista ꝑ nihilo.sed tñ ea ratio ędificãdi init̃,cõsiliario quidẽ,& auctore Vestorio,vt hoc damnũ quęstuosum sit. Hic turba magna est,eritq̃,vt audio,maior.Duo quidẽ quasi designati consules.O Dii boni. viuit Tyrannis!Tyrannus occidit!eius interfecti morte lętamur,cum facta defendimus!Itaq̃ q̃ seuere nos M.Curtius accusat,vt pudeat viuere.neq̃ iniuria.nã mori millies pręstitit,q̃ hæc pati,q̃ mihi videntur habitura etiã vetustatẽ.Et Balbus hic est,multũq̃ mecum:ad quẽ a Vetere literę datę pridie Cal.Ianuarii:cũ a se Catilius circũsederet̃,& iam teneret̃,venisse cũ maximis copiis Pacorum Parthum.ita sibi esse eũ ereptũ multis suis amissis.in qua re accusat Volcatium.ita mihi videt̃ bellum illud instare,sed Dolabella,& Nicias viderint.Idẽ Balbus meliora de Gallia.XXI.die literas habebat:Germanos,illasq̃ nationes re audita de Cęsare,legatos misisse ad Aureliũ,qui est prępositus ab Hircio,se qđ imperatũ esset,esse facturos.Quid quæris!Oĩa plena pacis,aliter ac mihi Caluena dixerat.Ita ne vero hoc meus, & tu⁹ Brutus egit vt Lanuuii esset!vt Trebonius itinerib⁹ deuiis proficisceret̃ in prouinciã!vt oĩa facta,scripta, dicta,promissa,cogitata Cęsaris plus valerẽt,q̃ si ipse viueret!Meministi ne clamare illo ipso primo Capitolino die!Senatũ in Capitoliũ a ꝑtoribus vocari!Dii immortales,quę tum opera effici potuerunt,lętantibus oĩbus bonis,etiã sat bonis,fractis latronibus.Liberalia tu accusas.Quid fieri tum potuit!Iampridẽ perieramus. Meministi ne te clamare causam periisse, si funere elat⁹ esset!at ille etiã in foro cõbustus,laudatusq̃ miserabiliter,seruiq̃ & egẽtes in tecta nostra cũ facibus immissi.Quę deinde,vt audeãt dicere,tu ne contra Cęsaris nutũ! Hæc, & alia ferre non possum.itaq̃ γῆρ ꝑ ϛῆς cogito.Tua tñ ὑπηνέμιος nausea iam plane abiit.mihi quidẽ ex tuis literis tũ†lectitãti ita videbat̃. Redeo ad Theobassos,Sueuos,Frãcones.hos tu existimas cõfidere se illa habituros stãtibus nobis,in quibus plus putarũt virtutis, q̃ experti sunt!pacis isti scilicet amatores,& non latrocinii auctores.At ego cum tibi de Curtilio,Sestilianoq̃ fundo scripsi, de Censorino,de Messala,de Planco,de Posthumio,de genere toto,melius fuit periisse illo interfecto, qđ nunq̃ accidisset, q̃ hæc videre. Octauius Neapolim venit XIIII.Calen.Ibi eum Balbus mane postridie,eodẽq̃ die mecum in Cumano illum hęreditatẽ aditurum.Sed vt scribis,ῥιζόθεμιν magnam cum Antonio.Buthrotia mihi tua res est, vt debet,eritq̃ curæ.Quid quęris!Iam ne ad Cenacluuianum aduentare videtur!Sed primo anno LXXX.detersimus,quę pater ad me grauia de filio,matri,ꝙ maxime nunc indulgeat, cui antea bene merenti fuerit inimicus,ardenteis in eũ literas ad me misit.Ille aũt quid agat,si scis, neq̃ dum Roma es profectus,scribas ad me velim,& hercule si quid aliud.vehementer delector tuis literis. Vale.

Aurelius.

Itinera deuia.

† lętanti.

Theobassi.

Sueui.

Frãcones.

Octauius.

T.P.ATTICO.

velim. Bruto enim placere, se a me conueniri. O re odiosam, & inexplicabile. puto me ergo iturum, & inde Roma, nisi qd mutaro. Sumatim adhuc ad te, nihildum enim a Balbo. tuas igit expecto, nec actor̄ solum, sed etiam futuror̄. A Bruto Tabellari⁹ rediit, attulit & ab eo, & Cassio literas: consiliu meum magnope exquirut. Brutus qde vtrum de duob⁹. O re miseram. plane non habeo qd scribam. Itaq; silentio puto me vsurum, nisi quid aliud tibi videt. sin tibi qd venit in mentem, scribe quaeso. Cassius vero vehemēter orat, ac petit, vt Hirciu quoptimum faciam. sanum putas ἀνδρα-ποδισμόν. Epistola tibi misi, vt tu de Prouincia Bruti, & Cassii perscita. scribit & Balbus, & Hircius qde se acturum. Etenim iam in Tusculano est, mihiq;, vt absim, vehemēter auctor est: ille quidem periculi causa, qd sibi etiam fuisse dicit. ego aut etiam, vt nullum periculum sit. Tatum abest, vt Antonii suspitionem fugere non curem, ne videar eius secundis rebus delectari, vt mihi causa esset, cur Roma venire nolim, ne illum videam. Varro aut noster ad me epistolam misit, sibi a nescio quo missam, (nomen.n. deerat) in qua scriptum erat. Veteranos eos q reiiciant (nam pte ee dimissam) improbissime loqui, vt magno piculo Romę sint futuri, q ab eorum ptibus dissentire videantur. Quis porro noster itus, reditus, vultus, incessus inter istos! Q; si, vt scribit L. Antonius, in D. Brutum, reliqui in nostros: ego quid faciam, aut quo me fato geram! Mihi vero deliberatum est, vt nunc qde est, abesse ex ea vrbe, in qua non modo florui cum summa fama, verum etiam seruiui cum aliqua dignitate. Nec tam statui ex Italia exire, de quo tecum deliberabo, q̄ istuc non venire. Cum ad me Brutus noster scripsisset, & Cassius, vt Hirciu quę adhuc bonum fuisse sciebant, neq; eum cōfidebant fore, mea auctoritate meliorem facere (Antonio est enim fortasse iratior, cau se vero amicissimus) tum ad eum scripsi, eiq; Bruti, & Cassii dignitatem cōmendaui. Ille qd mihi re scripsisset, scire te volui, si forte idem tu, qd ego, existimares, istos etiam nunc vereri, ne forte ipi nostri plus animi habeant, q̄ habent. CHIRCIVS CICERONI SVO. S. Rure iam redieram. q̄ris an ego, cum oes caleant, ignauiter aliqd faciam. Etiam ex vrbe sum profectus, vt (illius enim statum odi) abessem. Has tibi lras exiens in Tusculanum scripsi. Noli aut me tam strenuum putare, vt ad Nonas recurram. Nihil enim iam video opus esse nostra cura, quoniam psidia sunt in tot annos pui sa. Brutus, & Cassius vtinam q̄ facile a te de me impetrare possunt, ita p te exorētur, ne qd callidius ineat cōsiliu. cedēteis enim hęc ais scripsisse. quo! aut quare! retine obsecro te Cicero, & illos. Noli sinere hęc oia perire, q̄ funditus, mediusfidius rapinis, incendiis, cædibus puertunt. Tantum si qd timēt, caueant: nihil pterea moliant. Non mediusfidius acerrimis cōsiliis, plus q̄ etiam inertissimis, dumodo diligētibus, consequētur. Hęc enim, q̄ fluut, p se diuturna non sunt. in cōtētione psenteis ad nocendum habēt vireis. Quid speres de illis, in Tusculanum ad me scribe.

Quis itus noster. Quo me fato gerā.

Epistola Hircii.

Habes Hircii epistolam, cui rescripsi, nil illos callidius cogitare, idq; cōfirmaui. hoc q̄ecumq; esset, te scire volui. Obsignata iam epistola, Balbus ad me, Seruiliam rediisse, cōfirmare non discessuros. Nunc expecto a te literas. Gratum, q; mihi epistolas, quę qde me delectarunt. In primis Sestii nostri. dices, quia te laudat. puto mehercule id quoq; esse causæ. sed tum etiam ante q̄ ad eum locum veni, valde mihi placebat cum sensus eius de Rep. tum scribēdi cura. Seruius vero pacificatus cum librariolo suo videt obiisse legationem, & oeis captiunculas ptimescere. Debuerat aut non ex iure manu cōsertum. sed q̄ sequunt, tu quoq; scribes. Post tuum discessum binas a Balbo, nihil noui. Itemq; ab Hircio, q; se scribit vehemēter offensum esse veteranis. Expectat animo⁹ qdam agam de Calēd. Martiis. Misi igit Tironem, & cum Tirone plureis, qbus singulis, vt qsq; accidisset, dares literas. Atq; etiam scripsi ad Antonium de legatione: ne si ad Dolabellam solum scripsissem, iracundo⁹ homo cōmoueret. q; aut aditus ad eum difficilior esse dicit, scripsi ad Eutrapelum, vt is ei meas lras redderet. legatione mihi opus esse. honestior est votiua. sed licet vti vtraq;. De te quaeso etiam, atq; etiam vide. Velim possis coram: si min⁹ possis, literis idem cōsequmur. Greceius ad me scripsit, C. Cassium sibi scripsisse, hoies cōparari, q armati in Tusculanum mitterent. Id qdem mihi videbat, sed caue dum tum, vt illę, q̄ plures videdę. sed aliqd crastin⁹ dies ad cogitandum nobis dare polliceat. IIII. No. vesperi a Balbo reddit̄ę mihi lr̄ę, fore Nonis Senatum, vt Brutus in Asia, Cassius in Sicilia frumentum emendum, & ad vrbem mittendum curarent. O re miseram. primum vllam ab istis legationem. dein, si aliquam, hanc legatariam Prouinciam. Atq; haud scio, an melius sit, q̄ ad Eurotam sedere. sed hęc casus gubernabit. Ait aut eodem tpe decretum iri, vt & iis, & reliqs ptoriis Prouincię decernatur. hoc certe melius q̄ illa Persei porticus. Nolo.n. Lacedæmonem lōginquo, quam i Lanuuiu existimauit. Rides, inges, in talibus rebus! quid faciam! plorando fessus sum. Dii immortales, q̄ me cōturbatum tenuit epl̄ę tuę prior pagina. qd aut iste in domo tua casus armor̄! Sed hunc qdem nimbum cito trāsiisse lętor. Tu qd egeris tua cum tristi, tum etiam difficili ad cōsiliandum legatione vehemē-

Ex iure manu cō sertum.

Legatio vo tiua.

Ad Eurotam sedere.

Persei porticus.

Plorando fessus sum.

ter expecto.est eñ inexplicabilis.ita circūsedemur copiis oībus.Me qdē Bruti literę quas ostē dis a te lectas,ita pturbarūt,vt q̄q̄ ante egebā cōsilio,tñ animi dolore sim tardior. Sed plura cū ista cognoro.Hoc aūt tēpore qd scriberē,nihil erat:eoq; minus,q; dubitabā,tu has ipsas literas esses ne accepturus.Erat.n.incertū,visurus ne te esset tabellarius.Ego tuas lras vehemē ter expecto.O Bruti amāter scriptas lras.O iniquū tuū tēpus,qui ad eū ire nō possis.ego aūt quid scribā?vt beneficio istor; vtanť? quid turpius?Vt moliātur aliquid? nec iā possunt, nec audent.Age quiescant auctoribus nobis: quis incolumitatē pstat?Si vero aliquid de Deciis, Gracchisq; nostris,vita etiā si nemo molestus sit.Ludos vero nō facere qd fœdius? Frumētū imponere,quę est alia Dionis legatio,aut qd munus in Rep.sordidius? Prorsus quidē cōsilia Dionis lega
tali in re ne iis quidē tuta sunt,q dant:sed possum id negligere pficiscēs.Frustra vero q̄ igre tio.
diar matris consiliū,cū vtatur etiā pcibus. quid me interponā? Sed tñ cogitabo quo genere vtar literarū,non possum statim.Igitur mittam ad Antium,vel Circæos. Vale.

T.P.ATTICO.

ANtiū veni.VI.Cal. Bruto iucūdus noster aduētus,deinde multis audiētib⁹, Seruilia Tertulla,Porcia q̄rere,qd placeret. Aderat etiā Fauonius. Ego qd Quęrere.
erā meditatus in via,suadere vt vteret Asiatica curatiōe frumēti:nihil eē iā Suadere.
reliq,qd agerem⁹,nisi vt saluos eē,i eo etiā ipi Reip.eē pfidū.Quā oratione cū īgressus essem,Cassius īteruenit.Ego eadē illa repetiui.Hoc loco fortibus Spectare.
sane oculis Cassius matrē spectare:dicere se ī Siciliā nō iturū.Ego ne vt bñfi Dicere.
ciū accepisset in cōtumelia?qd ergo agis,inquā?At ille,in Achaiā se iturū.qd tu,iquā,Brute? Romā,inqt,si tibi videť.Mihi vero minime.tuto.n.nō eris.qd si possem esse?placeret ne?vtiq; vt oīno neq; nūc,neq; ex ptura ī prouinciā ires.Sed auctor nō sum,vt te vrbi cōmittas.Dice bā ea q̄ tibi pfecto ī mētē veniūt,cur nō esset tuto futurus.Multo īde sermone q̄rebanť.Atq; id qdē Cassius,maxime amissas occasiones,Deciūq; grauiter accusabat.ea negabā oportere p terita repeti,assentiebar tñ:q̄q̄ īgressus essem dicere,qd oportuisset. Nec vero qcq̄ noui, sed ea q̄ quotidie oēs.Nec tñ illū locū attingere quēq̄,preterea oportuisse tāgi.sed Senatū vocari,populū ardētē studio vehemēti⁹ īcitari.Totā susciprę Rēp.exclamat tua familiaris.Hoc ver bo neminē vnq̄ audiui.Ego repsi,sed Cassius mihi videbať iturus. Etenī Seruilia pollicebať se curaturā,vt illa frumēti curatio de S.C.tolleret. & noster Brutus cito deiectus est de illo inani sermone. velle.n.se dixerat. Cōstituit igiť,vt ludi absente se fierent suo noīe.proficiscī aūt mihi in Asiā videbať ab Antio velle.Ne multa,nihil me ī illo itinere pter conscientiā meā delectauit. nō.n.fuit cōmittēdū,vt ille ex Italia prius q̄ a me cōuētus esset,discederet.hoc dē pto munere amoris,atq; officii,sequebať vt mecū ipse. ἢ δεῦρ' ὁδὸς,τί σοι δύναται νῦν θεοπρεπὲς; Dissolutū,
Prorsus dissolutū offendi nauigiū,vel potius dissipatū. nihil cōsilio,nihil ratione,nihil ordi dissipatum
ne.Itaq; etsi ne antea qdē dubitauerā,tñ nūc eo min⁹ euolare hinc,idq; q̄primū,vbi nec Pelo nauigiū.
pidarū facta,neq; famā audiā.Et heus tu,ne forte sis nescius.Dolabella me sibi legauit ad.IIII. Nec Pelo
No.April.Id mihi heri vesperi nūciatū ē.Votiua ne tibi qdē placebat:etenī erat absurdū,q̄ si pidarum
stetisset Resp.bonis nō sumere,euersa illa vota dissoluere.& habent,opinor,liberę legationes facta.
definitū tēpus lege Iulia,nec facile addi pōt:idq; adeo genus legationis, vt cū velis introire, exire liceat,qd nūc mihi additū est.Bella est aūt huius iuris quinquēnii licētia.q̄q̄ quinquen
niū cogitē,cōtrahi mihi negotiū videť.sed βλασφημίαν mittanus. Bene mehercule de Bu- Blasphe
throto. at ego Tironē ad Dolabellā cū literis,qa iusseras,miserā. quid nocet?De nostris aūt miam.
Antiatibus satis videbar plane scripsisse,vt nō dubitares,essent quin otiosi futuri, vsuriq; be
neficio Antonii cōtumelioso.Cassius frumētariā rē aspernabať,eā Seruilia sublaturā ex S.C. se esse dicebat.Noster vero Brutus in Asiā,postea q̄ mihi est assensus,tuto se Romę esse non posse.Ludos.n.absens facere malebat. statim aūt se iturū simulac ludorū apparatū iis q̄ cura- turi essent,tradidisset.Nauigia colligebat. erat animus in cursu.interea in eisdē locis erāt fu turi.Brutus qdē se aiebat Asturę affuturū.L.qdē Antonius liberaliter literis sine cura me eē iubet.Habeo vnū bñficiū.alterū fortasse,si in Tusculanū venerit.O negotia nō ferēda,q̄ ferū tur tñ In Octauio,vt perspexi,satis ingenii,satis animi.videbaturq; erga nostros ἥρωας Octauius.
ita fore,vt nos vellemns,animatus.Sed qd ętati credēdū sit,quid nomini,qd hęreditati,quid καθηκόσῃ,magni cōsilii est.Vitricus qdē nihil cēsebat,quē Asturę vidimus: sed tñ alēdus est, & vt nihil aliud,ab Antonio seiūgendus.Marcellus pclare,si pcipit nostro,nostri, cui qdē ille deditus mihi videbať.Pansę aūt,& Hircio nō nimis credebat:bona indoles,ἐὰν διαμείνῃ.

VIII. Cal. duas a te accepi epistolas: respondebo igit priori prius. Assentior tibi, vt nec duces simus, nec agmen cogamus, faueamus tñ. Orationē tibi misi: eius custodiēdę, & pferēdę arbitriū tuū sit. sed qñ illū diē tu tuēdū putes! Inducias, quas scribis, nō intelligo fieri posse. melior est ἀναψοφωνησία, qua me vsurū arbitror. Q3 scribis legationes duas Brūdusiū venisse, vos oia prius. Scribas igit quicqd audieris. Varronis διάλογον expecto. improbo ἡρακλείδιον, pręsertim cū tu tātope delectere. sed qualē velis, velim scire. Q3 ad te antea, atq; adeo prius scripsi, (sic. n. mauis ad scribēdū tibi vere dicere) fecisti me acriorē. Ad tuū iudiciū, qđ mihi erat notū, addidisti Peducei auctoritatē, magnā qdē apud te, & ī primis grauē. Enitar igit, ne desideres aut industriā meā, aut diligētiā. Vectenū, vt scribis, & Faberiū foueo. Clodiū nihil arbitror malitiose. ḡḡ sceleste qdē egerit. De libertate retinēda, qua certe nihil ē dulcius, tibi assentior. Ita ne Gallo aio hominē nequā! quid. n. dicā aliud! cautū Marcellū, me sicut, sed nō tñ cautissimū. Lōgiori epistolę, supioriq; respōdi. nūc breuiori, ppioriq; qd respondeā, nisi eā fuisse dulcissimā! Res Hispaniēses valde bonę, modo Balbiliū incolumē videā, subsidiū nostrę senectutis. De Amiano itē, q; me valde obseruat Visellia. sed hęc qdē humana. De Bruto te nihil scire dicis, sed Seliciā venisse M. Scaptiū, eūq; nō qua pōpa, ad se tñ clā venturū, sciturūq; me oia, q̄ ego statim. interea narrat eadē: Bassi seruū venisse, q nūciaret legiones Alexādrinas in armis esse. Bassum arcessi. Cassiū expectari. quid q̄ris! Videt Resp. ius suū recuperatura, sed †ne quid. †nequit ante. nosti hoc exercitationē in latrocinio, & amētia. Dolabella vir optimus, etsi cū scribebā secūda mēsa apposita, venisse eū ad Baias audiebam, tñ ad me ex Formiano scripsit, quas lras cū e balneo exiissem, accepi, sese de attributione oia summa fecisse. Vectenū accusat. Tricatur. tricatur scilicet, vt homo talis. sed ait totū negotiū Sestiū nostrū suscepisse, optimū qdē illū virū, nostriq; amātissimū. q̄ro aūt qd tādē Sestius ī hac re facere possit, qđ nō qs nostrū! sed si quid pter spem erit, facies vt sciā. sin est (vt arbitror) negotiū pditū, scribes tñ, neq; ista res Lib. de Officiis. cōmouebit. Nos hic φιλοσοφόμεθα. quid em̄ aliud! & τὰ πρὸς τὸ καθῆκον magnifice explicamus, προσφωνοῦμενοι Ciceroni. Qua de re em̄ potius pater filio! deinde alia. quid q̄ris! Extabit opa peregrinationis huius. Varronē hodie, aut cras vēturū putabāt. Ego aūt in Pōpeianū Pater filio de off. propērabā: nō quo hoc loco quicq̄ pulchrius, sed interpellatores illic minus molesti. Sed perscribe q̄so, q̄ causa sit Myrtilo. Pœnas qdē illū pepēdisse audiui, & satis ne patet vnde corruptus! Hęc cū scriberē, tātū, q; existimabā ad te orationē esse, pbui, q̄ timeo, qd existimes. Etsi quid ad me qđ nō sit foras pditū! nisi Rep. recuperata. de quo qd sperē, nō audeo scribere. VI. Calē. accepi a Dolabella lras, quarū exēplū tibi misi: in qbus erat oia se fecisse, q̄ tu velles: statimq; ei rescripsi, & multis verbis gratias egi. sed tñ ne mirarer, cur idē iterū facerē, hoc causę sumpsi, q; ex te ipso corā antea nihil potuissem cognoscere. Sed qd multa! lras hoc exēplo Ad Dolabellam. dedi. M. T. CICERO P. DOLABELLAE COS. S. Antea cum p̄ literas Attici nostri de tua summa liberalitate, summoq; erga se beneficio certior fact⁹ essem, cūq; tu ipse etiā ad me scripsisses, te fecisse ea q̄ nos voluissemus, egi tibi gratias per literas his verbis, vt intelligeres nihil te mihi gratius facere potuisse. Postea vero q̄ ipe Atticus ad me venit ī Tusculanū huius vnius rei causa, tibi vt apud me gratias ageret: cuius tuā eximiā quādā, & admirabilē in causa Buthrotia volūtatē, & singularē erga se amorē perspexisset: teneri nō potui, qn tibi aptius illud idē iis literis declararē. Ex oibus em̄ mi Dolabella studiis ī me, & officiis, q̄ summa sunt, hoc scito mihi & amplissimū videri, & gratissimū esse, q; pfeceris, vt Atticus itellígeret quātū ego te, quātū tu me amares. Qđ reliquū ē, Buthrotiā & cām, & ciuitatē, ḡḡ a te cōsti tuta est (beneficia aūt nostra tueri solemus) tñ velim receptā in fidē tuā, a me etiā, atq; etiā tibi cōmēdatā, auctoritate, & auxilio tuo tutā eē velis. Satis erit in pętuū Buthrotis p̄sidii, magnaq; cura, & sollicitudine Atticū, & me liberaris, si hoc oneris mei cā susceperis, vt eos semp a te defensos velis: qđ vt facias, te vehemēter etiā, atq; etiā rogo. His lris scriptis, me †minio ac cęra. ad σωτάξεις dedi, quę qdē vereor, ne †miniatula cęra tua pluribus locis notādę sint. ita sum μετέωρος, & magnis cogitationib⁹ impeditus. L. Antonio male sit. Siqdē Buthrotis molestus L. Antonio male sit. est. Ego testimoniū cōposui: qđ cū voles, obsignabis. Tu nūmos Arpinatū, si L. Fadius ædilis pętet, vl' oēis reddito. Ego ad te alias epl'as scripsi HS. CX. q̄ Stathio curarent. si ergo pętet Fadius, volo reddi pter Fadiū nemini. Apud me itē puto depositū. Id scripsi ad Erotē, vt redderet. Reginā odit. me iure facere scit. spōsor p̄missor eius, Ammonius: q̄ qdē p̄missor ei⁹ erāt φιλόλογα, φιλόλογα, & dignitatis meę, vt vel in cōcione dicere auderē. Saram aūt pterq̄ φ nefariū cognoui hoiem, pterea in me cōtumacē, (semel eū oīno domi meæ vidi) cum φιλοφρόνως ex

eo quęrerē quid opus eſſet,Atticū ſe dixit q̄rere.Supærbiā autē ipſius Reginę,cum eſſet trās Tiberim in hortis,acta eius cōmemorare ſine magno dolore non poſſum. nihil igit cū iſtis, nec tā animū me,q̄ ſtomachū habere arbitrant.Profectionē meā,vt video,Erotis diſpenſatio impędit. nā cū ex reliqs q̄ No.Apríl.fecit,abūdare debeā,cogor mutuari:qđq ex iſtis fructuo ſis rebus receptū eſt,id ego ad illud Fanū ſepoſitū putabā.Sed hęc Tironi mādaui,quē ob eā Fanum. cauſam Romā miſi.te nolui impędītū ipędire.Cicero noſter quo modeſtior ē,eo me magis cō mouet.Ad me.n.de hac re nihil ſcripſit,ad quē nimirū potiſſimū debuit.Scripſit hoc aūt ad Tironē:ſibi poſt Cal.Apríl.(ſic.n.annuū rēpus conficí) nihil datū eē:tibi ꝓ tua natura ſemp placuiſſe,teq; exiſtimaſſe id etiā ad dignitatē meā ptinere,eū nō modo pærliberaliter a nobis, ſed etiā ornate,cumulateq; tractari.Quare velim cures (nec em tibi eſſem moleſtus, ſi ꝓ aliū hoc agere poſſem) vt pærmutet Athenas,qđ ſit in annuū ſumptū ei.ſcilicet Eros numerauit. Eius rei cauſa Tironē miſi.Curabis igit:& ad me,ſi qd tibi de eo videbit,ſcribes.Tādē a Cicerone tabellarius,ſed mehercule literę πεπυκνωμένως ſcriptę,qđ ipſum pærſpicaciā aliquam ſignificaret.Itēq; cęteri p̄clara ſcribūt:Leonides tñ retinet ſuū illud adhuc,ſummis vero laudibus Erotes. quid q̄ris? Vel verba mihi dari facile patior in hoc,meq; libēter p̄beo credulū. Verba dari. Tu velim,ſi qd tibi ex Strathio ſcriptū qđ pærtineat ad me,certiorē me facias.Narro tibi: hęc loca venuſta ſunt,abdita certe,& ſi quid ſcribere velis,ab arbitris libera.ſed neſcio quomodo φίλῳ.Itaq; me referūt pędes in Tuſculanū,& tamē hæc τοπογραφία ripulę videtur habitura ceterem ſatietatē.Equidē etiā pluuias metuo,ſi prognoſtica noſtra vera ſunt. Ranæ enim Ranę rhetorice loquūtur. ἐκπορεύσονται.Tu quæſo fac ſciā,vbi Brutū noſtrū,& quo die videre poſſim.Duas accepi poſtridie Iduū,alteram eo die datā,alterā Idibus.Prius igitur ſuperiori. de Bruto,cū ſcies. de conſulum ficto timore cognoueram.Sicca enim φιλοσόφως ille quidē,ſed tumultuoſius ad me etiam illam ſuſpitionē pærtulit.Quid tu autē,tamē διδόμωα. nullū enim verbū a Siregio: non placet.De Plectorio vicino tuo pmoleſte tuli,quēq; prius audiſſe,q̄ me.de Syro prudenter.L.Antoniū per M.Antoniū fratrē,vt arbitror,facillime deterrebis auctoritate,vel vi: ſed L.& M.Antonii. nōdum acceperas literas,nec cuiq; dederas,niſi L.Fadio ædili: aliter enim nec caute, nec iure fieri poteſt. Qz ſcribis tibi deeſſe HS.C.quę Ciceroni curata ſint:velim ab Erote queras, vbi merces inſularū. Arabioni de ſicio nihil iraſcor,ego de itinere niſi explicato A.nihil cogito, Mer.inſu. qđ idem tibi videri puto.Habes ad ſuperiorē.Nunc audi ad alterā. Tu vero facis,vt omnia, Sicium. ꝓ Seruilię non deſit,& Bruto.De Regina gaudeo te nō laborare.Certe etiā tibi probari Erotis rationes, & ex Tirone cognoui, & vocaui ipſum.Gratiſſimū ꝓ polliceris Ciceroni nihil defuturum,de quo mirabilia Meſſala,qui Lanuuio rediens ab iſtis venit ad me.& mehercule ipſius literę ſic & φιλοσόφως,& πυκνῶς ſcriptę,vt eas vel in agro ſic audeā legere.quo magis illi indulgēdū puto.De Buciliano Seſtiū puto nō moleſte ferre.Ego,ſi Tiro ad me,cogito in Tuſculanū.Tu vero quicqd erit,qđ me ſcire par ſit,ſtatim.XVII. Cal.abibo. Etſi ſatis videbar ſcripſiſſe ad te,quid mihi opus ſit,quid te facere vellē,ſi tibi cōmodū eſſet:tamen cū profectus eſſem,& in lacuna vigilarē,Tironē ſtatui ad te eſſe mittendū,vt his negotiis,quę agerētur,intereſſet.Atq; etiā ſcripſi ad Dolabellā, me ſi ei videretur, velle ꝓficiſci, pærīq; ab eo de mulis vecturę itineris, & vicis.tū intelligo de diſtentiſſimū eſſe,qua de Buthrotis,qua de Vectura. Bruto:cuius etiā ludoꝝ ſuoꝝ curā,etiā adminiſtratione ſuſpicor ex magna pte ad te ptinere. Vt ergo ī eiuſmodi re,tribues nobis paulū opærę:nec em multū opus eſt.Mihi res ad cędē & eā qdē propinquā ſpectare videt.vides hoīes, vides arma:prorſus nō mihi videor eſſe tutus. ſi tu aliter ſentis,velim ad me ſcribas.domi enim manere,ſi recte poſſum,multo malim. Quidnā eſt qđ audiēdū amplius de Buthrotis? Stetiſſe em te fruſtra ſcribis. qd aūt ſe refert Brutus? Doleo mehercule te tā eſſe detentū, & ꝓ decē hominibus referendū eſt acceptū. eſt illud quidem ſed ἀνεκτὸν,mihiq; gratiſſimū.De armis,nihil vidi apertius. Fugiamus igit,& vt ais,corā.Theophanes qd velit,neſcio. Scripſerat em ad me: cui reſcripſi, vt potui.Mihi aūt ſcribit,venire ad me ſe velle,vt ei de ſuis rebus,& quædā quę ad me pærtinerēt.Tuas literas expecto.Vide quęſo ne quid temere fiat.Stathius ſcripſit ad me locutū ſe cū eſſe Q.Ciceronē valde aſſeuerāter,ſe hæc ferre nō poſſe: certū ſibi eſſe ad Brutū, & Caſſiū tranſire.Hoc eniuero nūc diſcere aueo.hoc ego qd ſit, interptari nō poſſum.Poteſt aliqd iratus Antonio? Poteſt gloriam nouā q̄rere? Poteſt totū eſſe χεδίασμα? Et nimirū ita eſt.ſed tñ & ego vereor,& pater cōturbatus eſt. Scit em quę ille de hoc mecū quidē. ἄφατα. nolim. plane qd velit,neſcio.A Dolabella mādata habeo, quę mihi videbūtur.id eſt nihil.Dic mihi,

Septẽuir. C. Antonius voluit ne fieri Septẽuir? fuit certe dignus. Demea domi est, vt scribis. Facies oĩa mihi nota. Egi gratias Vecteno, nihil em̃ potuit humanius. Dolabellę mãdata sint quęlibet, mihi aliqd, vel qd Nicię nũciẽ. quis em̃ hęc, vt scribis, Anteno? nũc dubitare quẽq̃ prudentẽ quin meus discessus desperationis sit, nõ legationis? Quod ais, extrema q̃dã iam homines de Rep. loqui, & eos qdẽ viros bonos: ego quo die audiui illũ tyrãnũ in cõcione clarissimũ virũ

Tyrannus vir clarissi. appellatus. appellari, subdiffidere cœpi. Postea vero q̃ tecũ Lanuuii vidi nostros tãtũ spei habere ad videdũ quantũ accepissent ab Antonio, desperaui. Atq; mi Attice fortiter hoc velim accipias, vt ego scribo: genus illud iteritus, quo casurus est, fœdũ duces, & quasi denũciatũ nobis ab An

Nassa exire tonio. Ex hac nassa exire cõstituí, nõ ad fugã, sed ad spem mortis melioris. Hęc omnis culpa Bruti. Põpeiũ Carthela receptũ scribis. Iam igit cõtra hũc exercitũ. Vtra ergo castra? Media enim tollit Antonius: illa infirma, hęc nefaria. Properemus igit, sed iuua me consilio, vt Brũ-

Hũana ferenda. dusio, an Puteolis. Brutus quidẽ subito, sed sapiẽter πάχω. Quãdo em̃ illũ? sed humana ferẽda. tu ipse eũ videre nõ pores. Dii illi mortuo, qui vnq̃ Buthrotũ venit. Sed acta missa. Vi-

Dii illi mortuo. deamus q̃ agẽda sint. Rationes Erotis, etsi ipsum nõdũ vidi, tñ & literis eius, & eo qd Tiro cognouit, propemodũ cogitãs habeo. Versurã scribis esse faciendã mensiũ quinq;. idest ad Cal.

Versura. Nouẽb. HS. CC. in eã diẽ ea de re nũmos quinq; donẽt. Velim igit, quoniam Tiro negat tibi placere me eius rei causa Romã venire: si faceres, nihil offenderes. Videas. n. vnde nũmi sint,

In pñtia. mihi feras expẽsum. Hoc video in pñtia opus esse. Reliqua diligentius ex hoc ipso requirã: in his de mercedibus dotaliũ prædiorũ, quę si fideliter Ciceroni curabunt, q̃q̃ volo laxius, tñ

Opus esse viaticũ. ei propemodũ nihil deerit. Eqdẽ video mihi quoq; opus esse viaticũ: sed id ex prædiis, vt cader, ita soluet. Mihi autẽ opus est vniuerso quidẽ. Etsi mihi videt iste, qui vmbras timet, ad

Vmbras timens. eędem spectare, tamen nisi explicata solutione, nõ sum discessurus. Sit ne aũt excitata, nec ne, tecũ cognoscã. Hanc putaui mea manu scribẽdã. Itaq; feci de Fadio, vt scribis. Vtiq; nulli alii

rescribas velim hodie. Narro tibi, Quintus pater exultat lętitia. scripsit em̃ filius se idcirco p fugere ad Brutũ voluisse, q; cũ sibi negotiũ daret Antonius, vt eũ Dictatorẽ efficeret, pfidiũ occuparet, id recusasse. Recusasse autẽ se, ne patris animũ offenderet. ex eo sibi illũ hostẽ. Tũ me, inqt, collegi, verens ne qd mihi ille iratus, tibi noceret, patri scilicet. itaq; eũ placaui. & q-

Quadringẽta millia certa. dem. CCCC. M. certa, reliqua in spe. Scribit autẽ Stathius illũ cũ patre habitare velle. Hoc vero mirũ, & id gaudet. quẽ tu illo certiorem nebulonem? Vestrã de re causam deliberationis probo. nihil eram suspicatus de tabulis. restitutã arbitrabar. Quæ differs vt mecũ corã, expectabo tabellarios, quoad voles, tenebis em̃ eos occupatos. Qđ ad Xenonẽ, probe. qđ scribo cũ absolueret. Quinto scripsisti te ad eũ literas misisse, nemo attulerat. Tiro negat iam tibi placere Brundusiũ, & quidẽ dicere aliquid de militibus. At ego iam destinarã. Hydruntẽ quidẽ. mouebant me tuæ quinq; horæ. Hic autem quantus ϖλοῦς; sed videbimus. Nullas a te. XI. Cal. quippe quid enim iam noui? Cũ primũ igitur poteris, venies: ego ppero ne ante Sestius, quẽ aduẽtare aiũt. Gratulor nobis Q. Filiũ exiisse. molestus non erit. Pansam bene loqui credo. Semp em̃ cõiunctũ esse cũ Hircio scio: amicissimũ Bruto, & Cassio puto. Si expędiet. sed quãdo illos videbit? inimicũ Antonio, qñ, aut cur? quousq; ludemur? Ego autẽ

Nullus. Citherius. scripsi Sestiũ aduẽtare, non quo iã adesset, sed qa certe id ageret, ab armisq; nullus discederet. Certe si pgit, bellũ paratũ est. Hic aũt noster Citherius, nisi victorẽ, neminẽ victurũ. Quid ad hęc Pansa? vtro erit, si bellũ erit? qđ videt fore. sed & hęc, & alia corã. Hodie qdẽ (vt scribis) aut cras. Mirifice torqueor, sine dolore tñ. sed pmulta mihi de nostro itinere in vtrãq; partẽ occurrũt. quousq;, inquies? quoad erit integrũ. Erit aũt vsq; dũ ad nauẽ. Pansa vero si scripse-

Hypomnema. rit, & meã tibi, & illius epistolam mittã. Siliũ expectabã, cui ὑπόμνημα cõpositũ, si quid noui. Ego literas misi ad Brutũ, cuius de itinere etiã ex te velim, si quid scies, cognoscere. Tabella-

†VI. rius, quẽ ad eũ miserã, ex itinere rediit. † VIII. Cal. & Seruilia dixit eo die Brutũ his pfectũ. sane dolui meas literas redditas nõ esse. Silius ad me nõ venerat. causam cõposui. eũ libellum tibi misi. Te quo die expectẽ, velim scire. de meo itinere varię sententiæ. Multi enim ad me, sed

Incumbe. tu incumbe quęso in eã curã. magna res est. An probas, si ad Calẽ. Ianuarii cogitamus? meus animus est æquus: si tamẽ, vt nihil offensionis sit. & tu etiã scire, quo die Olympia, cũ mysteria scilicet, vt tu scires. casus cõsiliũ nostri itineris iudicabit. Dubitemus igitur. Hyberna. n.

Visum iri a me. nauigatio eo odiosa, eoq; ex te quęsierã mysteriorũ diem. Brutũ (vt scribis) visum iri a me puto. ego hinc volo pridie Cal. De Quinti negotio video a te omnia facta, ille tamẽ dolet dubitãs vtrũ morẽ gerat Leptę, an fidẽ infirmet Silio Mandibili. L. Pisonẽ vellem exire legatum

ψευδόγραφον velim scire qd sit. Tabellarius ille quē tibi dixerā a me ad Brutū missum ī Anagninū, ad me venit ea nocte q̄ ꝓxima ante Cal. fuit, literasq; ad me attulit: in quib⁹ vnū alienū summa sua prudētia, id est illud, vt spectē ludos suos. Rescripsi scilicet primum me iam profectū: vt integrū sit de me, ἀποπώτατον me esse, qui Romā omnino post hęc arma nō accesserim, neq; id tā periculi mei causa fecerim, q̄ dignitatis, subito ad ludos venirē. Talī enim tempore ludos facere illī honestū est, cuī necesse est spectare: mihi vt nō est necesse, sic venire ne honestū est. Egdē illos celebrari & eē q̄gratissimos mirabiliter cupio, idq; ita futurū esse cōfido, & tecū ago, vt iā ab ipsa cōmissione ad me, quēadmodū ii ludi accipiātur, deinde oīa, reliquorū ludorum dies singulos prosequare. Sed de ludis hactenus. Reliqua pars epistolæ, illa nāq; in vtrāq;. Sed tamen nōnullos interdū iacit igniculos virileis. Qd quale tibi videretur, vt possis interpretari, misi ad te exemplū epistolę, q̄q̄ mihi tabellarius noster dixerat, tibi quoq; se attulisse literas a Bruto, easq; a Tusculano esse delatas. Ego itinera sic cōposuerā, vt No. Quintil. Puteolis essem. valde eī festino: ita tamen, vt quantū homo possit, q̄cautissime nauigem. M. Aeliū cura libera. Vis me pauca spe in extremo fundo? & eos qdē subterraneos seruitutis apud tale quid habituros. id me iā iā nolle, neq; mihi iā esse tanti, sed (vt mihi dicebas) q̄lenissime potius vt cura libereť, q̄ vt me succēsere aliquid suspicetur. idem vt de illo Tulliano cupide libero, cū Cassellio loquare. Parua res est, sed tu bene attēdisti, nimis callide agebatur. ego autē si mihi imposuisset aliquid, qd pene fecit, nisi tua malitia affuisset, aīo iniquo tulissem. Itaq; vt erit, rem impediri malo: octauā partē tuli luminariū, mediā abstrahere memineris. Cur Cereli videris mācipio dare ad eā summā quę sub præcone fuit maxima? id opinor es se. CCCLXXX. Noui si quid erit, atq; etiā si qd ꝓspicies, qd futurū putes, scribas ad me q̄sæpissime velim. Varroni quēadmodū tibi mandaui memineris excusare tarditatem literarum mearū, & modū istū. M. Enni⁹ qd egerit de testamēto. curiosius eī facias me velim certiorē. Ex Arpinati. VI. No. Gaudeo id te mihi suadere qd ego mea spōte pridie fecerā. Nā cū. VI. No. darē ad te eidē tabellario, dedi etiā ad Sestiū scriptas πάνυ φιλοσόφως. Ille aūt q̄ Puteolos ꝓsequiť, humane: q̄ rīť, iniuste. non. n. ego tā illū expectare cū de Cosano rediret debui, q̄ ille aut nō ire añ q̄ me vidisset, aut citius reuerti. Sciebat eī me celeriter velle ꝓficisci, seseq; ad me ī Tusculanū scripserat eē vēturū. Te vt a me discesseris, lachrymasse, moleste ferebā: qd si me ꝓsente fecisses, cōsiliū totius itineris forasse mutassem. sed illud p̄clare, q̄ te cōsolata est spes breui tpe cōgrediēdi: q̄ qdē expectatio me maxime sustētat. Meę tibi literę non deerūt. De Bruto scribā ad te oīa. Librū tibi celeriter mittā. Tibi de Glīa excudā aliqd πάνυ φιλοσόφως, qd lateat ī thesauris tuis. De Plāco Memio Attica iure q̄riť. Q̄ me de Bacchide statuarū coronis certiorē fecisti, valde ē mihi gratū, nec q̄q̄ posthac nō mō tātū, sed ne tātulū qdē ꝓteraieris. Sed de Erote, & Metio meminero, & de oībus q̄ te velle suspicor. Modo †turpē sororis tuę filiū, cū hęc scriberē. Aduētabat aūt βουλόσε cœnātib⁹ nobis. Ego, vt ad te pridie scripse rā, Nonis cōstitui venire ī Tusculanū: ibo igiť. Quotidie tuas lras expectabo, & maxime de ludis, de qb⁹ etiā ad Brutū tibi scribēdū est: cui⁹ epl̄ę, quā ītērp̄tari ipse vix poterā, exēplū prid. tibi miserā. Atticę meę velim me ita excuses, vt oēm culpā in me trāsferas, & ei tū cōfirmes, me minime totū amorē ab ea mecū abstulisse. Bruti ad te epistolā misi. Dii boni quāta ἀμηχανία, cognosces, cū legeris. De celebratione ludor̄ Bruti, tibi assētior. Ad M. Aeliū null⁹: tu qdē domū. sed sicubi īciderit de Tulliano semisse maximā adhibebis, vt scribis. Q̄d cū Cosiano egisti, optime: q̄ nō solū mea, verū etiā tua expedis, gratū. Legationē tibi ꝓbari meā gaudeo, qd ꝓmittis Dii faxint. Quid. n. mihi meis iucūdi⁹? Sed istā quā tu excipis, metuo. Brutū cū cōuenerō, pscribā oīa. De Plāco, & †Decumo sane velī Sextū scutū abiicere. De Mūdo si qd scies. Rescripsi ad oīa. nūc nostra accipe. Q. Filius vsq; Puteolos venit: mirus ciuis, vt tu Fauonīū, Asiniū dicas. & qdē duas ob causas, & vt mecū, & σωτάσαι vult cū Bruto, & Cassio. Sed tu qd ais? Scio. n. te familiarē eē Othonis. ait hic mihi, Iuliā nō velle āpli⁹ ferre. cōstitutū. n. eē diuidiū. Quęsiuit ex me pater q̄lis eēt fama, dixi sane me nihil audisse: nesciebā. n. cur q̄reret, nisi de ore, & patre. Sed rursus īquā. at ille, filiū velle. Tū ego, etsi ἐξελυπόμην, tī negaui, putaui illa eē vera. σκοτωδὲς hoc est eī, huic nostro nihil ꝓbere. Illa aūt οὐ πρὸς τοῦτο. Ego tī suspicor hūc, vt solet, hallucinari. sed velim q̄ras (facile aūt potes) & me certiorē. obsecro te qd est hoc. Signata iā epistola, Formiani, q apud me cœnabāt, Plancū sinebāt, hūc Buthrotiū pridie q̄ hoc scribebā, ideſt. III. Non. vidi esse demissum sine phaleris. Seruulos aūt dicere eū & Agripetas electos a Buthrotis. Macte. Sed amabo te, pscribe mihi totū negotiū. Vale.

Pseudographum.

Exēplū.

Spes in extremo fundo.

†tu ipse.

†Decio.

Sine phaleris.

Macte.

Epistol. ad T. P. Atticum

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER. XVI.

T. P. ATTICO.

NONIS Quintil. veni in Puteolanũ iens ad Brutũ, in Veside hæc scri psi. Sed eo die quo venerã, cœnanti Eros tuas literas. Ita ne nobis in aliis? de istis mehercule. Sed stomachari totũ diẽ licet, quicq̃ ne tur pius, q̃ Bruto nil? Redeo ad meũ igitur, ἔλθωμεν. Nihil vidi. Sed qd est quęso, ꝙ Agripetas Buthroti cõcisos audio? Quid autẽ Plancus tã cursim? Ita em̃ meditabar diẽ, & noctẽ. Sane cupio scire quid sit. Meã profectionẽ laudari gaudeo. Dimachos agro pulsos, mare in festũ habere, mirũ. Videdũ est, vt mansio laudetur. εὐνομοτία. Bruti videtur aliqd psidii esse. sed opinor minuta nauigia. Sed iam sciã, & ad te cras. De Ventidio πωικὸν puto. de Sexto p certo habebatur ad arma. Qd si verũ est, sine bello ciuili video seruiendũ. Quid ergo? Calẽ. Ianuarii in Pansa spes. λῆρος πολὺς in vino, & in somno istoꝝ. De. CCX. optime Ciceronis rationes explicent Ob ius em̃ recenses multa. quę vellẽ. in iis ne hoc qdẽ malũ in mãdatis sit, abũde. HS. LXXII. satis esse affatim prorsus. sed Xenonẽ pexigue, & præbere. idest minutatim. Quę quo plus permutasti, q̃ ad fructũ Insularũ. Id ille annus habeat, in quẽ itineris sumptus accessit. Hic ex Cal. April. ad HS. LXXX. accõmodetur. Nũc em̃ insulę tantũ. Videdũ em̃ est, quid cũ Romæ erit. nõ. n. puto socrũ illã ferendã Pindaro. De Cumano negarã. Nũc cuius rei causa Tabellariũ miserim, accipe. Q. Filius mihi pollicetur se Catonẽ. Egit autẽ & pater, & filius, vt tibi sponderem: sed ita, vt tum crederes, cum ipse cognosses. Huic ego literas ipsius arbitratu dabo, eę te ne mouerint. Has scripsi in eam partem, ne me motũ putares. Dii faxint, vt faciat ea quæ promittit. Cõmune enim gaudium. sed ego nihil dico amplius. Is hinc. III. Iduũ. Ait enim attributionẽ in Idus, se autẽ vrgeri acriter. Tu ex meis literis quomodo respõdeas, meditabere. Plura cum & Brutum videro, & Erotem remittam. Atticę meæ excusationẽ accipio, eamq̃ amo plurimum: cui, & Pylię salutem. Vale.

Agripetę.

T. P. ATTICO.

SExto Iduũ duas epistolas accepi, vnã a meo Tabellario, alteram Bruti. De Buthrotis lõge alia fama in his locis fuerat, sed cũ multis aliis hoc ferẽdũ. Erotem remisi citius, q̃ constituerã, vt esset cũ Hortensio, & quia equitibus quidem ait se Idibus constituisse. Hortensius vero imprudẽter. Nihil enim debetur ei, nisi ex tertia pensione, quę est Cal. Sextil. ex qua pensione ipsa ma ior pars est ei soluta aliquãto ante diẽ. Sed hęc Eros videbit. De Publio autẽ qd perscribi oportet, morã nõ puto esse faciendã. sed cũ videas quantũ de iure nostro decesse rimus, quid hæres? HS. CCCC. si in psentia soluerimus, reliqua rescribamus? Loco qdẽ in eo (si tibi videbit) poteris tũ cõmodũ nostrũ expectare iubere, cũ tãta sit nobis iactura facta iu ris. Sed amabo te mi Attice, vides ne q̃ blande? Oĩa nostra, quoad eris Romę, ita gerito, regi to, gubernato, vt nihil a me expectes. q̃q̃. n. reliqua satis apta sint ad soluẽdũ, tñ fit sępe, vt ii q debẽt, nõ respõdeãt ad tẽp9. Si qd eiusmodi acciderit, ne qd tibi sit fama mea poti9: nõ modo versura, verũ etiã vẽditione, si ita res coget, nos vindicabis. Bruto tuę lię gratę erãt. fui. n. apd illũ multas horas ĩ Veside cũ paulo ante tuas lras accepissem. Delectari mihi Tereo videbaṫ, & hŕe maiorẽ Accio, q̃ Antonio gratiã. Mihi autẽ quo lętiora sunt, eo plus stomachi, & mole stię est, Populũ Ro. man9 suas nõ ĩ defendẽda Rep. sed in laudãdo cõsumere. Mihi qdẽ videnṫ istoꝝ animi ĩcẽdi etiã ad repsentãdã ĩprobitatẽ suã: sed tñ dũmõ doleãt aliqd, doleãt qdlibet. Cõsiliũ meũ ꝙ ais quotidie magis laudari, nõ molestę fero, expectabãꝙ si qd de eo ad me scri beres. Ego. n. in varios sermones incidebã. quin etiã idcirco trahebã, vt q̃diutissime integrũ esset. Sed qm̃ furore illo extrudimur, Brũdusiũ pgere cogito. Facilior. n. & exploratior deuita tio legionũ fore videṫ, q̃ piratarũ, q apparere dicunṫ. Sestius. VI. Id. expectabaṫ, sed non vene rat, qd scia. Cassius cũ classicula sua venerat. Ego cũ eũ vidissem. V. Cal. ĩ Põpeianũ cogitabã: inde Aculanũ. nosti reliqua. De Tucia ita putarã. De Emetio nõ credo, nec tamẽ curo plus q̃ tu. Planco & Oppio scripsi equidem, quoniã rogaras, sed si tibi videbitur, ne necesse habueris reddere. cum enim tua causa fecerint omnia, vereor ne meas literas supuacaneas arbitrẽtur. Oppio qdẽ vtiꝙ, quẽ tibi amplissimũ cognoui. verũ vt voles tu. Quoniã scribis hyematurũ

Versura.

In Veside.

Classicula.

Supuacaneę.

te in Epiro, feceris mihi gratũ, si ante eo veneris, q̃ mihi in Italiã te auctore veniendũ est. Lí-
teras ad me q̃sępissime, sed de rebus minus necessariis, aliquẽ nactus. sin aũt erit quid maius,
domo mittito ἡρακλείδαον. Si Brunduſiũ salui, adoriemur. De Gloria misi tibi, custodies igit, Lib. de glia.
vt soles, sed notentur Eglogarii, quos Saluius bonos auditores nactus, in conuiuio duntaxat Eglogarii.
legat. mihi valde placent. mallẽ tibi. Etiã atq; etiã vale. T.P.ATTICO.

IV vero sapiẽter. nunc demũ eñ rescribo his literis, quas mihi misisti, cõuen
to Antonio Tiburi. sapiẽter igit, q; manus dedisti, q; etiã vltro gratias egi- Tiburi.
sti. certe eñ, vt scribis, deseremur ocyus a repu. q̃ a re familiari. Q. vero sine
munusculo scribis te magis delectari otio, si qd agis, addis mihi scribẽdi ala-
critatẽ. Q. Erotẽ nõ sine munusculo expectare dicis, gaudeo non fefellisse eã
rẽ opinionẽ tuã, sed tñ idẽ σύνταγμα misi ad te retractatius, & quidẽ ἀρχέτυ- Syntagma.
πον ipm crebris locis inculcatũ, & refectũ. Hunc tu tralatũ & in Macrocollũ lege in Arcano Macrocol-
cõuiuis tuis, sed si me amas, hilaris, & bene acceptis, ne in me stomachũ erũpant, cũ sint tibi lum.
irati. De Cicerone velim ita sit, vt audiuim⁹. De Xenone corã cognoscã: q̃q̃ ab eo nihil arbi- Hilari.
tror, neq; īdiligẽter, neq; illiberaliter. De Erote faciã vt mãdas: & ea q̃ scribis, ex Saufeio, & ex
Xenone cognoscã. De Q. fratre gaudeo tibi meas literas prius a tabellario meo, q̃ ab ipo red
ditas: q̃q̃ te nihil fefellisset. verũtamẽ expecto, quid ille tecũ, qd tu vicissim: nec dubito, qn suo
more vterq;. sed eas literas Curium mihi spero redditurũ, qui quidẽ, etsi per se est amabilis, Curius.
a meq; diligit, tñ accedit magnus cumulus cõmẽdationis tuę. Literis tuis satis respõsum est.
Nũc audi, qđ etsi intelligo scribi necesse nõ esse, scribo tñ. multa me mouẽt in discessu. In pri
mis mehercule, q; disiungor a te. mouet etiã nauigationis labor, alienus nõ ab ętate solũ no-
stra, verũ etiã a dignitate, tẽpusq; discessus absurdũ. Relinquemus. n. pacẽ, vt ad bellũ reuerta
mur: qđq; tẽporis in p̃diolis nostris, & belle ędificatis, & satis amœnis cõsumi potuit, in pere
grinatione cõsumemus. Cõsolant hęc, aut p̃derimus aliqd Ciceroni, aut quãtũ p̃fici possit iu Profici.
dicabimus. deinde tu iã, vt spero, & vt p̃mittis, aderis: qđ quidẽ si acciderit, oia nobis erũt me
liora. Maxime aũt me angit ratio reliquorũ meorũ: q̃ q̃q̃ explicata sunt, tñ q; & Dolabellę no
men in his est, & attributione mihi noia ignota, cõturbor, nec me vlla res magis angit ex oi-
bus. Itaq; nõ mihi videor errasse, q; ad Balbũ scripsi apertius, vt si qd tale accidisset, vt nõ cõ
currerẽt noia, subueniret: meq; tibi etiã mãdasse memor fui, vt si qd eiusmodi accidisset, cũ eo
cõicares. qđ facies, si tibi videbit, eoq; magis, si p̃ficisceris in Epeirũ. Hęc ego cõscendẽs e Põ-
peiano † tribui Actuariolis Decẽ scalmi. Brut⁹ erat in Veside etiã nũc. Neapoli Cassius. Ecqd † tribus.
amas Deiotarũ! & nõ amas Erã! qui, vt Blesamius venit ad me, cũ ei prescriptũ esset, ne qd si- Actuariolę
ne Sexti nostri sentẽtia ageret, neq; ad illũ, neq; ad quẽq̃ nostrũ retulit. Attica nostram cupio Attica sua
suauiari: ita mihi dulcis salus visa est p te missa ab illa. Referes igit ei plurimã salutẽ, itẽq; Py uiari.
lię dicas velim, ita vt heri tibi narraui, vel fortasse hodie. Quę. n. altero die se aiebat in Esida Referes sa-
VIII. Id. ibi Brutus. q̃ ille doluit. de Non. Iul. mirifice est cõturbat⁹. Itaq; sese scripturũ aiebat lutem.
vt venationẽ etiã, q̃ postridie lud. Apollinar. futura est, p̃scriberent. Tertio Id. Quin. Libo in Lud. Apo.
teruenit. Is Philonẽ Põpeii libertũ, & Hilarũ suũ libertũ venisse a Sexto cũ literis ad Coss. siue Hilarus.
quo alio noie sunt, earũ exemplũ nobis legit, si quid videret περιλέξειν, cęteraq; & satis grauí-
ter, & nõ cõtumaciter. tantũ addi placuit, q; erat Cos. solũ, vt esset Pr. Tr. Pl. & Senatui, ne illi
nõ p̃ferrent eas, q̃ ad se ipsos missę essent. Sextũ aũt nunciauit cũ vna solũ legione fuisse Car
thagine: eiq; eo ipso die, quo oppidũ Boreã cepisset, nũciatũ esse de Cęsare, capto oppido, mi-
ram lętitiã, cõmutationẽq; aiorũ, cõcursumq; vndiq;. sed illũ ad sex legiones, quas in vltério
re Hispania reliquisset, reuertisse. Ad ipsum aũt Libonẽ scripsit, nihil esse, nisi ad larẽ suũ lice-
ret. summa postulatorũ, vt oẽs exercitus dimittant, q; vbiq; sint. hęc fere de Sexto. De Buthro
tis vndiq; quęrẽs nihil reperiebã. alii cõcisos agripetas: alii Plancũ acceptis nũmis, relictis illis
aufugisse. itaq; nõ video sciturũ me, qd ei⁹ sit, ni statim aliqd literarũ. Iter illud Brũdusiũ, de
quo dubitabã, sublatũ videt, legiones. n. aduẽtare dicunt. Hęc aũt nauigatio habet quasdã su
spitiones periculi. itaq; constituebã vti ὁμοπλόια. Paratiorẽ offẽdi Brutũ, q̃ audiebã. nã & ipe
Domitius bona plane habet Dicrota, suntq; nauigia p̃terea luculẽta Sexti Bucilani, cęterorũ Dicrota.
q;. nam Cassii classem, q̃ plane bella est, nõ numero vltra fretũ. Illud est mihi submolestũ, q; pa
rum Brutus p̃perare videt. Primũ confectorũ ludorũ nuncios expectat: deinde quantũ intel-
ligo, tarde est nauigaturus, cõsistens in locis plurib⁹. tñ arbitror esse cõmodius tarde nauiga
re, q̃ oino nõ nauigare. Etsi cũ p̃cesserimus, exploratiora videbunt, & testibus vtemur. Tuas

Nouum de Tereo.

iam literas Brutus expectabat, cui quidē ego non nouū attuleram de Tereo. At ille Brutum putabat, sed tñ rumoris nescio quid afflauerat, cōmissione grecorū frequentiā nō fuisse: quæ quidē me minime fefellit. Scis. n. quid ego de grecis ludis existimē. Nunc audi qđ pluris est, q̄

Q. Cicero iunior.

